CODEX DIPLOMATICUS

REGNI

CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

AUXILIO REGIMINIS CROAT., DALM. ET SLAV.

COLLEGIT ET DIGESSIT

T. SMIČIKLAS

ACADEMIAE SOCIUS ORD.

VOLUMEN IX.

DIPLOMATA ANNORUM 1321—1331. CONTINENS.

ZAGRABIAE.
EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.
1911.

DIPLOMATIČKI ZBORNIK

KRALJEVINE

HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

POTPOROM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEM. VLADE.

SABRAO I UREDIO

T. SMICIKLAS

PRAVI ČLAN AKADEMIJE.

SVEZAK IX.

LISTI.NE GODINA 1321—1331.

ZAGREB.
TISAK DIONIČKE TISKARE.
1911.

FREDGOVOR.

i.

Stampane zbirke upotrebljene u ovom IX. svesku.

Bullettino di Archeologia e Storia Dalmata, Spalato 1878—1909.

Carrara Archivio capitolare di Spalato. Spalato 1846.

Codex diplomaticus patrius hungaricus. (Hazai okmanytar) Studio et opera Emerici Nagy, Ivan. Nep. Paur, Caroli Rath et Desiderii Veghely. Jaurini et Budapestini 1861—1891. T. L—VIII.

Eubel Bullarium Franciscanum Romae 1898, 1902, 1907. Tom. V.—VII.

Farlati lllyricum sacrum Venetiis 1751—1819. Voll. I—**VIII.**

Fejer Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Budae 1829—1844. Prodromus, 11 tomi in 43 voll. et 2 indices.

Fermendžin Acta Bosnae potissimum ecclesiastica (Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. XXIII tom). Zagrabiae 1892.

Jireček Konstantin dr. Spomenici srpski. Beograd, 1892.

Katona Historia critica regum Hungariae. Pestini, Posonii, Cassoviae, Budae, Colocsae, Budae 1779—1817. Voll. I—XLII.

Kerchelich Historia ecclesiae Zagrabiensis. Zagrabiae 1760.

Kercselich De regnis Croatiae-Slavoniae notitiae praeliminares. Zagrabiae (1770.)

Koller Historia episcopatus Quinqueecclesiensis. Posonii 1782—1812. Voll. I—II.

Kukuljević Jura regni Croatiae, Daimatiae et Slavoniae. Zagrabiae 1861. Tom. I—III.

Kukuljević Regesta documentorum regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Saec. XIII. Zagrabiae 1896.

Laszowski Povjesni spomenici plemenite općine Turopolja nekoč »Zagrebačko polje« zvane. Zagreb 1904—1908. T. I—IV.

Ljubić Listine o odnošajih južnoga Slavenstva i mletačke republike. (»Monumenta Slavorum Meridionalium«). Zagreb 1868. i dalje.

Lucius Memorie istoriche di Tragurio ora detto Trau. Venetia 1674.

Lucius De regno Dalmatiae et Croatiae libri sex. Amstelodami I61J6. Ap. Schwandtner Scriptores rerum Hungaricarum. Tom. III.

Lucius Note cronologiche e documenti raccolti da Giov. Luc. Bullettino 1881. Starine XIII.

Макушевт. Записки императорскои академш наукт>. Петерсбург-Б. T. XIX.

Miklosich Monumenta serbica spectantia historiam Serbiae, Bosniae, Ragusii. Viennae 1858.

Nagy Codex diplomaticus Andegavensis. Budapest. 1878.—1887. Voll. I.—V.

Pavlović Memorie di cose dalmatiche. Zara 1864.

Pray Annales veterum Hunnorum, Avarorum et Hungarorum ab a. CMXCVII. ad a. MDLXIV. Vindobonae 1763—1767. Voll. L—IV.

Pucić knez Medo Spomenici srpski. Knjiga II. U Beogradu 1862.

Rad jugoslavenske akademije. U Zagrebu 1867. i dalje.

Starine jugoslavenske akademije. U Zagrebu 1869. i dalje.

Thalloczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Blagay. Budapest 1898.

Thalloczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Frangepanibus (Monumenta Hungariae historica t. XXXV.) Badapest 1910.

Theiner Vetera Monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Romae 1863. Zagrabiae 1875. Vol. I—II.

Theiner Vetera Monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Romae 1859—1860. Voll. I—II.

Tkalčić Monumenta historica lib. et reg. civitatis Zagrabiae metropolis regni Croatiae. Zagrabiae 1889—1904. Voll. I—XI.

Tkalčić Monumenta historica episcopatus Zagrabiensis. Zagrabiae 1873—1874. Tom. I—II.

Vjesnik kr. hrvatsko-slavonskog-dalmatinskog zemaljskog arkiva. U Zagrebu 1899—1910.

Wadding Annales Minorum. Ed. Jos. Maria Forsera. Romae 1731. Voll. I.-XII. •

Wenzel G. Codex diplomaticus Arpadianus continuatus. Budapest 1860—1874. Vol. I—XII.

Wenzel Monumenta Hungariae historica Acta extera. Budapest 1874—1876. Voll. I—III.

Zala varmegye tortenete. Budapest 1886.—1890. Tom. I. —II. Documenta.

II.

U ovom svesku ne ima novih shraništa izvora, da bi se o njima imalo govoriti. Zanimalo me je samo doznati: gdje je arkiv Tadije Ferića, iz koga je naš prezaslužni Ivan Kukuljević više važnih listina prepisao. Kod svake listtne naznačio sam to po svojoj dužnosti s dodatkom: Prepisao Ivan Kukuljević. Sva moja nastojanja, da doznam štogod o sudbini toga arkiva obitelji Ferić, do sada su ostala bez ikakva rezultata. Ovo bilježim ovdje, da upozorim prijatelje naše starine na ovu važnu zbirku.

Isto tako trudio sam se, da nadjem jednu osobitu listinu bana Mladena Subića, koja je bila u zadarskom gubernijalnom arkivu prepisana, a ja joj prijepis i kolacijonirao. Bio sam ove godine na prolazu u Zadru i zadržao se do dva sata u tamošnjem arkivu, ali je nisam mogao pronaći. Sjećam se i osobito mi je udaralo u oči, da se spominju neki dvorski dostojanstvenici, kakovih nisam u drugim listinama Mladenovim niti oca njegova nalazio.

Listina: 1323, 31. oktobra br. 122 frankopanska dolazi u Thalloczy-Barabas Codex comitum de Frangepanibus dva puta, sa najneznatnijim razlikama izmedju jedne i druge. Dolazi dva puta i u Fejera. Meni se je činilo, da je to dosta, što sam naznačio za obadvije, gdje se u Fejera nalaze. Opazivši ipak razliku metnuo sam drugu listinu u »Dodatak«

Ispravljena je u sumariju pogrješka u regestu iistine br. 8., gdje ima biti mjesto templarski: Ivanovaca. Drugih pogrješaka ne ima, koje dobrohotni čitalac ne bi mogao sam ispraviti.

U Zagrebu, dne 4. novembra 1911.

T. S.

1.

1321, 2. februara. U Temešvaru.

Karlo Roberto kralj ugarskt z hrvalski zapovijeda banu Ivanu, da uredi novu daču filjaritine i solmjere.

Karolus dei gracia rex Vngarie. Fideli suo magnifico viro J[ohanni] bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Fideles nostri capitulum Zagrabiense nobis indicant conquerendo, quod cum totum tributum fori Zagrabiensis in castro Grecensi ex collacione progenitorum nostrorum ad ipsum capitulum pertineat pleno iure, cives Grecenses in fraudem iusti et regalis tributi constituerunt super salibus et rebus aliis nova quedam tributa, que quandoque filarchina nominant, quandoque et alia nomina inponunt, que tributa idem capitulum dicit non solum sibi esse iniuriosa, sed eciam omnibus illarum parcium regnicolis nobilibus et innobilibus, qui marinis salibus uti solent. Super quo fidelitatem tuam requirimus per presentes, quatenus diligenter inquiras de eodem tributo, et si inveneris ex aliqua causa racionabili constitutum, applices idem tributum tributo regali iuxta tenorem privilegii nostri et iuxta tenorem privilegiorum predecessorum nostrorum capitulo Zagrabiensi relinquendo; si vero ex causa irracionabili exigi perpenderis, cives ab eius exaccione penitus conpescas; noveris enim, quod nova tributa sive pedagia sive salinaria vel quecumque alia nec civitatibus nec aliquibus aliis instituere est permissum, sed huiusmodi potestas solis principibus et regibus reservatur. Licet autem civitates constituciones, banna sive mulktas (!) inter semetipsos et per se ipsos observandas constituere possint vel edere, eas tamen non possunt extendere in ecclesiarum vel quorumlibet gravamen, qui ex suorum numero concivium non existunt. Datum in Tymesuar, in festo purificacionis beate virginis.

Prijepis čazmanskog kaptola u arkivu kaptola zagrebačkoga fasc. 10. no. 47.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 97.

2.

1321, 9. februara. U Zadru.

Adira, naravna kći pokojnog Ivana de Civalellis, prodaje svoj posjed Pelru Matafaru.

Jn Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo, indictione quarta, die nono intrante mense februarii, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii ineliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Gabrielis Dandulo egregii comitis. Fateor ego Mira filia naturalis condam Johannis de Ciuallelis, relicta Grupse, Jadratina, quomodo vendo atque transacto tibi Petro de Matafaro, ciui Jadre, totam integram medietatem meam pro indiuiso tecum dicto Petro tocius unius vinee et terre simul se tenentes gonayorum decem, posite ad Mensas, cui de trauersa est via publica, de borea via conuicinalis, de austro vinea et terra Raduni et de quirina partim vinea Jurgii filii condam Pridei et partim vinea Mille relicte Michoilli. Item medietatem unius vinee pro indiuiso tecum dicto Petro posite ad Lucoranum, que tota vinea est circa gonaiorum tredecim, cu; de borea est vinea Stephani de Cosica, de austro partim vinea magistre Dobrice et[1] partim[1] vinea Viti de Prodano, de trauersa est partim vinea Cuue de Jurra et partim vinea Petri salinarii, et de quirina partim via publica et partim ripa maris. Item totum ius meum, quod habeo in una domo, cum sua coquina posita[1] Jadre in confinio sancti Siluestri frustatorum, cui de borea et quirina est via publica, de austro locus Martini piscatoris, filii condam Tolle, et de trauersa domus Radoy Tolsich et matris eius. Quas possessiones pro indiuiso vendidit tibi dicto Petro condam Grupsa maritus meus cum omnibus suis certis terminis, habenciis, iuribus et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram, a modo cum plena uirtute et potestate intromittendi, habendi, tenendi, dandi, vendendi, donandi, pro anima et corpore indicandi et omnimode alienandi, nemine tibi uel tuis heredibus et successoribus in perpetuum contradicente. Precio cuius venditionis ego dicta Mira plene habui et recepi a te dicto Petro libras ducentas denariorum paruorum, quas mihi integre persoluisti. Vnde ego dicta Mira cum meis heredibus et successoribus dictam medietatem vinearum predictarum pro indiuiso et ius

[1] Dva puta pisano.

meum, quod habebam in dicta domo et coquina excalumpniare et defensare in ratione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Thomanno filio condam Chrelci, et Johanne filio condam Stephani, Jadrensibus.

Drtigi rukopisi.

Ego Raua Andree de Raua examinator manum misi.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Originai u gubemijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole ir. 116.

3.

1321, 13. februara. U Zadru.

Samostan sv. Kuzme i Damjana i Miha de Scolatura izabiru vnrovne suce u pravdi za otok Zirje.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo, indictione quarta, die tercio decimo intrante mense februario, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Gabrielis Dandulo egregii comitis. In presencia mei notarii et testium infracscriptorum religiosus vir dominus frater Lucas abbas monasterii sancti Cosme et Damyani de Monte Jadrensis dyocesis cum consilio et assensu fratris Francisci de Cosiga et fratris Johannis de Mengaca monachorum dicti monasterii nomine ipsius monasterii ex una parte, et nobilis vir Micha de Scolatura •ciuis Jadre ex altera, uoluntarie et ex certa scientia non per errorem de causa, lite et questione, que uertitur et uerti speratur inter eos super insula (Juri occasione cuiusdam donationis sibi facte de medietate ipsius insule a fratre Cipriano condam abbate dicti monasterii et empcionis per ipsum Micham facte de reliqua medietate insule predicte et super -quattuor libris grossorum, quas idem Micha petit a dicto abbate monasterii pro expensis, quas dicit se fecisse dicto fratri Cipriano post suam renunciacionem, et generaliter de omnibus aliis questionibus, litibus et controuersiis, que uertuntur seu uerti sperantur seu quocumque modo, occasione premissorum uerti possunt inter eos, in hoc compromisso ex-

pressis uel non expressis, pro se suisque heredibus et successoribus omnibus concorditer compromittunt, consenciunt de alto et basso in nobiles viros dominum Madium de Uaricassis, Martinusium de Butouana et Domaldum de (Jadulinis ciues Jadre electos, assumptos et ordinatos comuniter ab eis, accedente auctoritate venerabilis patris domini Johannis dei gratia Jadrensis electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, et de uoluntate et assensu supradicti domini Gabrielis Dandulo ^egregii comitis Jadre, suorumque iudicum tamquam in arbitros,. compromissarios, arbitratores, laudatores, diffinitores seu amicabiles cornpositores et comunes amicos sponte in se hoc arbitrium suscipientes. Dantes et concedentes plenam et liberam potestatem, ut possint in premissis omnibus et singuh's de plano sine strepitu et figura iudicii examinare, cognoscere partes, ad audiendum sentenciam seu preceptum uel ad alia citare et diem ad pronuntiandum uel ad aliud prefixam prorogare, partem contumacem mulctare et per unum de se ipsis pronunciare, diffinire, laudare, arbitrari, precipere et alte et basse sicut eis uidebitur terminare et ordinare semel et pluries, coniunctim uel divisim, simul uel super altera eorum ordine iuris seruato uel non seruato, ordinarie uel extraordinarie, diebus feriatis et non feriatis, sedendo uel stando, in scriptis uel sine scriptis et alias qualitercumque et quandocumque prout eis melius uidebitur expedire nullo pretermisso obstante, omni hora et loco, utraque parte absente uel utraque presente uel altera presente et altera absente citata tamen; et quod possint semel et pluries et eciam quandocumque suam sentenciam uel sentencias, dictum, laudum, preceptum siue pronuntiationem interpretari, declarare, corrigere, reformare,. sicut eis uidebitur expedire. Promiserunt predicti abbas nomine quo supra cum auctoritate dicti domini electi et assensu fratris Francisci et fratris Johannis et eciam cum uoluntate et assensu supradicti domini comitis, suorumque iudicum, et Micha iamdictus pro se sibi ad inuicem suisque heredibus et successoribus per solempnem stipulationem stare,. parere, obedire ipsorum banno, laudo, dicto, pene, arbitrio, sentencie, pronuntiationi, precepto seu preceptis per eos uel per alios de ipsorum mandato facto siue factis, et mox ipsorum prolatis ipsa emologare et approbare et in nullo contrauenire quacumque causa seu modo de iure uel de facto, uerbo uel opere per se uel per interpositam personam, que uel quas inter eos super quocumque negocio siue causa aut aliquo premissorum seu eorum occasione dixerint, fecerint, sentenciauerint, pronunciauerint, diffinierint seu fuerint arbitrati, et quod contra eorum preceptum, laudum, pronuntiationem seu arbitrium non appellabunt nec appellationem prosequentur, nullum rescriptum uel priuilegium per se uel per alium impetrabunt nec impetratis utentur, nullam exceptionem

opponent, restitutionem in integrum non petent nec illud corrigi seu emendari per superiorem uel aliquem iudicem petent, quodque non utentur cuiuscumque Iegis uel canonis, statuti seu consuetudinis beneficio, quod uiciet uel uiciare uel infirmare ualeat huiusmodi compromissum seu arbitrium in toto uel in parte siue ex personis arbitrorum siue compromitentium siue ex forma compromissi uel arbitrii seu ex rebus uel causis de quibus est compromissum siue quacumque alia racione. Quod si facerent uel ab quatenus contra premissa uel aliquo premissorum uenirent, promiserunt solempniter, ut est dictum, sibi inuicem et eisdem arbitris, quod pars arbitrium seu laudum in totum uel in parte non seruans parti seruanti dabit et soluet pene nomine mille libras denariorum paruorum et etiam reficere et resarcire omnia dampna, expensas et interesse que uel quas ipsam facere continget uel eciam sustinere sicut suo declarauerit iuramento, cui sine aliis probationibus fidem plenam eis placuit adhiberi. Que omnia et singula promiserunt sub pena premissa et obligatione omnium bonorum dicti Miche et monasterii prelibati presentium et futurorum fideliter obseruare; et hoc nichilominus specialiter addito, quod pena predicta semel et pluries quociens contra predicta uel aliquod predictorum a quocumpue ipsorum actum fuerit uel prefatum laudum seu dictum integre obseruatum non fuerit in omnibus et singulis capitulis in solidum comitatur et comissa exigatur; qua soluta uel non soluta, et expensis, dampnis et interesse resarcitis uel non, predicta omnia et singula et predictum compromissum, laudum seu arbitrum in sua permaneat firmitate et laudo seu dicto etiam rato manente, preterea nichilominus peti possit. Et hec et omnia et singula iurauerunt quilibet attendere et obseruare per se suosque heredes et successores corporaliter prestito sacramento; renuntiantes specialiter et autentice: decernimus posite c. e. t. (!), que inhibet arbitrium fieri cum sacramenti interpositione et generatiliter omni beneficio et auxilio cuiuslibet iuris specialiter hic conumerati et priuilegii, statuti, rescripti, consuetudinis, appel!ationis, in integre restitutionis, emendationis seu correctionis et excepcionis, per quod posset in totum uel in partein a pena seu ab obseruatione predicti arbitrii seu precepti seu a restitucione dampnorum et expensarum et interesse quomodolibet hberari. Acta sunt hec et firmata coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo et Helia filiis condam Guscho ciuibus Jadre.

(Dtugi rukopis).

Ego Michael Damiani de Cigalis examinator examinaui.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Origznal u gubernialnom arkivu ti Zadru, odio samostana rogovskog~ no. 50.

4.

1321, 22. februara. U Djakovu.

Kaptol bosanski izvješćuje kralja, da je označio medje posjeda Ivana, sma župana Gileta.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri regi Hungarie, capitulum ecclesie Boznensis oraciones in domino. Receptis litteris uestre magnitudinis ad reambulandam quandam terram castri vestri, in qua olym Syle filius Myh et Stephanus filius Chuda morabantur, per antiquas metas eiusdem et magistro Johanni filio comitis Gyleti statuendam, si non fieret contradictum, cum Jacobo filio Marchardi homine vestro, magistrum Petrum socium et concanonicum nostrum pro testimonio duximus transmittendum, qui quidem homo uester et noster demum ad nos reuersi, nobis dixerunt, quod ipsi ad faciem dicte terre personaliter accedentes, conuocatis omnibus conmetaneis et vicinis eiusdem eandem per metas veteres et eciam nouas ubi necesse erat presentibus eisdem reambulatam, nullo contradictore existente, sub metis infrascriptis eidem magistro Johanni filio comitis Gyleti statuissent et assignassent perpetuo possidendam. Cuius quidem terre, sicut iidem nobis retulerunt, mete hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in fine ville Kelemen vocate in arbore harazth meta terrea circumfusa a parte occidentis vbi separatur ab eadem terra Kelemenus. Abinde procedit versus meridiem per metas nouas et antiquas erectas, usque ad terram filiorum Zayhan, ad duas arbores harazth, sub quibus sunt due mete terree. A parte septemtrionis est meta magistri Johannis filii Gyleti, a parte vero meridionali est meta predictorum filiorum Zayhan. Abhinc iuxta terram eorundem versus orientem per siluam procedendo, venit ad arborem harazth, sub qua sunt tres mete terree, vbi relicta eadem terra filiorum Zayhan procedit in vicinitate terre nepotum Twrda, videlicet Petri filii Simonis, Laurencii filii Stephani et Demetrii filii Laurencii vsque ad duas metas terreas de nouo erectas. Abhinc reflectitur versus meridiem circa terram Budow maioris exercitus, Thome filii Benedicti et filiorum Doym. Inde procedendo in paruo spacio

transit quemdam locum et peruenit ad vnam semitam circa terram Andree filii Cheme et Thome filii Stephani. Deinde eundo venit ad villam Kelemen antedictam ad priorem metam, ibique terminatur. Datum in dominica exurge, anno domini millesimo CCC° XX° primo.

Iz originalne potvrde kralja Karla od 28. januara 1322. U arkivu grofova Draškovića u Trakošćanu. Druga potvrda od 22. novembra 1323. •-• • .....Nagy Cod.dipl. Andeg. J.,.599.-600.

5.

1321- 16. marta. (D Napulju).

Karlo kralj napuljski tuii se na Spljećane, da su orobili rapskoga biskupa njegova podamka.

Kario Roberto, kralj napuijski: »Rectori, consilio et comuni civitatis Spaletti de Dalmacia«: »Pro parte venerabilis patris domini Francisci Arbensis episcopi regii paterni fidelis et nostri oblata nobis petitio querela continebat, quod dum pridem idem episcopus pro executione quorundam negociorum sedis apostolice ad predictam civitatem Spaletti personaliter accessisset, et inibi moraretur, vos homines dicte civitatis Spaletti seu vestrum aliqui, divino timore postposito, ad hospitium, in quo dictus episcopus hospitatus fuerat, cum armis prohibitis hostiliter accedentes, violenter abstulistis abinde apostolicas litteras, ipsi episcopo ab apostolica sede concessas, nec non ducatos aureos sexcentos triginta sex et alias res eiusdem episcopi, valentes fiorenos auri quingentos« etc. »Dictus episcopus, tamquam vassallus regius atque noster et de regno Sicilie oriundus, provisionis nostre remedium suppliciter impioravit« etc.

Reg. Ang.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 66.
Rački Rad VIII. 227.

6-

1321, 18. marta. U Zadru.

Samostan sv. Nikole daje svoj vinograd u okohci Nma na trećinu Mihi sinu Krševana.

In Christi [nomine amen. Anno] incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo, indictione quarta, die decimo octauo mensis

marcii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano dei gracia electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Gabrielis Dandulo egregii comitis. Fatemur nos soror Maria abbatissa monasterii sancti Nicolay de Jadra, una cum ceteris sororibus monialibus dicti monasterii, ac de uoluntate et assensu Petri de Matapharo aduocati dicti nostri monasterii, damus et concedimus iure perpetuo tibi quidem Miche gupario, filio condam Grisogoni, ciui Jadrensi, et tuis heredibus et successoribus totam unam vineam dicti monasterii positam in territorio None in confinio sancte Barbare. Cui de austro est vinea tui dicti Miche, de trauersa est vinea Qoilli de Galcigna, de quirina est vinea Martini . . . . condam Benedicti et de borea est derrum, quod fuit olim Vulcette, ad laborandum et procurandum dictam vineam bino gapando et semel putando, annuatim ponendo paladdos et grebenicas secundum formam statuti Jadre, sub pena in dictis statutis contenta, taliter, quod de omni fructu et redditu de dicta vinea prouenienciun fideliter annuatim cum heredibus et successoribus tuis nobis et nostris successoribus terciam partem dare tenearis ibi in dicta vinea. Si uero de fructibus siccis uel recentibus exinde habitis uendideris, nobis ternum denarium dabis. Si uero ficus recentes domum portaueris causa comedendi, ipsos libere habeas. Et si in fraude manifesta contra racionem nostram repertus fueris, nobis nomine pene yperperos sex persolues quociens contrafeceris. Et si uites dicte vinee alicui uendere uolueris cum heredibus et successoribus tuis, primo nobis et nostris successoribus denunciabis, si eas emere uoluerimus pro illo precio, quantum ab uno uel ab afiis habere poteris et non aliis uendere tenearis, quod si eas emere noluerimus, tunc licitum sit tibi tuisque heredibus . . . . ujendere, donare et omnimodo alienare cui uolueris, salua semper tercia parte . . . . monasterii pro terratico nostro et omni alio iure secundum formam statuti [Jadre]. Vnde cum successoribus nostris promittimus nos et obligamus tibi dicto Miche tuisque heredibus et successoribus dictam vineam excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super omnibus bonis dicti monasterii presentibus et futuris. Et ego dictus Micha omnia et singula suprascripta per me meosque heredes et successores laudo, aprobo et confirmo super me et bonis meis. Cuius tcnoris facta sunt duo puplica(f) consimilia instrumenta, cuilibei parti nostrum suum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marco gupario condam Leonardi, et Symeone aurifico, condam Angeli Stranioti, Jadrensibus et aliis.

(Dragi rukopis).

f Ego Damianus Dobri de Begna iudex examinator manum misi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrcnsis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original ii guiern. arkivu z1 Zadru, odio samost. sv. Ahkole. br. 117. — Početak oštećen.

7.

1321, 23. marta. U Avignonu.

Ivan XXII. papa daje oprost za ženitbu Nikoh Ađinčetiću sa Rozom Lukarovom u Dubrovmku.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Nicolao nato quondam Mathie de Mentio, et dilecte in Christo filie Rose nate dilecti filii Martii Lucari, civibus Ragusinis, salutem et apostoiicam benedictionem. Etsi coniunctio copule coniugalis quarto consanguinitatis gradu sacris sit canonibus interdicta, apostolice tamen sedis copiosa benignitas nonnunquam horum rigorem mansuetudine temperans super hiis, prout ex alto sibi permittitur, dispensat interdum, et quod iuris negat severitas, de gratia pietatis indulget, prout personarum, locorum et temporum pensata, id in deo conspicit salubriter expedire. Petitio siquidem vestra nobis exhibita continebat, quod vos ad sedandum graves guerras et inimicicias periculosas et odia, que ab antiquo inter parentes, consanguineos et amicos utriusque vestrum fuisse noscuntur, ac periculis animarum et corporum, que ex eis verisimiliter provenire poteranb obviandum, parentum, consanguineorum et amicorum ipsorum interveniente consensu, affectatis ad invicem matrimonialiter copulari: verum quod quarto consanguinitatis gradu, quo mutuo vos coritingitis, obsistente id efficere legitime non potestis, pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere vobis super hoc de oportune dispensationis beneficio dignaremur. Nos igitur, qui libenter Christi fidelibus quietis et pacis commoda procuramus, votis vestris benigne annuere in hac parte volentes, vestris supplicationibus inclinati vobiscum, quod impedimento consanguinitatis huiusmodi non obstante, matrimonium insimul contrahere valeatis, auctoritate apostolica de speciali gratia

dispensamus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis etc. Datum Avinione, X. Kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 195. str. 151.—152. Iz reg. an. V. i>ar. I. ep. 587.

8.

1321, 9. aprila. U Požegi.

Filift prior temfilarski daje na obradjvvanje zupanu Tomi Crnomu dva zemljišta u kotaru grada Bele.

Nos frater Phylupus(l) de Gragnana sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani prioratum a . . . . . .bis et Hungarie humilis prior significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. De consilio et voiuntate fratrum nobis adsistencium damus et concedimus nobili viro comiti Tomasso Nigro suisque heredibus et heredum successoribus quandam lo[cam] que vocatur Herichouec positam in confinibus de Bela, cuius tales sunt confines: Ab una parte est fons de Cernec, ab alia [part]e aqua Cacinic, ab alia parte aqua Bredouenic, que cadit in Bingna[m], ab alia parte aqua Glogoueca, ab alia parte arbor qui vocatur cerrum, ab alia parte quoddam monumentum et ab alia parte aqua Sauisse, que cadit in Bingna[m] predictam; item unam aliam locam vocatam Ex iopochouic cum suis iuribus ad dictam locam pertinentibus inira suos confines; ut de istis locis teneatur et debeat rcddere singulis annis preceptori siue castellano castri de Bela duas partes martorinarum(!) tercia pars debeat esse dicti Tomassi Nigri, et cum omnibus aratris que erant in dictis locis, teneatur dare uel dari facere duas operas, vnam quando seminabitur granum, et aliam, quando seminabitur milium, et vnum descensum sufficientem et bonum et tria munera: vnum in festo resurectionis domini, aliud in iesto assumptionis beate Marie virginis, et aliud in natiuftate domini; ad habendum, tenendum et possidendum dictas lochas (!) superius nominatas ipse et sui heredes cum condicionibus superius nominatis, quamdiu nobis ct domui nostre siue fratribus hospitalis fidelis extiterit et supradicta omnia adimpleuerit et obseruauerit cum heredibus suis. In cuius rei testimonium et certitudinem pleniorem has licteras(l) fieri fecimus et sigilli prioratus Hungarie munimine roborari. Datum in Possegaria[1] (!), in domo nostra de veteri casteilaria, die VIIII. mensis aprilis, sub anno domini miliesimo CCCXXI[0], indicione quarta.

[1] Sva je prilika, da ima biti »Poisegauar« Pisar je očito Talijan bio i lakotako iskrivljeno napisao

Original u knjižnici narodnoga muzeja n Bnaimpešti. Prije zbirka. Jankovićeva).

Na listini visi konćana vrvca bijele i modre boje; pečaia više nema.

9.

1321, 28. aprila. U Zadru.

Samostan sv. Nikole daje Lovcu pokojnog Slavka zemlju u Blatima, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, indictione quarta, die vigesimo octauo mensis aprilis, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra dei gracia electi, confirmati ct consecrati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Gabrielis Dandulo egregii comitis. Fatemur per hoc presens instrumentum nos soror Maria abbatissa monasterii sancti Nicoiay de Jadra ordinis sancte Clare, quomodo cum ceteris monialibus dicti monasterii et de uoluntate et assensu nobilis viri Petri de Matafaro, dicti nostri monasterii aduocati, damus et concedimus tibi Louag condam Slafci, iobagioni nostro ad Blatam, tres gognaios terre nostre ad pastinandum vineam, quam iam pastinasti et conpleuisti cum vitibus, posite ad Blatam. cui de borea est vinea, que fuit olim Ciuitani Stanislauig, olim iobagionis nostri monasterii, de trauersa et quirina est terra dicti monasterii, de austro est vinea Budoy, vilani Cose Saladini, que vinee omnes sunt supcr terram dicti monasterii. taliter, quod dum ex ipsa vinea fructum, vinum extrahere poteris, dare tenearis cum heredibus et successoribus tuis annuatim nobis et nostro monasterio ac successoribus nostris fideliter quartam partem tocius redditus seu tructus ex ipsa viuea proueniencium ibi in dicta vinea, et partem nostram conducere debeas ad domum nostram, que illuc fuerit deputata pro terratico dicti nostri monasterii aportando tuis expensis. Et si de fructibus siccis aut recentibus uendideris, nobis quartum denarium dabis. Insuper si furtum manifestum uel dampnum fraudulentem comiseris contra nostram racionem, nobis sex yperperos pene nomine soluere debeas et tenearis. Et si per aliquod tempus ius tuum vendere uolueris, primo nobis denunciabis et nobis nostrisque successoribus vendere tenearis cum heredibus et successoribus tuis pro illo precio, quo ab aliis habere poteris, si eum(!) emere uoluerimus, quod si noluerimus, tunc sit tibi licitum vendere cui uolueris, salua semper racione nostra, scilicet quarta parte tocius red-

•ditus seu fructus et omni alio iure nostro secundum consuetudincm et normam statutorum Jadre. Quam vineam nos predicta abbatissa cum sororibus et successoribus nostris nos obligamus et promitimus tibi dicto Louag tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super nos et bonis dicti monasterii presentibus et futuris. Et ego predictus Louac per me meosque heredes et successores laudo, aprobo et affirmo omnia predicta et singula in hoc instrumento contenta. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Cerne Galello condam Andree, et Paulo filio JVliche Perlumbardi, ciuibus Jadre, et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Michael Damiani de Zigalis examinator examinaui.

Ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui xogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signwn not.)

Original u gubemijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole -br. 143.

10.

1321, 12. maja. U Vrbasu.

Ivan Babonić, ban hrvatski, posinjuje svoga sinovca Ivana.

Nos Johannes banus totius Sclavonie significamus tenore presentiurh quibus expedit universis, quod comitem Johannem nepotem nostrum pro filio nostro karissimo recipimus speciali, ita videJicet, ut si divina evocatione nos de medio tolli et migrari contingat, et interim dominus •deus heredum solatio nos dignabitur consolare, tunc idem comes Johannes filios nostros, consortem nostram et filias nostras debet et tenetur omni honore diligere et custodire ac etiam illud, quod nos domine consorti nostre vel filiabus relinqueremus habendum, nichilominus facientes scribi in testamentum ratione testimonii eo modo et forma, sicut ibi continebitur, predictus comes Johannes tenetur complere, ratum tenere et fideliter observare, aliquo modo ve! causa nuilatenus revocare; quam quidem dominam consortem nostram recepit pro sua matre et domina, tanquam si de sinu et gremio suo naturali processisset, ipsam veluti nos assumpmens exaudire et in omnibus venerari; nobiles vero nostros, qui honores a nobis tenent sive in castris, possessionibus, .sive ipsis de communi voluntate contulerimus, aut nos de proprio nostro

pretextu fideiitatum ipsorum eo modo, quo nos dileximus ipsos, in eisdem honoribus tenetur eos et heredes ipsorum diligere, aliquid ex eo non minuendo cuipiam ex ipsis. Item filios comitis Radozlai fratris nostri et nobiles ipsorum in eo, quod ipsis dominus pater eorum reliquit et sibi devenit in portionem, similiter tenetur custodire et protegere tanquam filios nostros atque sua propria, nil de ipsorum bonis quibuslibet auferendo. Insuper assumpsimus nos Johannes banus per hanc formam literas domini fratris Augustini episcopi Zagrabiensis et capituli ioci eiusdem prefato comiti Johanni facere emanari. Datum sub castro Vrbaziensi, tertia feria proxima post festum apparitionis beati Michadis archangeli, anno domini millesimo CCC.XX. primo.

Thalloczy-Rarabas Codex dipl. cou. de Hlagay 88.

11.

1321, 17. maja. U Zadru.

Radoslav Virevič iz Nina daje Jubislavu kmetu Kose Sdladina vinograd n Vercevu na obradjivanje.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigessimo primo, indicione quarta, die septimo decimo mensis maii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Gabrielis Dandolo egregii comitis. Fateor per hoc presens instrumentum ego Radoslauus uocatus Vnigiga Vireuig condam Disislaui habitator None, quomodo dedi et concessi tibi Jubislauo condam Radoslaui iobagioni Cosse Saladini sub Uerceuo duas pecias vinee' ad pastinandum vineatn, que pecie iatn per te sunt pastinate; quarum una posita est sub Stinigas, et alia posita est sub Uerceuo uersus mare; taliter, quod dum ex ipsis peciis vinearum fructum vini extrahere poteris, dare tenearis cum heredibus et successoribus tuis annuatim[2] mihi meisque heredibus et successoribus[2] post tres annos primitus uenturos fideliter quartam tocius redditus seu fructus ex ipsis duabus vineis proueniencium ibi in dictis vineis et partem meam conducere debes in villa sub Uerceuo tuis expensis; ex quibus vineis est circa unum gognay et dimidium secundum quod confines suos habent; et si de fructibus siccis aut recentibus vendideris, mihi quartuni

' Pisano dva puta.

[2] Od »annuatim« do »successoribus« pisano dva puta.

denarium dabis, si uero ficus recentas domum portaueris causa comedendi, ipsas libere habeas; infsuper] si furtum manifestum [uel] dampnum fraudulentum comiseris contra meam racionem, mihi soluere tenearis sex iperperos nomine pene, quociens contrafeceris. Et si per aliquod tempus ipsas pecias vinee vendere uolueris, primo mihi denunciabis et mihi meisque heredibus et successoribus uendere tenearis cum heredibus et successoribus, pro . illo precip, quod. ab aliis habere poteris, si eas emere uoluero; quod si noluero, tunc sit tibi licitum uendere cui uolueris, salua semper racione mea, scilicet quarta parte tocius redditus seu fructus et omni alio iure suprascripto. Quas duas pecias vinee ego predictus Radoslauus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Jubislauo tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Et ego predictus Jubislaus laudo, aprobo et affirmo omnia predicta et singula. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marco Bono de Veneciis mercatore Jadre, et Jursa vocato Rogag[1] condam Jurse de Jadra *et* aliis.

(Drugi rtikopis).

f Ego Damianus Dobri de Begne iudex examinator manum missi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 3Sa.

12.

1321, 2. jula. U Zadru.

Jvan gradjanin zadarski prodaje Dragoslavu sinu Bratkovom kuću svoju u Zadru.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, indicione quarta, die secundo intrante mense iulio, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano dei gracia electi confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Gabrielis Dandulo egregii comitis. Fateor ego Johannes Dimitrii[2] .ciuis Jadre, quomodo do, uendo, trado atque transacto tibi quidem Dragosiauo filio condam Bratci ciui Jadre totum unum meum palacium positum Jadre in confinio sancti Thome cum sua coquina de lignamine et cum duobus locis ibidem positis, quorum unus est amuratus atque cum sua curia et ambitu; cuius palacii, coquine, locorum et curie sunt circa passus comunis triginta, et si plus uel minus fuerit tuum sit; de quo uero palacio medietas irontalis muri ex parte boreali est Cancii de Calgina, de loco amurato fundamentum muri ex parte australi est mei dicti Johannis eundo recto tramite de trauersa uersus quirinam ita, quod stilicidium tu dictus Dragoslauus nec ego facere possit nec debeat super dictum fundameatum, saluo tamen, quod stilicidium furni mei cadere debeat super dictum fundamentum, verum medietas muri seu frontalis ex parte trauersali dicti loci est tui dicti Dragoslaui; cui de trauersa partim sunt loca ecclesie sancti Thome et partim coquina mei dicti Johannis, de quirina est uia puplica(!) et de borea sunt loca dicti Cancii; cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus certis terminis, habenciis et pertinenciis atque cum omni suo iure, que sibi pertinet uel partinere potest tam subtus terram quam supra terram cum introitu et exitu suo ex parte quirina ad uiam puplicam; a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus ct successoribus tuis, dictum palacium, coquinam, locum, curiam cum omnibus suis proprietatibus intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indicandi et omnimodo alienandi sicut de re tua propria nemine tibi uel tuis heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante; precio cuius uendicionis ego prenominatus Johannes recepi a te dicto Dragoslauo libras ducentas et triginta octo denariorum venetorum paruorum, quas mihi plene et integre dedisti et persoluisti. Vnde ego predictus Johannes cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Dragoslauo tuisque heredibus et successoribus dictum palacium, coquinam, loca, curiam cum omnibus suis iurisdiccionibus, confinibus et pertinenciis excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Georgio condam Dese de Pucegna, et Marco gupario filio condam Leonardi, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Bogde Grisogoni de Bogde examinator examinaui.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Ja-

[1] Ragaf?
[2] Dumini?

drensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.J

Original u arkivu saiuostana sv. Marije u Zadru a. 1321.

13.

1321, 10. jula, U Spljetu.

Dujmo vikar nadbiskupa spljetskog i sabirač dvadesetpetine poslanika paptnog, očituje, da je primio od trogirskog kanonika Stamce dvadesetosam solda kao dvadesetpetinu čitave dieceze.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentessimo vicessimo(l) primo, indicione quarta, regnante domino nostro Karulo Roberto rege Vngarie, temporibus equidem venerabilis patris domini fratris Petri archiepiscopi Spalatensis, egregii viri domini comitis Georgii, potentis viri domini Marchi Sagredi de Veneciis honorabilis potestatis et nobilium uirorum dominorum Petri Camurcii, Gruboli Theodosii et Dobroli Junii iudicum ciuitatis Spalati, die X. mensis iulii. Sapiens et discretus vir dominus Duymus domini Theodosii vicarius venerabilis in Christo patris et domini domini fratris Petri archiepiscopi Spalati tanquam vicarius dicti domini archiepiscopi et collector in proui[n]cia Spalati, dcputatus per dictum dominum archiepiscopum et capiiulum Spalatense collecte vicessime quinte inposite in prouincia Spalati per uenerabilem viruni dominum Bertrambum(l) dei gratia tituli sancti Marcelli presbiterum cardinalem, apostolice sedis legatum ad partes Lombardie et Tussie et nonnullas alias partes Ytalie(l), coram dicto domino archiepiscopo et eius precepto et uoluntate et coram me notario et testibus infrascriptis habuit et recepit. a domino Staniccha canonico Traguriensi, dante et soluente nomine et vice venerabilis patris domini Lampredii dei gratia episcopi Traguriensis et omnium clericorum et presbiterorum et ecclesiasticarum personarum tocius diocesis Traguriensis, et sibi integre numerati fuerunt viginti octo soldi cum dimidio venetorum grossorum de argento pro tota parte dicto dumino episcopo et toti sue diocesi contingenti (!) de dicta collecta. De quibus dictus dominus archiepiscopus et eius vicarius predictus nomine quo supra fecerunt dicto domino Staniche recipienti et stipulanti nomine predicto finem, quietationem, renuticiacionem et pactum de ulterius non petendo. Actum Spalati, in curia palacii archiepiscopatus, presentibus domino-Cipriano Bosanni et Johanne familiare dicti domini archiepiscopi testibus rogatis.

(Signum not.).

Ego Phylippus Racgardi de Auxino [imperiali] auctoritate notarius et Spalatensis iuratus predictis omnibus interfui rogatus scribere et propter scripsi et publicaui.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 44.

14.

1321, 25. jula. U Pečuhu.

Egidije prepozit pečuhski prepisuje na molbu Martina kanonika zagrebačkoga bulu pape Ivana XXII.

Egidius prepositus et capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis vniuersis Christi fidelibus quibus presentes ostenduntur salutem in domino sempiternam. Nouerit vniuersitas uestra, quod magister Martinus canonicus Zagrabiensis ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis litteras domini Johannis diuina prouidencia pape XXII. bulla plumbea papali ad filum canapis pendente bullatas, non abrasas non cancellatas nec (in) aliqua parte sui viciatas, petens nomine et uerbo venerabilium uirorum capituli Zagrabiensis nos cum instancia, ut, quia ipsas litteras papales in originali ferre propter uiarum discrimina eis non est tutum, tenorem earundem presentibus sub nostro sigillo transscribi faceremus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi bula Toana XXIT. od 1. oktobra g. 1 419.)* Nos igitur iustis peticionibus[1] dicti magistri Martini annuentes, tenorem predictarum litterarum domini pape de uerbo ad uerbum presentibus transscribi fecimus et nostro sigillo cummuniri. Datum in festo beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo CCC° vicesimo primo.

Orignal u arkivu kaptola zagrebačkoga. Acta capit. anHдеш Jasc. 1. no. 43. JVa iisttni vidi se vezzca od pergamene, na kojoj je visio pečat.

Tkaleić Mon. civ. Zagr. I. 98. (ima samo kratak regest po Marcelovicu).

[1] Umetnuto iztiad linije.

15.

1321, 15. augusta. U Zadru.

Mirovni suci sude upamici izmedju samostana sv. Kuzme i Dimjana-i Mihe Skolature zbog otoka Zvra.

In Christi nomine. Annd incarnationis eiusdem millesimo trecenie-simo vigesimo primo. die quinto decimo mensis augusti, indictione quarta, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac comitfatu] Jadrensi vacante. Cum nos Madius de Varicassis, Martinusfsius] de Butouano et Domaldus Zadulini ciues Jadre, ellecti et assumpti in iudices. arbitros, arbitratores fuissemus per religiosum virum dominum fratrem Lucam abbatem monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte Jadrensis diocesis de uoluntate fratris Francisci de Cosiga et fratris Johannis de Mengaca confratrum monasterii predicti pro se et pro monasterio predicto parte vna, et ser Micham de Scolatura ciuem Jadre parte alia interueniente, ad hec quamuis ex habundati(l) auctoritate et consensu venerabilis patris domini Johannis Jadrensis archiepiscopi predicti et domini Gabrielis Dandulo tunc comitis Jadre super una medietate insule Zuri dicto Miche per fratrem Ciprianum olim abbatem monasterii predicti donate, et super alia medietate ipsius insule empta per Micham predictum super quatuor libris gfrossis], quas idem Micha petit a monasterio predicto, et generaliter super omnibus et singulis questionibus, litibus et petitionibus, quas dicte partes ad inuicem et una ab altera siue contra aliam habere, mouere ac petere uellet et haberet quomodocumque et ex quacumque de causa, prout in instrumento compromissi facto per manus Duymi de Spaleto sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo, indictione quarta, die tercio decimo mensis februarii, Jadre, plenius continetur. Cumque ad audiendum, expediendum et decidendum inter eos questiones et altercationes specialiter sederemus, petebat dictus abbas a dicto Micha medietatem insule Zuri sibi restitui et relinqui et etiam redditus eius ab obitu fratris Zipriani(!) olim abbatis dicti monasterii, citra q.uam medietatem dictus frater Ziprianus sibi donauerat ad vitam dicti Miche pro aduocaria monasterii predicti; dicens predictus frater Lucas abbas se alium aduocatum instituisse nec ipsum Micham esse post predicti fratris Cipriani aduocatum nec fieri posse, nec posse aliquid pro tali aduocaria detinere; item petebat aliam medietatem insule predicte sibi restitui,

•dicens ipsum Micham eam emisse nomine monasterii predicti ad incantum existente ipso aduocatore monasterii supradicti; item petebat ab ipso Micha. unum decretum uel libras centum, dicens ipsum habuisse a monas.terio predicto. Ad que dictus Micha respandit primo super medietate insule sibi donate, dicens ipsam sibi donatam et traditam fuisse pacto per predictum fratrem Ciprianum tunc abbatem et monachos monasterii predicti ad uitarn sui Miche pro aduocaria interueniente, ad hec auctoritate tunc domini archiepiscopi Jadrensis et curie fadrc per puplicum(l) instrumentum, per quod ipsam tenuit et tenere uult et potest paratus officium ipsius aduocarie exercere; item super alia medietate insule memorate respondit, dicens ipsam tenere "debere per puplica instrumenta empcionis ad incantum pro certo tempore, videlicet a festo sancti Michaelis mensis septembris primitus uenturi et usque quatuor annos et sic eam habere et tenere uult, prout in suis instrumentis continetur, asserens ipsam non emisse nomine monasterii, set proprio pro annis quatuor ad incantum completis tribus, quibus ipsam tunc tenere debebat et postmodum eam emit a Francisco de Ziualellis per uigorem et robur per duos annos, qui sunt uel fuerunt nouem anni, de quibus iam tenuit ipsam per annos qainque complendos usque festum predictum; item super facto decreti respondit se decretum aliquod monasterii predicti non habuisse nec exinde sibi teneri, set uersa uice dictus Micha petebat ab abbate et monasterio predicto libras ducentas octuaginta duas, dicens fratrem Ciprianum tunc abbatem ipsius monasterii ab eo habuisse pro emendis mac(h)inis molendinorum et aliis suis agendis sicut apparet scripto manu dicti fratris Cipriani et omnium monachorum suorum, quam pecuniam dicit se a Tuscanis recepisse ad lucrum, quod lucrum attingit summam librarum centum et triginta duarum, petens similiter ad lucrum sibi reffici et emendari; item petebat libras IIII grossorum deputatas dicto fratri Cipriano per olim Jadrensem archiepiscopum pro refutatione abbatie sue, silicet soldos quadraginta grossos pro anno dum uiueret, qui pro annis duobus eas non habuit, quas petit sibi dari eo, quod tenuit ipsum fratrem Ciprianum duobus annis suis sumptibus et expensis; item petebat soldos quadraginta quinque grossos pro nouem vasis vini uenditis et datis dicto monasterio tempore dicti fratris Cipriani; item petit libras octuaginta septem pro duobus equis, quos dedit Desse Rubco pro debito dicti monasterii, in quo debito dictum monasterium condempnatum fuerat; item petebat iibras septuaginta duas pro drappis per eum datis pro persona dicti fratris Cipriani et alterius monaci acceptis de statione Miche de Mezo; item petebat libras XL., dicens se ipsas soluisse pro dicto monasterio pro decimis eis, -quas" tenebatur domino pape et libras XVI domino Johanni de Buto-

uano tunc aduocatori monasterii predicti; item petebat soldos XL. grossos pro duobus centenariis calcine, datis dicto fratri Luce abbati;; item petebat libras tres grossorum comodatis(!) per eum memorato fratri Luce. Ad que dictus abbas summarie respondit, et primo super libris tribus grossorum confessus est se ipsas ab ipso Micha mutuo habuisse; de modiis CC calcine siue cementi dicit se non teneri, quia ipsas dono-recepit ab eo; super aliis petitionibus per Micham factis dicit, quod ipse non credit teneri in aliquo monasterium predictum dicto Miche, quia si predicta, que petit fuisse per eum soluta, ipse existens. in aduocatoria fecisset sibi utique bene satisfieri et credit firmiter ipsum Micham sibi satisfecisse bene et ultra debitum de eo, quod dictam medietatem insule tenuit tanto tempore, silicet ab obitu dicti fratris Cipriani et usque nunc, per que dicebat exinde sibi non teneri. Quibus petitionibus, responsionibus et allegationibus propositis per partes super predictis et aliis petitioriibus, quas dicte partes fecerunt ad inuicem et petere uoluerunt plenarie, intellectis et uisis scripturis et instrumentis-omnibus per partes productis et concluso in causam habitoque proinde diligenti consilio et deliberatione solempni, dei nomine inuocato concorditer per nostram sentenciam diximus et pronunciamus: primo super facto decretali, quod si dictus Micha iurare uult se dictum decretalem, non habuisse nec in ipso teneri monasterio predicto, sit absolutus proinde, alioquin satisfaciat pro eo a libris C infra, ut reperiretur ualuisse uel restituat ipsum; item medietatem insule Zuri, quam dictus Micha. detinebat pro aduocaria secundum suum instrumentum a festo sancti Michaelis mensis septembris primitus uenturo, predicto abbati et monasterio integre restituat et relinquat et instrumentum exinde habitum iussimus cancellari; item aliam medietatem ipsius insule habitam iure seu titulo emptionis tenere debeat et usufructuare pro libitu per se suosque successores a festo sancti Michaelis mensis septembris proxime uenturo et usque ad annos quatuor immediate subsequentes secundum tenorem suorum instrumentorum, defensione aliqua dicti monasterii non obstante; item pro pecunia siue debitis, in quibus dictum monasterium et abbatem eidem Miche adiecto iuramento ipsius Miche comperimus teneri, Miche predicto per nostram sentenciam pronunciamus et taxamus,. quod dictus Micha cum suis successoribus tenere et usufructuare possit et debeat pro libitu supradictam aliam medietatem insule Zuri, illam videlicet, que sibi donata fuerat et quam sibi relinqui mandauimus a. festo predicto sancti Michaelis primitus uenturi et abinde usque ad annos quinque proximos et inmediate subsequentes; hoc etiam addito,. quod si medietatem insule predictam quam tenere debet nostra sentencia per annos quatuor, ut dictum est, dictus Micha tenere uoluerit

pro. anno quinto simul cum alia medietate predicta data sibi pro debitis, hoc facere possit soluendo tamen dicto monasterio in principio ipsius quinti anni libras centum paruorum pro trugibus ipsius medietatis dicti quinti anni, in fine quorum quinque annnorum dictam insulam prefatus Micha suique successores, exportans suas bestias, masaricias et omnes alias suas res, quas ibi habet et habebit, antedicto monasterio relinquat et rejinquere teneatur liberam et expeditam. Et talern sentenciam siue sentencias ipsas protulimus inter partes super omnibus et singulis peticionibus, questionibus, altercationibus et rationibus, quas habent uel habere uidentur aut possent petere uel habere super quibuscumque actis uel negociis, contractibus aut rationibus habitis intei"- se usque diem presentem per quemcumque modum et ex quacumque de causa, eisque partibus perpetuale silencium imponentes, constituendo predictum Martinusſšium] de Butouano vnum ex iudicibus super hanc nostram sentenciam seu sentencias in pristaldum et executorem. Qui Martinussius iudex et pristaldus predicta omnia uera fuisse in animam suam mihi notario retulit et testificatus est coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano de Varicassis ciue Jadre, et Michaele de Mezo de Veneciis mercatore Jadre et aliis.

(Drugi rukopisi).

Ego Madius Varicassus iudex arbiter manum missi.

Ego Martinuscius(!) Butoanni(!) iudex arbiter manum missi.

Ego Domaldus de Zadulinis iudex arbiter manum missi.

Ego Franciscus condam Stephani Jadrensis notarius predictis omnibus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samoslana rogovskog no. 51.

Na hrptu gla^oljska bilješka-: »Kusme i Damijanai; i druga: >To ie ot Zira«.

16.

1321, 15. augusta. U Bribiru.

Ban Mladen dosudjuje zemlju u Draginiću Zadraninu Franji de Nosdrogna u parnicama protiv Miroslava i Borislava itd.

Nos Mladinus banus Croattorum et Bosne tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum Franciscus filius condam

Stephani de Nosdrogna ciuis Jadre accepto a nobis pristaldo Hranofilio condam Gradini de genere Subigh fidele nostro, Miroslauum et Bqrizlauum fratres filios olim Wlkmiry de genere Draginig, item filios. et, vxorem olim Stephani fratris dicti Wlkmiry, item filios et vxorern condam presbiteri Radoslauui filii Wlkmiry supradicti, item Gregorium Slauogostum et Nicolaum filios olim Jurizlaui Berihnig, omnes predictos generacionis Draginig, nec non Johanem filium olim Michaelis filii Wlzete potestatis de genere Jamometh ad nostram presenciam citauisset perambulando cum dicto pristaldo quandam terram positam in Draginigh,. quam supradicti detinebant. Cumque dicte partes coram nobis in termino pertemptorio comparerent, dictus Franciscus litigando proposuit predictam terram dudum fuisse dictorum olim Wlkmiry et Stephani filiorum condam Slauucii et nunc asserens suam esse et per predictos aduersarios suos per uiolenciam occupatam, dicendo, quod Stephanus prefatus pater eius ipsam terram a predictis Wlkimiro et Stephano fratribus euicerat, quod quodam furto per eosdem sibi facto, pro quo per olim. magnificum dominum Paulum Croattorum banum felicis recordacionis progenitorem nostrum eisdem Stephano fuisse adiudicatam perpetuo subiungebat, prout in duobus priuilegiis proinde confectis, vno uidelicet sub millesimo CCLXX. nono, et altero sub millesimo CC° octugesimo primo plenius continetur. Et ex aduerso predicti Mirozlauus et Borizlauus fratres et ipsorum consobrini filii predicti Stephani fratris Wlkmiri asseruerunt in iudicio se habere nullam causam seu uiam cum eodem Francisco litigandi, affirmantes de cetero terram predictam ipsius Francisci esse, prout ipse narrabat. Memorati uero fratres filii Jurizlauui Berihnigh dixerunt se illud, quod de dicta terra tenent, emisse a Nicolao filio condam predicti Wlczete potestatis et ipsum pro suo excalumpniatore ueile constituere allegarunt. Quo Nicolao constituto in termino coram nobis dixit se dictam terram eisdem fratribus uendidisse, set ipse uolebat reponere suum excalumpniatorem a quo ipsam terram habuerat, uidelicet predictos filios olim Stephani fratris Wlkmiry supradicti. Et ueniente termino ad hoc sibi dato, excalumpniatorem aliquem statuere nequiuit, asserens sponte se terram predictam ammisisse. Johannes uero predictus filius olim Michaelis Wlczete dixit se a nobis graciam habere de non respondendo in iure, donec fuerit etatis habilis ad cingendum spatam, qui cum etatis huiusmodi non erat, suplicabat eidem Francisco ad respondendum non cogi. Nos autem vna cum multitudine nobilium Croacie nobis asistencium auditis predictis peticione et responsionibus ac processibus, habitoque super predictis consilio diligenti, quantitates terre predicte, quas antedicti Mirozlauus et Borizlauus fratres et vxor ac filii Stephani fratris Wlkomiry detinent aut detinere possent, eidem

Francisco suisque heredibus et successoribus adiudicauimus perpetuo, ymmo adiudicatam per olim patrem nostrum predictum roboramus, priuilegia supradicta siue ipsorum exempla in autentico redacta coram nobis producta et uisa et lecta per omnia comfirmantes. Quantitatem eciam terre eiusdem, quam predicti fratres filii [urislaui Berihnig detinent, antedicto Francisco suisque heredibus similiter adiudicauimus perpetuo, quia excaJumpniator eorum Nicolaus predictus ipsam non potuit ab ipso Francisco legittime defensare, eisdem fratribus contra ipsum Nicolaum, accionem et regressum exinde plenius reseruantes; Johanni autem predicto, quia sibi graciam contuleramus predictam, respondendi damus inducias usque etatem debitam supradictam. Caiisa uero filiorum et vxoris supradicti olim Radoslauui presbiteri remansit sub litigio isto, modo videlicet pecierunt similiter inducias de non respondendo in iure usque etatem debitam supradictam; et quia Franciscus predictus asseruit hoc fieri non posse eo, quia dicta terra sub perambulacione facta predicto presbitero patri ipsorum tempore predicti progenitoris nostri elapsis annis XV permansit, et hoc per predictum pristaldum comprobauit; predicti filii et vxor presbiteri pecierunt more regionis per Franciscum predictum eis ostendendi, quid de dicta terra ab ipsis postulabat, volentes hoc facto in primo termino eis dando finaliter respondere; et facta predicta ostensione occulata, ut nobis reportatum, predicti filii et vxor presbiteri in primo termino dando eis per Franciscum predictum tenentur sine ampliori dillacione per litis contestacionem in iudicio respondere. Terra autem predicta adiucata a filiis Stephani supradicti est posita in tribus peciis: Vna est vbi faciunt residenciam, alia est supra domos in loco vocato Zelze et tercia est dimidietas unius lazi positi sub Brisniza. Terra adiudicata, quam detinebant predicti Mirozlauus et Borizlauus est in duabus peciis: Vna videlicet in loco dicto Buczepolle et est quarta pars tocius terre predicte in dicto loco posite, alia pecia est in loco vbi dicitur Ternak et similiter est quarta pars terre ipsius, et similiter quarta pars predicti lazi sub Brisniza. Terra autem predicta euicta, quam detinebant fratres predicti filii olim Jurislaui est in duobus locis, videlicet quarta pars illius terre de Buczepolle et-quarta pars illius apud Ternak. Et ut supradicta firma consistant perpetuo, presens priuiiegium per Michaelem dilectum et fidelem nostrum notarium confici mandauimus nostroque pendenti muniri sigillo, et dicto Francisco suisque heredibus et successoribus exhiberi. Datum et actum sub Breberio, in festo asumpcionis virginis gloriose, anno domini MCCC° vigesimo primo, pristaldis ad predicta per nos datis Hrano predicto et Wlko filio Pritichii de genere Hotughan.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru. odio samostana sv. Krševana. Capsula XIV. no. 262.

Na listini nalazi se vrvca svilena tamnomodre boje; pečat je otpao

17.

1321, 18. augusta. U Zadru.

Jovan Pogančić i iena mu Milica darivaju novo osnovani samostan koludrica u Pagu.

In Christi nomine umen. Anno incarnationis eiusdem MCCCXXI., indictione IV., die XVIII. augusti, Jadrae. Temporibus equidem domini Johannis Superantio inclyti ducis Venetiarum, et domini Johannis de Butovano dei gratia electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, ac vacante comitatu Jadrae per refutationem domini Gabrielis Dandulo. Cum nos Juranus Pogancich et Miliza de Pago iugales seu coniuges nuper construxerimus et haedificari fecerimus ecclesiam sanctae Margaritae in Pago, quae in monasterio monialium dedicata extitit per dominum fratrem Nicolaum olim archiepiscopum Jadrensem, ubi postmodum vos soror Maria abatissa dicti monasterii cum quibusdam aliis monialibus instituta fuistis. Cum nos praedicti coniuges fecerimus postmodum ecclesiam consecrari per praefatum dominum archiepiscopum-idcirco per hoc instrumentum dotavimus et de novo ad cautelam dota mus dictam ecclesiam seu monasterium de rebus et de bonis nostris infrascriptis modo et ordine infrascripto, prout tenemur et debemus de iure ad hoc, ut personae in dicto monasterio morantes habeant unde vivere possint. Nam fecimus et adhuc de novo facimus per nos nostrosque successores et haeredes donafionem, quae dicitur inter vivos seu quocumque alio nomine et modo dici potest et debeat, dictis monasterio et ecclesiae ac abatissae et monialibus et successoribus earum in perpetuum, ad honorem dei et beate Mariae virginis et sanctae Margaritae martyris et virginis, in cuius vocabulo dictum monasterium est fundatum, et in remedium nostroram peccaminum et animarum praecessorum nostrorum, de omnibus bonis nostris stabilibus et immobilibus quocumque modo, iure et forma pertinentibus, et quae pertinere possint

praesentibus ac futuris, ac de infrascriptis bonis mobilibus. Verumtamen volumus nos coniuges supradicti, quod dicta donatio, dotatio vel collocatio seu quocumque alio nomine et modo dici vel cen seri poterit vel posset dici, semper robur obtineat firmitatis, nec possi nec valeat per nos vel per aliquem alium aliquo tempore modo aliquo

vel ingenio seu vitio ingratitudinis, vel quod eo, quod dimissa fuerit, vel quod eo, quod non fuerit actu vel actibus insinuata, infringi vel vacuari. Praeterea volumus, quod vos domina abatissa et moniales cum successoribus nomine dicti monasterii positis salvo modo et ordine infrascripto in perpetuum de ipsis rebus donatis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis facere vestram voluntatem et commodum et partem tamquam de rebus vestris propriis, ad semper habendum dicta bona et res ipsas intromitendum, tenendum, usufructandum et faciendum de ipsis quicquid vobis videbitur pro utilitate vestra et monasterii superius dicti; sane quasdam res et bona inferius annotata et nunc tradimus, damus, transferimus et assignamus vobis abatissae *it* sororibus supradictis recipientibus pro vobis et successoribus vestris nomine dicti monasterii, videlicet quinque salinas positas in insula Paghi in loco vocato Babin potoch, quarum confines hi habentur: De traversa est mare, de austro sunt salinae Danielis Zavatae, de borea sunt salinae Destae piliparii quondam Georgii de Jadra, et de quirina est via publica. Item adhuc bestias minutas ovinas septuaginta et vaccas sex et unum bovem. Item tertiam partem omnium vasorum nostrorum de apibus. Item unam vineam positam in loco vocato Capella, cuius confines hi sunt: De austro est vinea haeredum quondam Dessignae, de traversa est vinea Johannis Zudignich et de borea est derus sancte Crucis. Item tertiam partem omnium terrarum nostrarum positarum in loco vocato Slura, de quibus possessionibus et rebus praedictis ex nunc posuimus in tenutam et corporalem possessionem, ut possitis ex eis facere quicquid vobis videbitur expedire pro vestra et successorum vestrorum ac ipsius monasteri utilitate, comodo et profectu. Ceteras has possessiones nobia retinuimus et habebimus in vita nostra et nostrorum cuilibet ad gaudendum er tenendum et usufructandum salva rei substantia, et ad faciendum de fructibus et redditibus in vita nostra pro anima et corpore nostro et cuiuslibet nostrum omnimodam voluntatem; ita tamen videlicet, quod si aliquis de nobiš moriretur, ille, qui remaneret gaudere et usufructar; debeat possessiones in vita sua. Possessiones vero quas nobis retinuimus et retinemus in vita nostra, ut dictum est, hae sunt: Novem salinae positae in valle Paghi in confinio sancti Andreae, de quibus de austro sunt salinae fratris mei dicti Turcini nomine Calog, de traversa est via publica, de borea sunt salinae Schitci fratris mei Turcini, et de quirina est mare. Item aliae novem salinae positae in valle Paghi in loco vocato Capellane, quibus a borea et traversa sunt salinae fratris mei Saraceni dicti Turcini, de austro sunt salinae Brathi Qualdicevich, de traversa sunt salinae Jurci Vodopcich, de borea sunt salinae Johannis Dimicich, et de quirina est mare ... nostrum omnes

salmae praedictae pum.suis ptallis(?) et quasihis et aliis pertinentiis suisqmn.bus, ac reliquae aliae „possessiones, quae nobis in vita nostra retinuimus, ut dictum est, de quo etiam dicto monasterio donationem fecimus mter vivos, ita concordes fuimus cum abatissa praedicta . . . . .

et Possumus simul cum abatissa et sororibus .

• . . cumque nobis placebit cum praedictis abat[tissa et sororibus] vel alienare prout melius vendi vel al i • -J - _, , vel m vel quicquid mde potent pervenire in propria . ... . . _ , . , . . ., . . . convertatur seu convert, possit et debeat. Actum est hoc et firmatum coram his vocatis et rogatis testibus, scilicet Nikoforo H ^ afch:— d-aoono, Stephano de Slorado Matthaei Vill(!) venerabili canonico cathedrat ano quondam Stoen(!) de Varicassis civibus Jadrae.

Rmch Riflessioni sul Pago Tom. III. 8.—10.

Rukopis u gubernijalnom arkivu u Zadru, sign. I G. 9.

^Ruich Idem I. » arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: sign. L

18.

1321, 20. augusta. U Cazmi.

Pred kaptolom ćazmanskim daje Valentin od plemena Boleta svoju privolu darovanju svoga brata Krištofa.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Valentinus filius Samsonis de genere Boleta, tam pro se quam pro Jacobo fratre suo a parte vna, ab altera autem Petrus dictus Nemeth filius Laurencii cognatus eius personaliter coram nobis constituti, idem Valentinus super donacione et collacione terre seu possessionis quam Cristo-, forus filius Drugani patruus suus cum filia sua ipso Petro Nemeth tradidit et donauit, tam suo nomine quam fratris sui predicti consensum et animum beniuolum prebuit pariter et assensum; eo pacto, modo et ordine prout ipse Cristoforus sibi mediantibus litteris nostris perpetuauit, ullo unquam tempore siiper ipsa donacione possit uel valeat habere questionem. Datum in festo beati regis Stephani, anno domini MCCC° vicesimo primo.

Original u biblioteci narodnoga muzeja « Budimpešti koji je (došatr onamo iz zbirke Veghelyeve s;. 1899.)

Na hrptu vidi se trag pritisnuta šiljatoovalna pecata.

19.

1321, 21. augnista. U Zagrebu.

Ivan ban u saboru izuzimlje kaptol od novouvedenih data zagrebackih.

Nos Johannes banus tocius Sclauonie significamus omnibus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod cum in districtu Zagrabiensi in ipsa Zagrabia, convocatis universis nobilibus, castri iobagionibus, liberis villis, civibus et cuiuslibet condicionis liominibus congregacionem fecissemus ex nostro officio generalem, nobisque pro tribunali sedentibus, discreti et honesti viri capitulum Zagrabiensis ecclesie obtulerunt nobis priores litteras nostras nostram deffinitivam sentenciam contra communitatem, cives Grecenses editas seu confectas, quas cum prospexissemus invenimus in eis contineri, quod ante omnia exhibite nobis fuerant regales littere, sub hac forma: *(Slijedi listina od 2. fcbrtiara 1:121.).* Termino igitur per nos legittime assignato, et discretis viris magistro Martino archidiacono de Vaska, et magistro Georgio, canonicis ecclesie Zagrabiensis. pro parte capituli, ac magistro Thoma principali notario civitatis Grecensis, pro .ipsa civitate cum litteris ipsius civitatis super hoc in nostra presencia constitutis, predicti procuratores capituli pecierunt, ut tributa filarchina vel quocumque modo vocata et salinaria queve occasione mensure salis exigere inceperunt, permittant capitulo percipere secundum privilegia regum Vngarie, que predicto capitulo sunt concessa. Magister Thomas vero ante omnia allegavit, quod civitas haberet quasdam litteras regales, quibus contineri dicebat, quod cives Grecenses non teneantur respondere coram aliquo iudice, preter regem. Sed nobis et omnibus regni nobilibus visum est, quod littera regia eciamsi exhiberetur, in qua banus Sclauonie non exprimitur nominatim, non videtur per eas banatus iurisdiccioni ordinar[iJe derogari per clausulam generalem, cum in regno Vngarie excellentissima dignitas sit banatus. Ceterum, quia utraque iurisdiccione, videlicet delegata et ordinaria fungebamur, interlocuti fuimus excepcionem civitatis declinatoriam nostri iudicii non valere; qua quidem interlocucione facta, magister Thomas civitatis nomine sic respondit, quod civitas habet privilegium regale, per quod privilegium liceret civibus tam in tributis, quam in aliis

exaccionibus inducere novitates. Et nos certum terminum ei assignavimus, in quo privilegium exhibeat, quod allegat. Quo quidem termino adveniente exhibuit transcriptum privilegii confecti super libertatibus civitatis, in quo transcripto nichil continebatur de hoc, quod civitas aliquas novitates inducere, vel nova possit salinaria constituere aut tributa. Nos igitur cum multis regni nobilibus nobis assidentibus per diffinitivam sentenciam condempnavimus ipsam civitatem ad restituendum capitulo omnia, que nomine et lioccasionefj) predicti tributi filarchina nominati et salinarie et quam occasione conservacionis iuste mensure se exegisse per suas litteras sunt confessi; idero tributum filarchina uocatum et salinariam predictam, tributis regiis applicatam, restituimus capitulo supradicto. In quorum iurium corporalem possessionem per nobiles viros comitem Nicolaum filium Stephani dicti Chupor de Monoslov et per comitem Stephanum de Vinodol ipsum capitulum fecimus introduci. Porro ex presenti sentencia nobilibus et incolis regni, in quorum iniuriam proponuntur predicta nova salinaria introducta, nullum volumus preiudicium generari, quominus suam iusticiam prosequantur contra quoslibet sepedicte salinarie possessores. Datum Zagrabie, in congregacione nostra, in crastino festivitatis sancti regis Stephani, anno domini MCCCXX primo.

Prijepis kaptola čazmanskoga u arkivu kaptola zagrebačkog fasc. 10. no. 47.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 98.—99.

20.

1321, 3. septembra. U Aversi.

Kralj napuljski opetovano opominje Spljećane, što orobiše biskupa rapskoga njegova podanika.

»Franciscus Arbensis episcopus« *tužio se Karhi Robertu* »se captum et disrobatum fuisse per nonnulios tam clericos quam laicos civitatis Spaleti de Dalmacia, et perdidisse in ipsa disrobatione ducatos auri mille centum triginta sex et quasdam litteras delegacionis sue.« *Karlo nalaze* »comune dicte civitatis requirere, ut eidem episcopo de dampno huiusmodi satisfactionem impendi faceret«, *grozeć se, da će u protivnom slučaju* »contra iamdictum comune et homines civitatis ipsius represalias concedere.« *Nu pošto* »comune predicte civitatis non exhibit requisitum, et ipse nostre littere per eumdem episcopum obtente fuerunt

tacita veritate et falsus precator careret debeat imperatis, predictas repressalias duximus revocandas« *i nalaže, da se spljetskim trgovcima Martinu Marinu, Petrietu i drugovitua vrati roba u vrijednosti od 38 uncija zlata.*

Pošto taj nalog činovnici isiuniii, šalju Spjećani poslanike: najprije Ciprijana, zatim opata Nikolu (1323. 25. aprila VI. ind.) i napokon Martina Marina -i>ambassator et nunchis comunis Spaieti, vassalorum illustris regis Ungarie«. (1323[1] 12. oktobra XI. ind.J

Ree;istri Angioini
Makušev Zapiski XIX. 2. pril.-3. 57.—58. — Raeki Rad XVIII. 227

21.

1321, 5. septembra. U Zadru.

Gregorije sm Detrika de Gregorio obvezuje se uklonih radionicu, koju mu je dozvoho podiči na svom zemljištu Martinusije sm Petra Clauda.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, die quinto mensis septembris, indictione quarta. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Veneciarum, et reuerendi patris domini Johannis de Butouano de Jadra, dei gratia ellecti, confirmati et consecrati [inj Jadrensem archiepiscopum, ac uacante comitatu Jadrensi comite. Fateor ego Gregorius filius condam Detrigi de Gregorio, ciuis Jadrensis, quomodo cum tu quidem Martinussius olim Barti Petri Claudi, ciuis Jadrensis, de gratia permissionis mihi ac me permisisti laborare seu laborari facere quoddam edificium ligneum et in tuo muro consentires meos trabes ponere, seu super tuos dentes in quadam curia meorum hospitum posita Jadre in confinio sancti Petri noui, scilicet a quoquina, que fuit olim Marini de Jaia uersus austrum eundo usque ad domum olim que fuit Damiani aurificis, quod uero laborerium seu edificium facere non poteram de iure, obligo me et promitto ego dictus Gregorius per me meosque heredes et successores transactis prius et finitis quatuor annis primitus futuris ad omnem tuam tuam[2] uoluntatem et requisicionem uel heredum aut successorum tuorum tui

[1] Makušev krivo 1333.
[2] Pisano dva puta.

dicti Martinussii totum predictum laborermm seu edificium inde releuare et extrahere ac destruere taliter, quod ibi non sit dictum edificium, et ut cur[ia] sub dicto edificio libere et permaneat desuper terra usque aerem profut] . . . . de iure debet secundum formam . . . . licencie tue date per iudices examinatores, scripte per manum Johannis Qualis imperiali auctoritate notarii et Jadrensis iurati, sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indictione vndecima, die quintodecimo intrante ianuarii, Jadreet cetera, ut in ea legituf 6b-ligare ad hec omnia bona mea tibi presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Johanne filio Rasse, et Francisco filio Miche condam De[se] Michaelis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Coillus Miche de Spya iudex examinator examinaui.
Ego Nicolaus condam Johannis Jadrensis notarius interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernialnom arkivu u Zadru, odio sa^nostana sv. Nikole no. 120. Listina ti drugom dijelu oštec'ena.

22

1321, 22. septembra. **U Zagrebu.**

Sinovi bana Stjefiana Babonića daruju crkvu svetoga Gjurgja kraf grada Zumberka samostanu u Kostanjevia. (Landstrass).

Nos Johannes, Georgius, Dyonisius et Paulus comites filii Stephani bani significamus vniuersis, quibus expedit presencium per tenorem, quod licet alie virtutes coram deo et hominibus commendentur, laudabilius tamen elemosine commendantur, que peccatorum sordes abluunt et animas diuino conspectui representant. Igitur hac ducti consideracione •cupientes anime karissimi patris nostri prenominati et domine matris nostre piarum recordacionum salubriter prouidere, quandam ecclesiam sancti Georgii apud Siherberg existentem, ad nos iure hereditario et eciam iure patronatus pertinentem, dedimus contulimus et assignauimus pro remadio et salute anime predictorum parentum nostrorum monasterio ecclesie beate virginis prope Lanstrost existenti, abbati et fratribus mo-•nachis ordinis Cisterciensis in eadem ecclesia beate virginis commoran-•tibus £t dominum deum exorantibus iure perpetuo possidendam, tenendam, irreuocabiliter et habendam, annectehtes predictam ecclesiam sanctt Georgii ad iamdictairrecciesiam beate[1] virgihis cum vtilitatibiis, pertinenciis et appendiciis suis vniuersis. Vt igitur huiusmodi collacio robur perpetue optineat fimitatis, nec processu temporis per quempiam ualeat retractari, presentes contulirous litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Zagrabie, in festo sancti Mauricii, anno domini millesimo CCC° vigesimo primo.

Original u Ijubljanskom Rudolfinu. — Vise na listini tri dobro sačuvana iečata o pergamcnim vezicama.

23.

1321, 24. septembra. U Barolu.

Franko notar Guilelmov opunovlašćuje Felicija de Sansone, da traii dui>~ od Lovrinca. sina pokojnog Martina Civalteli iz Zadra.

f Anno ab incarnacioni domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo vicesimo primo, regnante domino nostro Roberto dei gracia serenissimo rege. Jerusalem et Sicilie. ducatus Apulie et principatus Capue, Prouincie et Forcalguerii ac Pedimontis comite, regnorum suorum anno duodecimo, mense septembris die vicesimo quarto eiusdem, quarte indiccionis, apud Barolum. Nos Angellus de Marca regalis Baroli iudex. Robertus de Peregrino puplicus eiusdem terre notarius et testes sul> scripti litterati de eadem terra ad hoc specialiter uocati et rogati, presenti pubhco scripto iatemur, quod prescripto die in nostri presencia constitutus discretus vir Francus notarius Guillelmi conciuis noster confidens de fide, prudcncia et legalitate Felicii de Sansone conciuis sui, voluntarie cum tota debita et consueta iuris obseruancia ad obseruata et interueniente fuit constituit et sollempniter ordinauit eundem Felicium de Sansone presentem et uolentem suum verum et legitimum procuratorem et nuncium specialem ad petendum, exigendum et recipiendum nomine suo a Laurencio filio quondam Marini Zabalelli[1] de Jadara(!) grossorum venetorum boni argenti et iusti ponderis solidos octingentos quinquaginta septem et,, denarios duos debitos dicto Franco per eundem Laurencium pro precio seu valore frumenti salmarum trecentarum quinquaginta venditarum, traditarum et assignatarum eidem Laurencio per eundem Francum france et libere in barca ipsius Franci naulicari(i) sibi per eundem Francum, in qua dicta frumenti quantitas onerata est; item grossorum venetorum boni argenti iusti ponderis .solidos quinquaginta octo et denarios octo et medium debitos eidem

[1] Ima biti jamačno: Civalelli, ime poznate obitelji u Zadru.

Franco per eundem Laurencium pro naulo ipsius barce conaucte per eundem Laurencium ab eodem Franco pro deuehendo onere supradicto apud antedictam terram Jadare(l), nec non pro stolis necesariis in barca ipsa pro conseruacione frumenti onerati in ea iuxta tenorem puplici(l) instrumenti mihi confecti per manus mei predicti notarii, quod idem Francus penes se habet et retinet pro sui et socii sui cautela; et ad quietandum et faciendum eidem Laurencio nomine suo finem, quietacionem et pactum de vlterius non petendo de predieta pecunie quantitate, quam nomine suo receperit a Laurehcio supradicto sub bonorum omnium ipsius principali obligacione, penarum adiectione et aliis renunciacionibus oportunis; cui predicto Felicio procuratori suo et nuncio speciali idem Francus principalis constituens dedit et concessit plenam licenciam et liberam potestatem ac speciale mandatum petendi, exigendi et recipiendi nomine suo ab eodem Laurencio predictam pecunie quantitatem sibi per eundem Laurencium debitam ex causis predictis, ac faciendi nomine suo eidem Laurencio finem, quietacionem, remissionem et pactum de vlterius non petendo de pecunia supradicta, quam ab eodem Laurencio nomine suo receperit, non obstante predicto instrumento penes eundem Francum pro sui et socii cautela propria remanente, et generaliter omnia alia et singula faciendi nomine suo in premissis et circa premissa, que quilibet verus et legitimus procurator et nuncius specialis facere potest et debet, que huius cause merita exigunt et requirunt eciam, si mandatum exigant speciale, et que et ipsemet constituens faceret ac facere posset et deberet, si hiis omnibus presencialiter interesset. Promittens mihi predicto notario puplico tamquam persone puplice recipienti et sollempniter stipulanti apud predictos iudicem et testes subscriptos pro parte omnium et singulorum, quorum seu cuius interest et poterit interesse sub speciali et expressa ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum presencium ac eciam futurorum se ratum, gratum habiturum et facturum quicquid dictus Felicius procurator suus et nuncius specialis secundum premissas et quelibet premissorum duxerit faciendum. Et ut premissis plena fides valeat, ad hoc presens puplicum procuracionis scriptum exinde factum est per manus mci predicti notarii signo meo solito signatum, subscripcione mei qui supra iudicis et nostrum subscriptorum testium subscripcionibus roboratum; quod scripsi ego predictus Robertus puplicus Baroli notarius, qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signaui.

fSignum not.).

(Drtgi rukopisi).

f Angellus de Marca qui supra iudex subscripsi.

f Clemens de Magistro Sancoro puplicus' Baroli notarius testatur.

"f Ego Guilelmus de Cantore testis sum.

t Martinus de Leucio publicus Baroli notarius testatur.

t Ego Niculeto de Elefanto testis sum.

Original u arki-vu jugoslavenske akademije u Za^rebu. Diplomala a. 1321.

24.

1321, 3. oktobra. U Šibeniku.

Stojan sin pokojnog Vukše Nebrizenića pfodaj'e za tri libre polovinu svoj'e zemlje Piruciju sinu Disislavovom.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo uigesimo primo, indiccione quinta, mense octubri die tercio intrante, regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie, et tempore domini Grisogoni de Fafogna de Jadera dei gracia venerabilis Sibenicensis episcopi, nec non domini Gregorii filii olim domini Pauli bani Croatorum incliti comitis nostri, ac nobilis viri domini comitis Budislaui de Carbaua honorabilis potestatis Sibenicensis, atque dominorum iudicum nostrorum Johannis Desani, Bogdani Stephani et Stanci Drago-slaui. Ego siquidem Stoianus filius condam Vulxe Nebrizenicg fateor per hoc presens instrumentum me recepisse libras tres denariorum paruorum venetorum a te quidem Pirucio filio condam Disisl[au]i, pro quibus libris predictis do, uendo et transacto tibi medietatem integram Bozani Cruncouicg vnius loci et ortus cum suis ibi confinibus et pertinenciis iacentibus in uilla Srima super uiam communis, ex parte austri loci et ortus alie medietatis Tiseni fratris dicti Bozani, et ex parte punenti(!) uie publice, que est inter me dictum Stoianum et inter locum seu ortum heredum condam Ceprogne Dominici, dans et concedens tibi plenam potestatem de predicta uendicione a modo in futurum habendi, tenendi, laborandi, usufructuandi, uendendi, dandi, donandi[1], pro anima uel corpore indicandi et per te tuosque heredes et successores libere in perpetuum possidendi absque aliquo contradictore. Quam uendicionem predicte rei promitto et obligo tibi ab omni homine de iure excalumpniare et defensare super me et bonis meis presentibus et futuris; ac sciendum est, quod de pridie cridatum fuit per ciuitatem ut moris est per lamitum(?) preconem comitis. Actum est hoc Sibenici, in domo mea tabilionis(!). coram hiis uocatis et rogatis testibus, uidelicet Johanne

[1] Dva puta pisano.

condam Toporigi Bilcig, Georgio prenomine Mucha filio condam Bogdani et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus Radouani examinator manum misi.

Et ego Bogdanus Disini de Sibenico imperiali auctoritate notarius et nunc comitis Sibenici iuratus tabelio hiis interfui, rogatus hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu iugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1321.

25.

1321, 23. oktobra. U Skadru.

Petar biskup skadarski piše Bartolu Gradenigu knezu dubrovačkomu, kako je kralj srpski poručio njemu i ćefaliji Jliji, da idu u Dubrovnik ubrati dohodak svetodmitarski.

Viro nobili ac multa discrecione pollenti, domino comiti Ragusinen[si] Bartollomeo nec non cudicibus(!) et consiliaris ciuitatis eiusdem Petrus dei gracia episcopus Scutaren[sis] salutem et omne bonum. Sciat uestra nobilitas, quod dominus rex misit nobis et chephalie, quod ueniremus accipere uestrum dacium. Deo uolente me deus castigat et iaceo. Ideo rogamus uestram amiciciam et dilecxionem (!), quatenus nos uelitis abere excusatum. Et eciam mittimus nostrum nepotem presbiterum Stephanum et familiarium nostrum Bardum cum dicto chefalia, et quicquid faciatis cum chefalia, ualeat nobilitas per te[m]pora ogiora[1]. Data in Scutaro, die ueneris, mense septembris[2] die XXIII.

JVa ledjima: »Viro nobili ac multa discretione pollenti domino comiti Ragusinen[si] Bartollomeo, nec non iudicibus et consiliariis ciuitatis eiusdem«.

Original na papiru u diibrovačkom arkivu, koji je bio u Diversa cancellariae za g. 1320., kako se vidi po zapisu od 27. oktobra 1321. yirecek Spom. srp. br. 6, 24.

[1] Iugiora?
[2] Ima biti octubris.

26.

1321. 2. novembra. (U Zagrebu).

Objavljuje se prodaja zemalja izmedju Babonića i njihovih plemenitih susjeda.

capituli ecclesie Zagrabiensis litera privilegialis in crastino festivitatis Omnium Sanctorum, anno gratie millesimo trecentesimo vigesimo primo edita, sigillo eiusdem impendenti communita, inter cetera declarabat, quod Dobromer filio Junk, Stepan filio Voyhne et Wlk filio Velise nobilibus de Sodcha ex una parte, ex altera vero comite Thoma filio Othina, nobili de Obroncha vice et nomine magnificorum Nicolai et Duim filiorum comitis Radozlai filii Babonegh,[1] dominorum videlicet suorum coram ipso capitulo personaliter constitutis, iidem Dobromer, Stepan et Vulk quandam terram seu possessionem eorum hereditariam Ostrosecz nuncupatam, metis literis in eisdem specificatis distinctam, cum utilitatibus, pertinentiis et appendiciis suis uniuersis dixissent et confessi fuissent se vendidisse, tradidisse et assignasse antedictis Nicolao et Duim comitibus ac per eos ipsorum heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam pro quadraginta et quinque marcis, singulis cum singulis quinque pensis bonorum denariorum banalium computatis, obligantes se nichilominus expedire eosdem Nicolaum et Duim comites ac eorum heredes ab omni, si quam ratione predicte terre seu possessionis vendite aut utilitatum eiusdem per quempiam in futurum oriri contingeret questione, propriis suis laboribus, sumptibus et expensis.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blag. 89. — 90.

27.

1321, 6. novembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa Augustinu biskupu zagrebačkomu, neka crkve dade po svećeniku iznova blagoslomh. u koj'ima se je krv prolila.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Augustino episcopo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Meruit tue

[1] Labonegh u originalu, što je dakako pogrešno.

devotionis sinceritas, quam erga nos et Romanam ecclesiam haberedinosceris, ut peticionibus tuis, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque, sicut nobis exponere curavisti, sepe contingit ecclesias, monasteria, cimiteria et alia loca ecclesiastica tue civitatis. et diocesis per effusionem sanguinis vel seminis violari, ad que reconcilianda propter moram, quam de mandato nostro apud sedem apostoiicam trahere dinosceris, nequis personaliter te conferre, nobis humiliter supplicasti, ut providere super hoc, nec fideles earumdem civitatis et diocesis exinde subeant in spiritualibus detrimentum, de benignitaet apostolica dignaremur. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod: ecclesias, monasteria et alia loca supradicta per aliquem seu aliquos. sacerdotem seu sacerdotes ydoneos reconciliari facias, quotiens fuerit oportunum, aqua per aliquem episcopum, ut moris est, primitus benedicta, fraternitati tue auctoritate presentium concedimus facultatem; per hoc autem constitutioni, que id per episcopos tantum fieri precepit,, nulium volumus preiudicium generari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit. incursurum. Datum Avinione, VIII. idus novembris, anno sexto.

Theiner Mon. Hung. I. br. 719. str. 473. Iz reg. orig. an. VI. comm.„ ep. 176.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 100.

28.

1321, 8. novembra. Pod Okieem.

Ban Ivan potvrdjuje svoje darovanje maltarine učinpene Nikoli Rakovačkom god. 1320.

Johannes banus tocius Sclauonie dilectis sibi vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis Jargitore. Pro meritis, nostrorum fidelium vigilanti animo nostro conuenit prouidere, quia, dum, bonis bene facimus, dum eorum quieti assurgemus, dum ipsos bonis dicamus oportunis, per hec nostre magnitudinis conquiescit animus merito et fouemus. Proinde ad vniuersorum tam presenciam quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobilis vir magister Nicolaus filius Ladislai de Rakolnuk ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras nostras patentes, petens.

nos precum cum instancia, vt easdem de verbo ad verbum resctibi faceremus et nostris litteris priuilegialibus eidem dignaremur confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi tistina bana Ivana od 20. septembra g. 1320.)* Nos itaque predictas nostras litteras patentes cernentes fore esse iustas, non abcisas non abrasas non cancellatas nec in aliqua parte sui corporis viciatas, ex certa sciencia approbamus, ratificamus et presentis patrocinio auctoritate presencium confirmamus. Datum sub castro Oclich, in octauis Omnium Sanctorum, anno domini millesimo CCC°. vigesimo primo,

Iz originalnog prijepisa bana laaislava /igcrvarskoga od. 10. maja 1481., učinjena za Stjepana Twchycha Rakovačkoga, na papeu. (J kr. ug. drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D. I. no. 35.768. — Stara signatura Acta conventus Crisiensis fasc. III. no. 5.

Kukidjevic Jura regni I 99.—100.

29.

1321, 20. đeeembra. U Avig-nonu.

Ivan XXII. papa dopušta Franjevcima šibeničkim, da prime od gradjana drugo mjesto unutar gradskih zidma.

[Joannes papa XXII. etc.j Dilectis filiis . . . guardiano et fratribus ordinis Minorum civitatis Sibenicensis provinciae Sclavoniae. Inter caeteros ordines in agro plantatos ecclesiae sacrum vestrum ordinem claris suis exigentibus meritis gerentes in visceribus caritatis, ad ea vigilanter intendimus ac opera operamque sollicitam impertimur, per quae status eiusdem ordinis ac divini nominis gloriam, exaltationem catholicae fidei et augmentum ordinis supradicti tranquillis foveatur eventibus et votivis proficiat incrementis. Sane petitio dilectorum filiorum potestatis, iudicum et curiae civitatis Sibenicensis nobis exhibita continebat, quod olim [incentore malorum, pacis aemulo, procurante] inter dilectum filium nobilem virum Mladinum Chroatorum et Bosnae banum ex parte una, et cives civitatis eiusdem ex altera gravi discordia suscitata, cum idem banus per terram et mare civitatem praedictam intenderet impugnare, iidem cives considerantes, quod per locuni vestrum tunc situm extra civitatem praedictam, impugnationi huiusmodi magna commoditas praestabatur, ac tantis periculis occurrere cupientes, praedictum locum funditus destruxerunt, ac deinde pro dicto loco volentes infra moenia civitatis eiusdem recompensationem vobis facere congruentem, de assensu et voluntate totius maioris et generalis consilii civitatis praedictae ad sonum cam-

panae, voceque praeconia more solito congregati, quendam locum cum omnibus aedificiis et ligaminibus, certis terminis limitatum, situm infra civitatem praedictam, cum omnibus suis iuribus, pertinentiis et adiacentiis universis dilecto filio . . . ministro provinciali ordinis vestri in provincia Sclavoniae recipienti vice et nomine vestro dederunt et liberaliter concesserunt, prout in instrumento publico inde confecto sigillo communis civitatis eiusdem munito plenius continetur. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut recipiendi locum praedictum cum aedificiis, pertinentiis et adiacentiis supradictis, et construendi in eo ecclesiarn seu oratorium cum officinis, habendi quoque ibidem Iiberam ecclesiasticam sepulturam [constitutione Bonifatii papae VIII. praedecessoris nostri in contrarium edita non obstante] specialem vobis licentiam concedere dignaremur. Attendentes igitur ex eo praecipue, quod locum huiusmodi non voluntate, sed potius exigente necessitate mutastis, petitioni vestrae in hac parte fore rationabiliter annuendum, vestris supplicationibus inclinati, vobis; dummodo dictus locus ab ecclesiis aliorum ordinum, qui sunt in paupertate fundati, per spatium centum et quadraginta cannarum [in moderatione seu restrictione piae memoriae Clementis papae IV. praedecessoris nostri super hoc edita diffinitum] distare noscatur, recipiendi et retinendi locum praedictum cum aedificiis, pertinentiis et adiacentiis memoratis, et in eo morandi et construendi in ipso ecclesiam seu oratorium et officinas vobis necessarias, ac habendi in eo cimiterium et ecclesiasticam sepulturam [sine praeiudicio tamen cathedralis ac parochialium ecclesiarum et iuris cuiuslibet alieni], praedicta eiusdem praedecessoris Bonifatii et qualibet alia constitutione contraria non obstante, plenam et specialem auctoritate apostolica licentiam concedimus et etiam lacultatem. Nulli ergo etc. Datum Avinione, XIII. kalendas ianuarii, anno sexto.

Eubel Bullarium Franciscanum. Tom V. 217. i d. (br. 455).

30.

1321, 21. decembra. U Ozlju.

Sinovi bana Stjepana Babonića obećaju, da će štitit i samosian u Kostanjevici (Landstrass).

Nos Georgius, Dyonisius et Paulus comites filii domini Stephani pie memorie quondam bani Sclauonie significamus [et] memorie commendamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod nos ob reuerenciam dei et eiusdem genitricis promisimus et assumpsimus domino Johanni abbati ecclesie beate virginis de Lanstrost ac conuentui de eadem, vt iidem fratres per nos uel per homines nostros, scilicet castellanos, comites, iudices, officiales uel cuiuscunque condicionis homines ad nos pertinentes, vna cum ipsis fratribus ad eos spectantibus in ipsorum fratrum possessionibus constituti vel commorantes, tam presentes quam superuenientes, donec nobis vita comes deo propicio donabitur, nullam molestiam, nulla nocumenta, nullaque dampna(!) diuturna uel nocturna in rebus et in personis paciantur uel aggrauentur quoquomodo, ymo ob reuerenciam supradictam in omnibus eisdem fauorem et dileccionem tamquam Christo amabilibus et 'amicis nostris- reuerendis exhibemus, item promisimus eisdem et obseruare intendimus quoadusque viuemus, quod quicunque de tenutis ipsorum fratrum seu possessionibus ad nostra tenuta uel possessiones se transferet, ipsum cum omnibus bonis suis ac rebus dilacione non aliquali, predictis fratribus reddemus et restituemus omnimode. Datum in Ozal, in festo beati Thome apostoli, anno domini M°CCC°XX°. primo.

Original n Ijubljanskom Rudolfinu.
JVa iergamenoj vezici visi prihčno sačuvani pečat.

31.

1321, 24. deeembra. U Budimu.

Pred kaptolom budimskim progtasuje. se testamenat Jakoba stanovnika županije zagrebačke, kojim čim svojim baštinikom svoga svaka Gervazija Urbanova.

Capitulum Budensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod Geruasius filius Vrbani de comitatu Zaladiensi ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras domini nostri regis, in quibus dabatur nobis in preceptis, quod tenorem testamenti magistri Jacobi filii Petri nobilis de ultra Drabam (!) cognati eiusdem decedentis in castro Budensi inquiri diligenter faceremus, et super tenore testamenti eiusdem Jacobi requirendo nostras litteras testimoniales eidem Geruasio faceremus emanari. Nos precepto regio obtemperantes, ut tenemur, iusticieque et iuri suadentes, duos ex nobis viros ydoneos, Petrum videlicet decanum, et alium Petrum quondam. decanum socios et concanonicos

nostros, ad inquisicionem tenoris predicti testamenti duximus destinandos, qui demum ad nos cum eodem Geruasio reuersi retulerunt, quod ipsi ad hospicium predicti Jacobi filii Petri, videlicet ad domum Luchacy filii Mykou ciuis de castro Budensi accedentes, ubi idem Jacobus diucius languens domino uocante decessit, convocatis testibus et confessore eiusdem, qui ordinacioni testamenti ipsius Jacobi interfuerunt, scilicet viris religiosis fratre Michaeie et Petro socio eiusdem de ordine fratrum Predicatorum de claustro sancti Nicolai de eodem castro Budensi, in quorum claustro eodem eligente sepultus extitit. Item viris prouidis Nycolao filio Mykou iurato de predicto castro Budensi, Johanne dicto Agriensi, et Petheu fratre eiusdem, ciuibus de eodem, qui vnanimiter et concorditer coram ipsis retulissent viua voce, quod dictus Jacobus in loco egritudinis decumbens, licet eger corpore, sanum tamen per omnia habens intellectum, coram ipsis et viro discreto Georgio plebano beate Marie Magdalene plebano eorum, qui sacram unccionem et alia sacramenta ecclesiastica eidem iuxta formam ecclesiasticam inpendit, tale condidisset testamentum: Quod quasdam possessiones suas hereditarias Rasseny de comitatu Zagrabiensi legasset, dedisset et tradidisset Geruasio genero suo, et domine sorori sue consorti sue[1] Elys nomine et filiis eorundem, seu pueris ab eadem procreatis aut procreandis perpetuo possidendam. Item possessionem suam Zablathya uocatam de comitatu eodem legasset similiter perpetuo eidem Geruasio tali modo, quod eandem possessionem suam a Nyclin ciue de Coproncha, cui pro decem marcis per eundem extitit inantea inpignorata, redimat ab eodem, et sororem suam innuptam apud eundem Geruasium commorantem de vtilitate, precio et valore eiusdem possessionis et aliis bonis ipsius apud dictum Geruasium relictis legitimare debeat, eandem debito cum honore et insuper debitoribus eiusdem vniuersis de utilitate eiusdem possessionis satisfacere teneatur. Item quandam vineam suam in territorio montis Cristury vocato prope Drabam existentem legasset eidem Geruasio et sorori sue. uxori eiusdem prenotatis eodem modo perpetuo possidendam. Item quandam aiiam vineam suam in territorio de Tymirian adiacentem, ob remedium anime sue legasset fratribus minoribus de Coproncha ad opus ecclesie eorumdem cum omni plenitudine sui iuris. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus viri discreti magistri Petri lectoris ecclesie nostre, anno domini MCCCXX° primo, nono kalendas ianuarii, presentibus magistro Petro cantore, domino Petro custode, Petro decano, Benedicto, Posonio, Petro et Jacobo

[1] Mjesto eius sc. Geruasii.

quondam decanis, Petro Syculo et Crisio presbiteris, Johanne et altcro Johanne ac Stephano magistris, ceterisque canonicis existentibus.

Original u kr. ugarskom državnom arkhm u Budimpesti: M. 0. D. L. no. 2061. Stara signatura: N. R. A. fasc. 953. no. -'. Na%y Cod. dipl. Andeg. I 639.-640.

32.

1321, 31. deeembra. U **Zagrebu.**

Kaptol zagreba.Ski prepisuje neke povelje tičuće se crkve sv. Marije u Zagrebu.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod religiosus vir frater Johannes abbas ecclesie beate virginis de Zagrabia timens eo, quod priuilegiis et instrumentis super possessionibus predicte ecclesie beate virginis emanatis propter viarum discrimina vti coram iudicibus non presumpmit, ideo ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium nostrum et quedam instrumenta comitis Juan filii Irizlai cum pendenti sigillo eiusdem consignata, petens a nobis cum instancia ipsum priuilegium nostrum transscribi, nostroque sigillo consignari. Tenor siquidem priuilegii nostri talis est: *(Slijedi listina zagreb. kaplola od 13. okfobra g. 12S7.J* Item tenor primi instrumenti comitis Juan filii Irizlai talis est: *(Siijedi listina Ivana Jaroslavića od god. 1280.)* Item tenor secundarum litterarum antedicti comitis Juan talis est: *(Slijedi listina Ivana Jfaroslavića-Okićkoga od g. 1280.).* Item tenor terciarum litterarum prenominati comitis Juan talis est: *(Slijedi listina istoga od g. 1281.J.* Item tenor quarti instrumenti sepefati comitis Juan talis est: *(Slijedi listina istoga od g. 1277, 10. apr.J.* Nositaque congruis et h[umilibus petijcionibus supradicti fratris Johannis abbatis annuentes et maxime, quod supradictum priuilegium nostrum et supradicta instrumenta comitis Juan inuenimus non abrasa, non abolita, non cancellata nec in aliqua sui parte viciata, ideo eadem de verbo ad verbum transscribi fecimus et transsumpmi nostroque sigillo consignari. Actum et transsumptum in festo beati Siluestri pape, anno domini millesimo CCC° vigesimo primo.

Original u arkivu zagrebačkog kaptola: Acta capit. antzqua (neuredjeno.) Pečat i vrvca otpala je.

33.

1321.

Ivan sin Dioniza palatina daruje Ugrinu sinu Farkaševu neki posjed uz potok Toplicu.

Nos magister Johannes filius Dyonisii condam palatini memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod quandam terram sew(l) possessionem castrensium sitam iuxta fluuium Thoplica nuncupatum, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis et ad ipsam spectantibus metis, signis et terminis infrascriptis dedimus et contulimus Vgrino filio Farkasii ob merita suorum fidelium seruiciorum, que [ejxhibuit nobis et predecessoribus nostris, iure, pacifi.ee et quiete possidendam irreuocabiliter et habere per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, excepta particula et porcione Duchk et Paulis(l); tali tamen libertate et seruiciis de predicta possessione nobis seruire teneantur, prout probi et honesti viri iobagiones castri de suis possessionibus, videlicet Jacobus filius Berywoy, Johannes filius Venchczlay, Nicolaus filius Mark sine tinis et omnibus obligacionibus; volumus eciam et attendimus, quod quia nos fide nostra et spontanea voluntate iamdicto Vgrino possessiones predictas assignauimus, idcirco nec per heredes nec per aliquos cognatos nostros vnquam molestetur nec eciam agrauetur; necnon hoc animo eciam pretermittimus, quod quandam vineam, que est in terra seu possessione predicta pertinens ad eundem Vgrinum pro peticionibus proborum virorum predicti Paulis sepedictus Vgrinus totaliter relaxauit, quia prefatus Paulis assumpsit et obligans se sepedicto Vgrino incultam vineam suam iuuare et reparare suis propriis laboribus et expensis. Cuius quidem terre prima meta incipit a parte orientis a fiuuio Sywbnyk vocatum et vadit per bonum spacium et cadit in fluuium Loyna et inde declinat ad meridiem ad quandam terram Ebres vocatam, deinde vergit versus occidentem per quendam monticulum et venit ad arborem cher circumfusam, et deinde] vadit per quandam vallem et cadit in fluuium Thoplika(l) et deinde vadit per monticulum versus septemtrionem et venit ad arborem harazth et deinde asscendit ad montem trans vnam uallem ad arborem harazth cruce signatam, et venit ad priorem metam. Quod hoc robor(!) et ratum sit ad huiusmodi rey certitudijnem conjcessimus litteras nostras sigillo

nostro roboratas. Datum et actum in anno domini millesimo ducentesimo' vigesimo primo.

Iz origmalnog prijepisa bana Hermana Celjskoga od 11. jula 14-28. U arkivu jugostavenske akademije u Zagrebu: Diploniata a. 1321. listina t>ri kraju oštee'ena.

34.

1322, 10. januara. U Avignorra.

Ivau XXI1. papa imenuje Lovru molobraćanina nadbiskupom dubrovačkim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Laurentio electo Ragusino, salutem et apostolicam benedictionem. Romana ecclesia, que super universas alias orbis ecclesias obtinet divina institutione primatum, circa singulas materne diligencie cura sedula vigilans earum profectibus velud(l) solicita mater ardenter intendat, studens, ut per sue prudencie[3] ministerium ecclesiis, ipsis presertim cathedralibus, preficiantur viri idonei in pastores, qui eas in spiritualibus et temporalibus possint et sciant salubriter gubernare. Olim siquidem bone memorie Petro archiepiscopo Ragusino ecclesie Ragusine regimini presidente, nos intendentes eidem ecclesie Ragusine, cum vacaret, de persona idonea providere, provisionem faciendam ea vice dicte ecclesie de prelato, quam cito eam contingeret pastore carere, dispositioni nostre certis de causis duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum autem dicto archiepiscopo viam universe carnis ingresso, nos de ipsius ecclesie Ragusine ordinatione solicite cogitantes, ne prolixioris vacationis incommodis exposita remaneret, post vigilem, quam ad perficiendum eidem ecclesie Ragusine idoneam approbatamque personam adhibuimus diligenciam, ad te ordinis fratrum Minorum professorem, in sacerdotio constitutum, virum utique, prout fidedignorum habet assertio, vite laudabilis, conversationis placide, morum honestate decorum, discretionis et consilii maturitate conspicuum, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, intendentes tam gregi dominico quam dicte Ragusine ecclesie salubriter

[1] Ima biti »trecentesirao«. Pogriješka prepisaća. Sravni listinu od god. 1327. u kojoj se isti Ugrin sin Farkašev napominje.

- Providencie (?).

providere, de persona tua ipsi Ragusine ecclesie de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi in archiepiscopum preficimus et pastorem, curamque et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma concepta fiducia, quod dirigente domino actus tuos prefata Ragusina ecclesia per tue circumspectionis industriam prospere dirigetur, sibique, divina favente clementia, salubria provenient incrementa. Tolle igitur iugum domini tam leve collis humilibus quam suave, et in dilectione domini pascendum suscipe gregem eius, super quo noctis vigilias diligens custodi, ut liber non pateat aditus invasori, et dominus in suspicabili hora venturus, si te invenerit sic agentem, cursu consumato, qui tuo labori preponitur, et horum fide servata, que tue solicitudini committuntur, te fidelem compertum in modico super multa constituat et in dilecta gaudiorum suorum tabernacula introducat. Datum Avinione, IIII. idus ianuarii, pontificatus nostri anno sexto.

In eodem modo. Capitulo Ragusine ecclesie, clero civitatis et diocesis Ragusine et universis suffraganeis ecclesie Ragusine.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 196. str. 162. /z reg. orig. an. VI. ep. 13 71.

35.

1322, 22. januara. U Temešvaru.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaie kaptolu čazmanskom, da obadje zemlju Pavla z Dominika sinova Lovrinčevih, zvanu Pakrac.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Chasmensis salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter damus in maudatis, quatenus detis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, coram quo Nicolaus filius Isou homcf nosteF-possessionem Pauli et Dominici filiorum Laurencii Pukur vocatam, conuocatis commetaneis et vicinis eiusdem iuxta veras metas et antiquas nouas metas erigendo, prout in priuilegio domini Bele regis cursus metarum ipsius possessionis continetur, reambulet eandem, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint contra eosdem ad nostram presenciam ad terminum conpetentem euocatis et post hec diem citacionis et terminum assignatum ac nomina citatorum nobis cum cursibus metarum fideliter rescribatis. Datum in Themeswar, tercio die quindenarum epiphanie domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo.

Iz pisma kaptola eazmanskog od 38. februara 1322. kralju Karlu; potonje pismo iz prijepisa istoga kaptola od 22. aprila g. 1364.

Original potonjeg prijepisa u arkwu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1322.

36.

1322, 18. januara.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje na tnolbu Ivana. Ivanova sina Junkova listinu kralja Andrije III. fod 12. "juna g. 1293.), kojom se riješavaju ljudi Ivanovi od plaćanja. kunovine.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam iuturis presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Johannes filius Johannis filii Junk ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegium domini Andree quondam regis Hungarie, predecessoris nostri, petens nos cum instancia, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Andrije III. od 12. juna g. 1293.J.* Nos igitur consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis dicti Johannis filii Johannis, quibus nobis dubiis fortune casibus se submittendo et sua exponendo ac in captiuitate infidelium nostrorum pro nobis pluribus temporibus crudeliter tormentatus commorando, non absque sui sanguinis effusione meruit conplacere et se reddere graciosum ; volentes ipsius fidelitatibus regio occurrere cum fauore, predictum priuilegium Andre (!) regis in nulla sui parte viciatum de verbo ad verbum presentibus inseri faciendo ratificamus et presencium auctoritate duximus cqnfirmandum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roborafas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi de Kukulleu dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXX° secundo, quinto decimo kalendas februarii, regni autem nostri anno similiter XX° secundo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Dipiomata-. a. 1293.

Listina je krnja na mjestu, gdje o vrzci visi pečat; pa se ne vidt trag, gdje je bila pričvršćena vrvca.

Na hrptu nešto kasnija bilješka (konac XIV. vijeka): »Andree filii Emerici filii Johannis filii aiterius Johannis filii Junk de Orbouch«.

37.

1322, 24. januara. U Trogiru.

Trogir i Sibenik mire se.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem 1321., indictione 5., die 24. januarii, regnante domino Karulo serenissimo rege Hungarie, et tempore domini Grisogoni de Faffognis de Jadra dei gratia Sibenicensis episcopi, nec non domini Gregorii filii olim domini Pauli bani Croatie incliti comitis, atque dominorum consulum Bogdani quondam Dessini, Radoslaui Michitich, Francisci Marini et Marini quondam Bercii per commune seu vniuersum populum Sibenici electorum et confirmatorum. Nobiles et potentes viri domini Daniel quondam Jacobi, et Fridericus domini Matthei ciues Tragurii sindici et procuratores dicti communis seu quocumque alio nomine de iure dici et censeri potest, habentes ad infrascripta speciale mandatum, vt patet publico instrumento scripto manu Andree Petri de Ancona notarii communis ciuitatis Tragurii, sub anno domini 1321., indictione 4., die 24. mensis decembris etc, ut in eo legitur, a me notario infrascripto viso et Jecto, procuratorio et sindicario nomine dicti communis et ciuitatis Tragurii ex vna parte, et nobilis vir dominus Bogdanus quondam Dissini, et Franciscus Marini consules ciuitatis Sibenici predicti, atque Michael Dragoy Cusmich et Dismanus Jurich ciues Sibenici, procuratores et sindici dicti communis Sibenici seu quocumque alio nomine de iure dici et censeri possunt, habentes ad infrascriptum speciale mandatum, vt patet publico instrumento scripto manu mei notarii infrascripti sub anno incarnationis Christi 1321., indictione a, die *22.* ianuarii etc, vt legitur in eodem, procuratore et sindico nomine dicti communis et ciuitatis Sibenici ex parte altera. Volentes futuris periculis obuiare, que ipsis ciuitatibus, videlicet Tragurio et Sibenico iminebant et videbantur iminere, et vt ipse ciuitates animi ac voluntatis vnitate firmarent et robore valerent contra et adversus omnes suos inimicos et aduersarios, qui ipsas opprimere nitebantur, confidentes potius de viribus, qua de iure, pro statu pacifico, tranquillo et quieto ciuitatis predicte, fedus infrascriptum. vnitatem, societatem, vnionem atque ligam ad inuicem, Christi nomine

inuocantes et virginis gloriose contraxerunt, ligauerunt ac etiam perpetuo vallauerunt in hunc modum corporali prestito iuramento singillatim super altare dicte ecclesie sancti Zipriani de Boe Traguriensis diocesis, vbi quamplures reliquie sanctorum sunt collocate. In primis namque voluerunt et ordinauerunt, quod omnis rancor, omnis discordia, omnis mala voluntas, omnis offensio, omnis lis et controuersia, si quas hucusque ad inuicem habnerunt; voluerunt, quod cum auctore suo diabolo extra mundi terminos expellantur et adnihilentur, et exinde perueniat a modo in antea omne bonum. Item voluerunt, firmauerunt et ordinauerunt nomine quo supra, quod a modo in antea liga ipsorum, fedus, vnio et animorum concordia sit perpetuo nrma ac indeficiens, videlicet, quod quicumque inimicus erit alicuius de predictis ciuitatibus, reliqua ciuitas ipsum sibi habeat pro inimico, ct. quicumque inimicaretur alique de predictis ciuitatibus, reliqua ciuitas teneatur inimicari opere et effectu, prestantes se ad inuicem auxilium, consilium et fauorem cum bonis et personis et cum posse totius dictarum ciuitatum, tam per mare quam per terram. Item, quod si qua persona singularis esset inimica alicuius civitatis, teneatur ipsam expellere infra trium dierum spatium extra ciuitatem ei districtum suum post denunciationem sibi factam. Item, voluerunt, quod si dicta illa persona, que esset inimica alicuius civitatis de predictis et veniret ad habitandum et morandum in aliqua de predictis ciuitatibus, quod tunc rectores et commune dicte ciuitatis ipsam expellere teneantur infra dictum terminum; item voluerunt, oidinauerunt et ad inuicem firmauerunt, quod quiiibet ciuis ciuitatis alicuius de predictis, vel districtualis ciuitatis predicte ita habeatur pro ciue vtriusque ciuitatis, quemadmodum habetur pro ciue de qua originem traxit, et defendatur ac tueatur pro ciue cum rebus et bonis suis. Que omnia et singula supradicta ad inuicem solemnibus stipulationibus hinc inde interuenerunt, videlicet vna pars alteri promiserunt vice et nomine quo supra, firma et rata perpetuo habere, tenere, et obseruare et nullo vnquam tempore contrafacere vel venire per se vel alios aliqua causa vel ingenio aut quocumque alio exquisito colore seu modo sub pena 50 mille libras denariorum venetorum paruorum a parte non obseruante predicta parti obseruanti predicta, quarum librarum medietas sit et esse debeat domino duci et communi Venetorum, hoc expresso habito inter eos, altera vero medietas sit et esse debeat parti aiteri predicta obseruanti; pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis, attendendis et adimplendis ad inuicem obligauerunt nomine quo supra omnia bona communium dictarum ciuitatum, et ad maiorem firmitatem et plenius robur sigilla pendentia utriusque ciuitatis duxerunt huic scripto presenti apponendum. Actum est hoc in dicta

ecclesia sancti Cipriani presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, vide_licet nobilibus viris Mattheo Zori, Michaele Stephani et Mengazza Desse Traguriensibus, Gregorio quondam Dominici Cherbafzich, Damiano Radoss Vrencouich et Disula quondam Dragossie Sibenicensibus et aliis

Ego Damianus Radosi Vuriconig (!) examinator manum m'si.

Ego Laurentius quondam magistri Henrici notarii imperiali auctoritate notarius et Sibenicensis iuratus hiis interfui, et a predictis partibus vt audiui rogatus scripsi et roboraui.

Lucius Memorie di Trau 166.—167.

38.

1322, 27. januara.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Nikoh i Dujmu Baboniću sve pospede i povlasti naj'više radi zasluga Ivana bana.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Regie celsitudinis provida consideratio sinum sue dilectionis et largitatis hiis pandere debet, qui suorum fidelium servitiorum merita se nisi sunt exhibere semper gratiosos, tunc enim sue glorie coronam augmentat, cum illos suis donativis decorat et extollit, qui desiderii propagine iugiter processerunt et etiam sua propria ipsos commendat ingens excellentia meritorum. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos consideratis fidelitatibus, fideliumque servitiorum meritis comitis Nicolai et Duyum filiorum Radizlai comitis filii Babanuk, fidelium nostrorum, quorum exhibitione se studuerunt nobis reddere multipliciter adeo gratiosos, ut nostre regie maiestatis gratia sibi placata in donativam largitatis pullularet. Volentes itaque servitiis ipsorum meritis Nicolai et Duyum occurrere cum favore, ut nostrarum dilectionum insigniis in ipsis ceteris exemplum ostenderemus, ut ad viam fidelitatis alios fideles nostros ferventius invitaremus, licet iidem Nicolaus et Duyum pro fidelibus servitiis a nobis multo plura mereantur, tamen in aliqualem recompensationem suarum fidelitatum, Inaxime meritoria et laudabilia servitia magnifici viri lohannis bani totius Sclavonie, dilecti et fidelis nostri in nostre maiestatis memoriam revocatis-, precibusque et petitionibus eiusdem inclinati regio cum favore

universas possessiones, castra et tenuta, hereditarias. acquisitas, emptitias et quoquomodo iusto titulo obtentas usque modo et possessas, in quibuslibet comitatibus et in qualibet parte regni nostri existentes, quoquo nomine censeantur, sub hiis metis et terminis antiquis, quibus per patrem ipsorum et priores possessores habite extiterunt et possesse, eo iure, quo nostre collationi dinoscuntur pertinere, cum omnibus earum utilitatibus, videlicet villis, sessionibus, terris arabilibus cultis et incultis, aquis, silvis, pratis, fenetis, tributis in terris et in aquis exigendis et foro ac pertinentiis universis ipsis Nicolao et Duyum filiis comitis Raduzlai et per eos eorum heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus, donavimus et contulimus perpetuo pacifice et quiete poss>dendas, tenendas et habendas. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi de Kukulleu, dilecti et fidelis nostri, anno domini M. CCC. XX. secundo, sexto kalendas februarii, regni autem nostri anno similiter vigesimo secundo.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Biagqy 90.—91.

39.

1322, 28. januara.

Ka.rlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Babonićiina Sa?nobor i Zelin.

Karolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Regie celsitudinis provida consideratio sinum sue dilectionis et largitatis hiis pandere debet, qui suorum fidelium servitiorum merita se nisi sunt semper exhibere gratiosos, tunc enim sue corone gloriam augmentat, cum illos suis donativis decorat et extollit, qui de fideli propagine iugiter processerunt et etiam sua propria ipsos commendat ingens excellentia meritorum. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis nobilis et magnifici iuvenis, comitis Johannis filii Stephani bani filii Babanuk, quorum exhibitione se studuit nobis reddere multipliciter adeo gratiosum, ut nostre regic maiestatis gratia sibi placata in donativam largitatis pullularet. Volentes itaque servitis

meritoriis ipsius comitis Johannis, que nobis et sancte nostre regie corone ac regno nostro Hungarie cum constantia supreme fidelitatis, se et sua dubiis fortune casibus submittendo et exponendo, exhibuit indefesse et impendit, occurrere cum favore, ut nostrarum dilectionum insigniis in ipso ceteris exemplum ostenderemus, ut ad fidelitatis viam alios fideles nostros ferventius invitaremus, licet idem comes Johannes pro suis fidelibus servitiis a nobis multo plura mereretur, tamen in aliqualem recompensationerrT suarum fidelitatum quasdam possessiones et castra, Zamabur et Selyn vocata, ad nostram collationem, ut idem nobis asseruit, devolutas et pertinentes sub antiquis metis et terminis, videlicet hiis, quibus per priores possessores habite extiterunt et possesse, eo iure et ea amplitudine, quibus nostre collationi dinoscuntur pertinere cum omnibus utilitatibus, scilicet villis, sessionibus, terris arabilibus cultis et incultis, silvis, nemoribus, aquis, pratis, fluviis, fenetis, piscinis, foro, tributis in terris et in aquis exigendis ac aliis pertinentiis universis ad easdem spectantibus ipsi comiti Johanni filio Stephani bani et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, de consilio prelatorum et baronum nostrorum fidelium dedimus, donavimus et contulimus perpetuo pacifice et quiete possidendas, tenendas et habendas. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii 'dilecti et fidelis nostri, archidiaconi de Kukulleu, anno domini M. CCC. vigesimo secundo, quinto kalendas februarii, regni autem nostri similiter vigesimo secundo.

Thatidczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blag. no. 91— 92.

40.

1322, 28. januara.

Karlo JRoberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Ivanu sinu Giletovu darovanu mu zemlju u županiji vukovskoj, a. potvrdjuje i darovanje Ivanovo njegovom službeniku Petru Filipovu.

Karolus . . . rex . . . ad universor ш noticitm haixm serie . . volumus pervenire, qiiod cum nos fidelibus nostris capitulo ecclesie Boznensis, ut ipsorum mitterent testimonium fidedignum, coram quo Jacobus filius Marchardi homo noster quandam terram castri nostri de Wolkow, in qua quondam £j|yle filius Myh et Stephanus filius Chuda

morabantur, statueret magistro Johanni filio comitis Gyleti, si non fieret contradictum perpetuo possidendam, dedissemus in mandatis, tandem idem capitulum fideles nostri nobis rescripserunt in hec verba: *(Slijedi listina bosanskoga kaptola od 83. februara god. 1321.).* Nos igitur ex huiusmodi relacione capituli ecclesie Boznensis fidelium nostrorum super predicta terra certificati, invenientes et cognoscentes eandem de iure nostre collacioni pertinere, consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis ipsius magistri Johannis filii comitis Gyleti, que idem nobis in diversis nostris et regni nostri negociis prosperis et adversis, in obsessionibus et expugnacionibus castrorum et aliis locis et temporibus debitis cum sui proprii, proximorum ac servijntum suorum sanguinis effusione exhibuit et impendit, licet multo plura a nobis mereatur, tamen in aliqualem recompensacionem suorum serviciorum predictam terram castri nostri in dicto comitatu VVolkow adiacentem . . . ipsi magistro Johanni donavimus . . . Qui quidem magister Johannes filius Gyleti eodem instanti sepedictam terram de nostro beneplacito Petro filio Philpus servienti suo pro ipsius Petri serviciis cum utilitatibus suis . . . universis, eo iure, ea plenitudine, quibus per nos ipsi Johanni extitit collata . . . donavit . . . Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi de Kukuleu dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC°XX° secundo, quinto kalendas februarii, regni autem nostri anno similiter XX° secundo.

Iz originalne potvrde kralja Karla od 22. novembra 1323. U arkivu grofova Draškovića u Trakošćanu.
JVagy Cod. dipl. Andeg. II. 2.—3.

41.

Bilješka o nalogu plateža.

1322, 2. februara.

Karolus Roberti primogenitns nalaže: »Justiciario terre Bari«, *da ptati »Dobio de Georgio de Aragusia districtus Venetiarum«. osamdeset i osam uncija zlata i dvadeset tarena.*

Archa in arch. Neapolit.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 82. — Rački Rad. XVIII. 227.

*

42.

1322, 12. februara. U Hrašćanima.

Pred banom Mladenom Šubićem mire se Petar i Jakov, sinovi Budislavljevi iz plemena Perkal sa svojim rodjacima glede zemlje Crnica.

Nos Mladinus secundus banus Croatorum et Bosne significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod cum Petrus et Jacobus fratres filii condam Budizlauui de generacione Perkal certas terras positas apud Kernizam iuxta terras Dlamozanorum a parte vna, et ab altera parte iuxta confines ville uocate Krbauam(!) Lug, que est nobilium de Breberio, cum nostro pristaldo Georgio condam Ml[adcon]is Razuaghanin filio perambullassent, ut est consuetudo Croacie, et heredes condam Budcii Jamometh, qui in parte dictam [terrjam possidebant et Stephanum filium condam Bogdani Dussigh de generacione Bilignan ac eius fratrem Stoyzlauum et nepotes ipsorum, qui iure empticio dicte terre partem nonnullam tenebant eciam, nec non et nobilem virum dominum Madium de Varicassis ciuem Jadre, qui similiter partem terre memorate possidebat, citassent ad nostram presenciam in causa terre eiusdem, ipsis Petro et Jacobo fratribus allegantibus et dicentibus ipsam terram totam fuisse ab olim generacionis Perkal et sibi proprie pertinere. Cumque super hoc et terminos et altereaciones varias inter se prefate partes habuissent, tandem dicti Petrus et Jacobus fratres interueniente amicabili tractatu et uidentes manifeste iura dictorum Stephani sui fratris ac nepotum, quod in dicta terra quam tenebant, iifdem] habebant et habere uidebantur legittime, et quia emerant modo debito et manifeste a personis que uenditionem eis facere potuerant, sicut litterarum approbatarum documentis publicis ostendebant, iidem fratres Petrus et Jacobus bona uoluntate sua coram nobis et pristaldo nostro predicto dimiserunt Stephanum et eius fratrem ac nepotes memoratos, et dictam perambulacionem factam super terris ipsorum ex toto reuocarunt et de omni lite et questione facta et facienda ipsis et eorum heredibus et successoribus ipsi Petrus et Jacobus fratres per se et suos heredes et successores se in perpetuum exceperunt. Ratificantes et approbantes vendicionem ipsius terre superius nominatam et ipsam habentes pro rata et grata, obligando se insuper et promittendo de dicta terra ipsis Stephano, eius fratri et nepotibus ac ipsorum heredibus et successoribus me[mora]ti Petrus et Jacobus fratres per se et suos heredes et successores nullo unquam tempore questionem facere de iure uel de faclo uel

consjentirej facienti. In cuius rei perpetuum testimonium presens priuilegium superinde per Michaelem nostrum dilectum et fidelem prothonotarium confici mandauimus et nostro sigillo pendenti muniri. Datum et actum in villa Hrasghane, presentibus religioso viro domino fratre Luca abbate Rogoue, Paulo comite filio comitis Curiaci de Corbauia, comite Goyzlao Stipanig, comite Bubangna Woyhnig de Hliuina, Juusa filio dicti Mladconis, Hlapcio filio condam zupari Tolse Laznichig, Dragano filio Golubi Bughanin, Ladislauuo filio comitis Jacobi Volkouig de genere Gussigh, et Hrano filio condam Gradini Cuzmigh; die XII., mensis februarii, [anno] domini millesimo CCC^{P} vicesimo secundo predicto, Georgio ac Boleslauuo filio Volxe Petrumilig pristaidis_ existentibus . dictorum.

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Dominika no. 703.

Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat, listina je dosta oštećena

43.

1322, 28. februara. U Čazmi.

Kafitol čazmanski javlja kralju Karlu, da je fto njegovom nalogu (od H2.jan.uara g. 1322,) obasao zemlju Pakrac i ustanovio medje.

Excellentissimo domino domino suo Karulo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum Chasmensis ecclesie inclinacionem et oraciones in domino pro eodem confideli famulatu. Litteras vestre serenitatis debito, ut tenemur, cum honore recepimus in hec verba: *(Slijeai pismo kralja Karla od 22. januara g. 1322.)* Nos itaque mandatis celsitudinis vestre occurrere volentes pariter in preceptis magistrum Nicolaum cantorem ecclesie nostre, virum vtique prouidum et discretum ad premissa exequenda duximus transmittendum, qui socius noster demum ad nos rediens nobis dixit, quod homo vester prefatus in presencia et testimonio eiusdem conuocatis omnibus commetaneis et vicinis possessionis prefate iuxta veteres metas et antiquas nouas erigendo in circuitu reambulauit; cuius quidem possessionis mete et termini, prout idem magister Nicolaus cantor nobis dixit et in scriptis exhibuit, hoc ordine distinguntur: Videlicet prima meta incipit super eundem fluuium Pukur ubi est magna arbor de populo, que vulgo dicitur narfa et ibi tenet metam cum Nodiha, et inde per viam asscendit iuxta fluuium Juanha vsque ad

metas filiorum Budur comitis et peruenit ad caput Mecheniche minoris, et per eum descendit usque ad terram filiorum Voyk et ibi tenet metam cum eisdem, deinde exit de fluuio Mecheniche et descendit per riuulum Harasnyk et peruenit ad terram Dobrosyk, deinde tendit per siluam per quandam vallem descendit ad fluuium Mecheniche, deinde super eundem descendendo tenet metam cum Garigh et peruenit ubi Kemelnuk potoca descendit in Mecheniche, et per eundem Kemelnuk asscendit vsque ad caput et ibi tenet metam cum GarigH," deinde tendit per ryuulum (!) Kuchimer, descendit in predictum fluuium Mecheniche et per Mecheniche tendit usque ad fluuium Sopluncham et per Sopluncham tendit inferius vsque ad metam, que est inter Garigh et Gresencha et ibi separatur de Garigh et tenet metam cum Gresencha, exeundo de fluuio Sopluncham(!) tendit per siluam ad fluuium Pukur ubi Munkadbrui nominatur, deinde per eundem fluuium Pukur tendit superius et tenet metam cum Petro de Welyka, deinde peruenit ad locum ubi Pukruch cadit in Pukur, deinde tendit superius et tenet metam cum abbate de Woys supra fluuium Pukruch, et ex illa parte Pukruch circa ecclesiam sancti Georgii de toto prohibuit predictus abbas de Woys de reambulacione et limitacione, item de alia particula terre, que adiacet eidem Pukur Thoplicha vocate contradictor et prdhibitor extitit Peteu dictus Orros, nec permisit reambulare, item de tercia particula terre Sopluncha vocate contradixit Petrus filius Odolen, tamen propter invndanciam aquarum metas ipsius separare nequierit; contradictores vero predicti sunt citati in festo kathedre sancti Petri, octauas medii quadragesime eisdem pro termino assignando contra prefatos filios Laurencii coram nobis conparandi. Datum in dominica inuocauit, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo.

Iz prijepisa kaptola čazmanskog od 22. apriia 1364.
Origznai potonjeg prij'episa 7i arkivu jzi-gostavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1322.

44.

1322, 16. marta. U Zadru.

Damjan sin Andrijin i Desinj'a sin Druska sa Paga^ obojica u nne svoje i svojih žena dozvolj'uj'u, da se u kući, u koj'oj' stanuju, . podigne stijena od drveta.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo[1], indiccione quinta, die sexto decimo mensis

[1] Calc. florentinus.

marcii, Yadere(l). Temporibus domini Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Yadere, ac domini Vgolini Justiniani cgregii comitis. Damyanus condam Andree Rici pro se et pro Mathya uxore sua ex una parte, et Desingna condam Drusci de Pago pro se et pro Bruna uxore sua ex parte altera ad inuicem sponte et de communi uoluntate uoluerunt et contenti fuerunt, quod ponatur paries seu ascitum de ljgnamine in domo ubi primo fuit; que domus iuit dictarum Mathie et Brune et fuit diuisa seu paricta inter ipsas dicta domus, ut constat duobus publicis instrumentis factis et completis manu notarii infrascripti, sub anno incarnacionis Christi millesimo irecentesimo dccimo septimo, indicione prima, die sexto decimo mensis ianuarii, Yadere et cetera, ut in eis legitur, saluo semper omni iure dictorum instrumentorum diuisionis predicte, et quod non debent preiudicare dictum ascitum predictis instrumentis. Et si dicta Mathya uel Bruna non fuerit contenta de dicto ascito faciendo in dicta domo, ut supra dictum est, ille cuius uxor non fuerit contenta, dare et soluere tenetur illi cuius uxor fuerit contenta nomine pene libras quinquaginta deriariorum paruorum super se et bonis suis habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono de Uitaga et Gregorio filio Biualdi de Botono ciuibus Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Stephanus Zadulinus examinator manum missi.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui, et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomala a. 1321.

45.

1322, 17. marta. U Avignonu.

Ivan XXII. ftapa podijeljuje izabranomu nadbiskupu zadarskomu palij\ poito)'e ispitao njegov izbor.

" Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Johanni electo Jadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dudum ecclesia Jadrensi per obitum bone memorie Nicolai archiepiscopi Jadrensis pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie te, tunc plebanum plebis

sancti Mathei Jadrensis, per formam scrutinii concorditer elegerunt, duobus ex eis dumtaxat exceptis, qui nec consensum, nec dissensum electioni huiusmodi prestiterunt, tuque electioni huiusmodi consentiens illamque a venerabili fratre nostro . . . patriarcha Gradensi, in cuius patriarchatu eadem ecclesia consistit, et eidem patriarche immediate subiecta metropoiitico iure, obtinens confirmari, demum fuisti per eundem patriarcham in Jadrensem archiepiscopum consecratus. Cumque postmodum palleum, insigne videlicet plenitudiriem pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis per dilectum filium Martinum abbatem monasterii sancti Michaelis de Monte ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis, nuncium tuum ad hoc specialiter deputatum, cum ea qua decuit instantia postulatum, nos dilecto filio nostro Neapoleoni sancti Adriani diacono cardinali commisimus oraculo vive vocis, ut de modo et forma electionis et confirmationis ac consecrationis huiusmodi plenius se informans nobis referre curaret, quicquid eum super hiis contingeret invenire. Cum autem idem cardinalis huiusmodi informatione recepta nobis in fratrum nostrorum presencia retulisset, quod tam circa electionem quam etiam circa confirmationem et consecrationem huiusmodi omnia rite processerant iuxta canonicas sanctiones, pro parte dilecti filii Romani de Setia clerici Terracinensis diocesis illico fuit propositum coram nobis, quod ipse nomine quorumdam de civitate Jadrensi, quorum se procuratorem fore dicebat, contra tuam et electorum tuorum personas maioris excommunicationis sentenciam et nonnulla crimina obicere. intendebat. Nos vero dilecto filio nostro Petro tituli sancti Stephani in Celio monte presbitero cardinali, sancte Romane ecclesie vicecancellario, negotium huiusmodi audiendum vive vocis oraculo commisimus nobis per eum postmodum referendum; coram quo comparentibus abbate procuratore tuo et Romano predictis, idem Romanus licet protulisset coram prefato vicecancellario, te et electores tuos fuisse tempore electionis prefate et adhuc esse maioris excommunicationis vinculo innodatos et nonnullis criminibus irretitos, qui tamen nullum mandatum nec alias ydoneum super hoc in prefixo ei peremptorio termino competenti per cardinalem eundem se exhibuit, idem cardinalis Romanum predictum tamquam personam ad hec propterea minus legitimam et eius oppositiones repulit memoratas; et quamvis postmodum dictus vicecancellarius prefatum Romanum se velle suo nomine proprio contra te et dictos electores tuos oppositiones huiusmodi prosequi asserentem ad hoc de mandato nostro duxerit admittendum, nichil tamen idem Romanus super predictis contra te vel electores predictos probasse dinoscitur infra terminum peremptorium ad hoc ei per dictum vicecancellarium assignatum, per que assignationem huiusmodi pallei posset

quomodolibet impedire. Facta autem nobis postmodum super hiis per eundem vicecancellarium relatione plenaria et fideli, quia per ea, que in dicto negotio acta sunt coram eo, nobis constitit, quod assignatio dicti pallei non erat aliquatenus deneganda, nec etiam retardanda, tuis supplicationibus annuentes, palleum ipsum de corpore beati Pctri sumptum per dictum abbatem venerabilibus fratribus nostris . . . Segniensi et . . . Nonensi episcopis tradendum tibi per eos, vel eorum alterum de fratrum nostrorum consilio duximus destinandum, ut fflud tibi aššignetrt- iuxta formam, quam eis sub bulla nostra mittimus inclusam, et a te nostro et ecclesie Romanc nomine sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fideh.tatis solite recipiant iuramentum. Tu autem illo intra ecclesiam tuam illis diebus dumtaxat utaris, qui expresse in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius, intus serves in mente, discretionem tuam monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus humilitatem et iusticiam, dante domino, qui dat premia et munera elargitur, observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, et Jadrensem ecclesiam sponsam tuam cures solicite, auctore domino, spiritualiter et temporaliter augmentare. Datum Avinione, XVI. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 197. str. 152.—153. Iz reg. an. VI. ep. 797,

46.

1322, 17. marta. U Avignonu.

Ivan XXII. povjerava biskupima senjskomu i ninskomu, da novomu nadbiskupu zadarskomu predadu palij.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus . . . Segniensi et . . . Nonensi episcopis, salutem et apostolicam benedic-. tionem. Dudum ecclesia Jadrensi per obitum bone memorie Nicolai archicpiscopi Jadrensis pastoris soiatio destituta, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie dilectum filium Johannem electum Jadrensem, tunc plebanum plebis sancti Mathei Jadrensis, in archiepiscopum Jadrensem concorditer, duobus dumtaxat exceptis, elegerunt, idemque electus huiusmodi electioni consentiens illamque a venerabili fratre nostro . . . patriarcha Gradensi, in cuius patriarchatu ecclesia ipsa consistit, et eidem patriarche immediate subiecta metropolitico iure, obtinens confirmari

demum fuit per eundem patriarcham in Jadrensem archiepiscopum consecratus. Cumque postmodum palleum, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte eiusdem electi fuisset a nobis per dilectum filium Martinum abbatem monasterii sancti Michaelis de Monte ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis, nuncium suum ad hoc specialiter deputatum, cum ea qua decuit instancia postulatum, nos ipsius electi supplicationibiis annuentes, palleum ipsum de corpore beati Petri sumptum per dictum abbatem vobis, ut vos vel alter vestrum illud assignetis eidem iuxta formam, quam vobis sub bulla nostra mittimus interdusam, duximus destinandum. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum eidem electo palleum ipsum iuxta premissam formam assignare curetis, et ab ipso nomine nostro et ecclesie Romane sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis recipere iuramentum. Formam autem iuramenti, quod dictus electus prestabit, nobis de verbo ad verbum per eius patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare curetis. Datum Avinione, XVI. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 198. p. 153.—154. Iz reg. an VI. ep. 796.

47.

1322, 20. marta. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim zalaže Ivan sin Vidov dio svoga posjeda Vehke Jakobu sinu Petrovu plemiću iz iupamje križevaćke.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Johannes filius Vyd pro se et fratribus Petro ac Paulo fratribus suis a parte vna, ab altera autem Jacobus filius Petri nobilis de comitatu Crisiensi personaliter coram nobis constituti, idem Johannes porcionem possessionis sue in Welyka existentem totaliter et omnimodo inter possessiones Buzka et eiusdem Jacobi, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis, prout ipse habuit, tenuit et possedit, astante Buzka prefato et consenciente vna et cometaneo dixit et confessus est eidem Jacobo pro octo marcis denariorum magistralium pignori obligasse, cum eadem sumpma pecunie a festo beati Georgii martiris nunc venturo et non antea vsque ad reuolucionem anni debet redimere, completo vero ipso termino idem Johannes si redimere nollet vel non posset, extunc prima estimacione

condigna Jacobo prefato litteris nostris stabiliter perpetuare tenebitur. Datum sabbato ante dominicam letare, anno domini millesimo CCC° vicesimo secundo.

Iz originatnog prijepisa bana Zudora od g. 137(1.
Potonji prijepis u arkivu jugosiavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1322.

48.

1322, 5. aprila. U Veneciji

Dužd mletački nala'ie upravi spljetskoj, da ne vrijedja prava Trogirana i Sibemčana i da ne pomaže banu.

Joannes Superantius dei gratia dux Venetorum, et nobilibus et prudentibus viris N . . . . potestati, consilio et communitati Spalatensi amicis suis salutem et sincerae dilectionis affectum. Scire vos credimus, quod banus contra terras Dalmatiae crudeliter saeuiebat, nitendo eas eius subiicere servituti, ad supplicationem et instantiam hominum Sibenici et Tragurii ipsas terras sub dominio et protectione nostra recepimus, proponentes eas et cives ipsarum salubriter gubernare, et statum et augmentum ipsorum pro viribus procurare, nam sic plene et gratiose ipsos in nostra gratia et fidelitate admisimus, ut facta eorum propria reputantes, amicos suos pro amicis, et inimicos pro inimicis totaliter habeamus; sed quia commune et homines Spalati intime semper dileximus, et ad nostra invenimus beneplacita liberales, et sic eos dispositos de caetero ad honorem nostrum credimus invenire, cum in omni beneplacito suo de nobis et communi nostro spem poscit confidenter gerere, specialiter nobilitatem et dilectionem vestram requirimus et rogamus tenore praesentis, quatenus, cum ad defensionem omnium volentium impugnare et offendere fideles nostros Dalmatas nostra intentio firmiter dirigatur, vellitis nostrae contemplationis intuitu ab omni eorum offensione et gravamine omnino desistere, et nullum bano, vel aliis contra nostros, imo contra nos favorem vel auxilium exhibere, ut nostrum amorem et gratiam vobis merito conservetis omni causa procul amota, sicut de vobis confidimus et speramus, super quo vestrae responsionis b eneplacitum possimus nobis mitti. Datum die 5. aprilis, indictione 5-

Luci-us De regno Croat. et Dalm. lib. IV. c. 14. p. 206. — Pray Annales III. 16. — Katona Hist. crit. r. Httng. VIII 443.—444. — Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 2. 375.—376.

49.

1322, 5. **aprila. U Lastovu.**

Prodaja zemlje u Lastovu.

Jn Ghristi nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indicione quarta, die quinto intrante mense aprilis. Ego .Stana fillia (!) condam Dobroni monaca sancta(l) Maria(!) de castelo(f) •de Ragusa confiteor et facio manifestum, quod uendidi Radosclaue filiiei!) Radeni Iuanic de Laguste (!) unam uineanr meam cum toto orto •et cum omnibus pomerfiis] et beribus (!), que sunt in orto ipsi uinea aderenti (!) per perperos X, que uinea est [in Ljagusta (!) in loco qui -dicitur Auster berdo, ex parte leuantis, cum sta . . . ilis de Sclauco, ex parte tramuntane cum Mandalena mercatrice [ex] parte siroci cum Drasen Desenic, ex parte ponentis cum Raden Prodesic, quam uineam .supradictam cum omnibus suis pertinenciis, orto et pomeriis dicta Radojslaua abead (!) et possidead(!) et abead(!) potestatem uendendi, donandi et pro anima indicandi. Et testes Dobricna de Lagusta et Iacob de Craco -et Grupsci Ulesu. Cridato (!) fui[t] per Ivan pla?ar(!),

(Drugi rukopis.)

Ego Dominichinus comes Laguste.
Ego presbyter Andreano notarius Laguste scripsi.
'Signum not.j

Original u đubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIV.

50.

1322. 24. aprila. U Trogiru.

Ugovor grada Trogira s knezom Pavlom Šubićem proti banu Mladenu.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione quinta, die vigesimoquarto aprilis. Ad honorem dei et beate uirginis Marie matris eius et omnium sanctorum et sanctarum curie celestis et ad statum, augmentum et honorem partium infrascriptarum. Hoc est pactum, confederatio et promissiones initum et firmatum et inite et firmate inter egregium virum dominum

Paulum comifcm filium bone memorie domini Pauli bani [Cr]oa[torum]: ex parte una, et comune et homines ciuitatis Tragurii ex altera. Imprimis namque simul et ad inuicem firmant [et faciunt unionem et societ]atem et coniederationem tali modo uidelicet, quod dictus dojminus comes Paulus debet et fjenetur rebellfare et| facere vivam guerram [et manifestam contra dominum Mladenum bjanum Cro[atorum], suos sequaces et contra [quoslibet alios] inimicos civitatis Tragurii. eosque toto suo posse offendere et nocere et eis damna et detrimenta sollicita procurare, incipiendo ipsam rebellationem et guerram hinc ad festum sancti Petri de mense iunii proxime vel ante, si cicius poterit. C. Iterm debet et tenetur idem dominus comes Paulus amicos ciuitatis Tragurii pro amicis, et inimicos pro inimicis ubique rcputare, tractare et habere,. nec debet facere pacem cum dicto bano vel aliis, qui sunt vel erunt inimici ciuitatis Tragurii, sine voluntate dicte ciuitatis ct hominum Tragurii. C. Et si dictus comes fecerit cum aliquibus aliis personis unionem et contederationem contra dictum banum et in damnum et detrimentum ipsius et suorum sequacium, debct ponere et homines Tragurii; [qui] contentantur et volunt esse in dicta vnioneet confederatione contra ipsum banum. C. Et e contra comune Tragurii tenetur, promittit et debet dicto domino comiti facere. sicut superius per omnia est expressum, salva fidelitate domini regis Hungarie et saluo domino duce Venecie et suis fidelibus subiectis. C. Item promittit dictum comune Tragurii eidem domino comiti, quod, si exercitus de Tragurio cxiret foras in Sclauoniam contra dictum banum, dictus dominus comes erit uocatus capitaneus exercitus gentis Tragurii, si ipsi domino comiti uidebitur et placebit. C. Item si dictus dominus comes Paulus uel sun homines haberent casum uel necessitatem euidentem intrandi ciuitatem Tragurii, homines Tragurii promittunt et debent dictum dominum comitem et suos homines recipere in dictam ciuitatem et eos defendere et iuuare sicut se ipsos. C. Item si dictus dominus comes Paulus uellet uel posset intromittere [se] in dominio Sclauonie, debent et promittunt Tragurienses dicto domino comiti dare auxilium, consilium et fauorem per tcrram et per mare secundum facultatem et possibilitatem ipsorum, salva semper fidelitate et honore dicti regis Hungarie ac domini domini ducis Venecie et suorum fidelium et subiectorum. C. Et si faciente deo dictus dominus comes ad banatum uel ad dominium Sclauonie peruenerit, debet et tenetur ciuitatem et homines Tragurii dimittere libere gaudere suis iuribus, honoribus et priuilegiis, nec se debet intromittere uel aliquid petere aut requirere a dicta ciuitate uel hominibus Tragurii racione alicuius banatus, uicariatus, dominii uel Comitatus seu alterius prehemi— nentie. C. Et si pax fieret inter banum ex una parte et dictum domi-

num comitem Paulum et Tragurienses ex alia, uel si banus per alium aliquem modum obiret, promittunt et debent Tragurienses dicto domino comiti Paulo usque in vitam suam dare omni anno et bono amore et propter rebellionem et guerram, quam id[em dominus comes fa]cere debet, libras mille parvorutn. [Predicta omnia promisit una pars alteri attendejre et obseruare et non contra[facere sub pena quingentarum marcarum argenti. Et] ad maiorem [cautelam et euidentiam omnium predictorum duo scripta de predićtis ommbusiii unb tenbre fieri] man-" da|uerunt, quorum unum est munitum sigillo comunis Tragurii et illud] debet [remanere penes dictum dominum comitem Paulum et aliud est munitumj sigifllo eiusdem domini comitis et illud debet remanere penes comune Tra]gurii.

Original ua dugoj pergameni oštećen jako taninom u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.009. — Stara sig.: N. R. A. fasc. 1647. no. 3.) JVa listini visi duga svilena vrvca zelene boje; pelata nema. Ovaj primjerak, je za cijelo pripadao Pavlu Subiću, (kako to posvjedočuje bilješka XVII. stoljeća na hrptu: »Zriny«, osim toga spada ova listina u odio Zrinjskih N. R. A. Po tom je pečat bio grada Trogira. Familiae Zrinianae. Oštećena mjesta dopunjena po Luciju.

Lucius De reg7to Dalm. et Cr. I. IV. c. 14. 209. — Lucius Mem. di Trah 170. (u talijanskom prijevodu). — Katona Hist. crit. VIII. 449—452. — Fejer Cod. dipl. Htmg. VIII. 2, 381.—384.

51.

1322, 28. aprila. U Zadru.

Stanava. kći pok. Vučka pravt svqju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indicione quinta, die tercio exeunte mense aprilis, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano electi, confirmati et consecrati in arepiscopum (!) Jadrensem, ac domini Vgolini Justiniani egregii comitis. Cum morte nil sit cercius vitaque nichil incercius et dies mortis ab omnibus ignoretur, idcirco ego Stanaua filia condam Vulgco habitator Jadre, licet infirma corpore sanam tamen habens memoriam et intellectum, considerans suprascripta, tale de bonis meis, uidelicet de libris decem [denariorum] venetorum parvorum et duabus casellis paruis, quas dimisit mihi olym Maria filia condam Petri guparii facio et ordino testamentum, in quo meam fideicommissariam esse constituo Stanam

tamquam matrem meam relictam Johannis Gusgige, ut sicut hic in hoc meo testamento ordinauero darique iussero, sic ipsa commissaria mea post obitum meum de supradictis bonis meis facere teneatur, firmumque sit in perpetuum atque ratum. Primum quidem dimitto presbitero Damyano de M[en]dina soldos decem denariorum paruorum et totidem presbitero Dragossio sancti Petri ueteris, et soluatur pro sepultura; residuum uero dictarum decem librarum et dictas casellas dimicto(!) dicte Stane comissarie 'mee ad faciendum ex ipsis omnimodam suam uoiuntatem sine alicuius persone contradiccione; et hec est ultima mea uoluntas. Cui supradicte commissaiie mee do et concedo post obitum illam plenissimam uirtutem et potestatem, quam aliquis uerus et legittimus commissarius alicuius uel aliquorum habere potest, et quanr ego testatrix uiuens habere possem in omnibus et desuper omnia et tam in iudicio quam extra; ad agendum, defendendum et respondendum ac eciam iurandum de calumpnia et ueritate dicenda in anima mea et cuiuslibet alterius generis iuramentum prestandum, et ad faciendum in causa quicquid uerus et legittimus commissarius facere et exercere posset. Et ita hoc meum ultimum testamentum firmum et ratum esse adiudico imperpetuum, et si iure testamenti ualere non potest, saltim(!) ualeat iure codicillorum uel cuiuslibet alterius ultime uoluntatis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Barthe filio condam Lompre et Nicolao filio Madii de Mitro ciuibus Jadre et aliis.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubermalnom arkivu u Zadru. Odio samostana sv. Dominika no. 701.

52.

1322, 8. maja. U Zagrebu.

Grad Zagreb kupuje ftolovicu nekoga otoka na Savi.

Nos Cursa maj'or civitatis. iudices et consiliarii, scilicet Nicola, Marcus, Francha, Michael, Peterlin, Georgius, Endreiko et Bernardus, ac universi cives de monte Grech significamus omnibus quibus expedit per presentes, quod Johannes et Petrus filii Mark dicti Oslpech, concives nostri, coram nobis constituti, dimidietatem unius insule Mortunus

sciget nuncupate, a parte inferiori, a Curniko similiter concive nostro comparatam, et terras suas universas inter Zauam et Zauicham existentes, vel alias terras ipsorum, quas titulo empcionis habere et possidere dignoscuntur, astantibus ipsis, domina Katrea matre eorum et domina Margareta consorte Mathie ruffi, sorore eorum et consensum prebentibus in hac parte pariter et assensum; receptis a nostra communitate undecim marcis denariorum bonorum banalium, vendiderunt, traderunt et aSsignafurit" riobis "eΓ-nbšfnr heredibus, heredumque nostrorum" successoribus iure perpetuo possidendas, tenendas et habendas, dando nobis et nostris successoribus de predictis medietate insule et terris superius nominatis, tenendi, vendendi vel quitcumque(l) faciendi ad nostre voluntatis libitum, liberam ct securam facultatem iuxta libertatem ville nostre approbatam. In cuius rei certitudinem perpetuamque firmitatem presentes contulimus sigilli nostre communitatis munimine roboratas. Datum in octavis beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, anno domini millesimo CCCXX secundo.

Origmal u arkivu grada Zagreba. Drugi primjerak u arkivu jugosl. akademije. Vrvce svilene civene boje, pečat otpao.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. T 100.—101.

53.

1322, 28. maja. U Avignonu.

Ivan XXII. papa biskupu pečujskomu i njegovim drugovima konservatorima biskupa zagrehačkoga Augustina, neka se brinu za njegovo dobro.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri episcopo Ouinqueecclesiensi et dilectis filiis . . . preposito ac Johanni de Reate canonico ecclesie Zagrabiensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum ecclesiarum prelati ad sedem apostolicam venientes, et de mandato nostro apud sedem immorantes eandem, in fructibus et redditibus ad mensam eorum episcopalem, et ad eos alias quovis iusto modo spectantibus dispendia patiantur, libenter eis ad huiusmodi precavenda dispendia favoris apostolici presidium impertimur. Querelam siquidem venerabilis fratris nostri Augustini episcopi Zagrabiensis recipimus continentem, esse nonnulos de civitate et diocesi Zagrabiensi et partibus illis, qui post recessum eiusdem episcopi a Zagrabiensi ecclesia et partibus prelibatis ad sedem veniendo predictam, et de mandato nostro inibi

commorando, respondere sibi de nonnullis pecuniarum summis, in quibus ei, tam ratione fructuum et reddituum ad mensam suam episcopalem spectantium, quam alias sibi tenentur obnoxii, in prefixis ad hoc et iam elapsis terminis denegant minus iuste. Quare idem episcopus nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi tam super hiis, quam super nonnullis aliis pecuniarum summis sibi ex certis et rationabilibus causis debitis de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur nolentes eidem episcopo, querrr suiš claris exigentibus meritis prerogativa specialis fa-voris prosequimur, in suo iure deesse, qui sumus omnibus in iustitia debitores, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum, omnes et singulos, quos inveniretis in aliquo episcopo predicto teneri, si infra certum competentem terminum, quem eis ad hoc duxeritis prefigendum peremptorie, ipsi episcopo satisfacere forte neglexerint, eos ad satisfaciendum ei, vel eius procuratori pro eo, summarie de plano sine strepitu et figura iudicii per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excominunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indultu huiusmodi mentionem. Datum Avinione, V. kal. iunii, anno sexto.

Theiner Mon. TTung. T. no. 731. str. 479. Iz reg. An. VT com. ep. 129.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 101.—102.

54.

1322, 1. juna. (U Kalniku.)

Pred sucem Stjepanom i Petrom iupanom velikokalničkim prodaju Toma г Kurač sinovi Filipovi dio svoje zemlje Petru sinu Me~ vladovom.

Nos Stephanus iudex vice magistri Pauli castellani de Maiori Kemluk, ac Petrus filius Meulad comes terrestris eiusdem significamus quibus expedit vniuersis, quod coram nobis personaliter constitutis Thoma et Kurach filiis Phillippi iobagione castri ex una parte, ex altera vero comite Petro filio Meuladi, iidem Thomas et Kurach quandam particulam terre ipsorum vendiderunt antedicto comiti Petro pro octo pensis denariorum magistralium et per eum suis heredibus here-

dumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam irreuocabiliter et habendam; obligauerunt se antedicti. venditores, quod quandocumque aliquis moueret aut contradiceret supradicte particule terre, expedire sepefatum comitem Petrum antedictum hemptorem(i). Cuius particule terre prima meta incipit de metis eiusdem comitis Petri de via ueteri ab ortu solis ad partem meridionalem usque magnam viam et per viam magnam et ibi flectitur ad paruiculam viam que itur ad portum antiquum in -.«..-«- „«-. -fluuium Bogach ad- partem occidentalem, et per eundem fiuuium supra usque prope portum que ueniet de ecclesia beate. virginis et de eodem fluuio Bogach extra usque ad viam magnam et paruum per magnam viam usque paruiculam viam, ubi est arbor sorbelle circumfusa, et de eodem(!) arbore usque montem per paruiculam viam asscendendo ad montem venit in viam magnam que uenit et veniet de maiori Kemluk ad partes orientales, ibique terminatur. Et hec uendicio facta est coram comite Elya filio Petus Malchech filio Dragona, Petro filio Petrona, Johanne filio Dionisii, Woynno filio Pribeg, Juan filio Chokul, Michaele filio Petk ac Saulo filio Jona et omnibus aliis iobagionibus castri eiusdem. Datum feria tercia post festum Pentekostes, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo.

Ori^inal u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebzt: Diplomata a. 1322.

Na listini visi uzica od pergamene, na kojoj je bio pečat.

55.

1322. 1. juna — 13. jula. U Trogiru.

Priprave za ratovanje.

Die prima iunii 1322. Dessa Joannis Lucii et Petrus Suste, qui camarlengi fuerunt pro mensibus sex preteritis tempore guerre, reddant rationem computi in palatio coram domino Marino Mauroceno comite.

Die 6. Deliberata intrata vallis Drid 40 modiis ordei.

Die 7. in consilio secreto ordinatum fuit per dictum dominum comitem et iudices et consiliaros suos, quod omnes tam ciues quam Sclaui debeant intra hodie et cras per totum diem conduxisse in Bossignenam, et ibi tenere omnes bestias ad hoc, vt ab inimicis in ipsis nullum damnum fieri possit, sub pena quarti cuiuslibet bestie, et quilibet possit accusare et habeat medietatem banni.

Die 12. Cauestrus preco communis de mandato domini comitis alta voce preconia proclamauit, quod omnes tam ciues quam Sclaui et alii habitatores Tragurii sint et esse debeant presto et parati cum suis armis et suis maneriis causa faciendi monstram, quandocumque placebit ipsi domino comiti, nec recedere e ciuitate sine licentia.

1322. indictione 5. Ista est caualcata siue impositio equorum facta per discretos viros dominum Danielem Jacobi Victuri, et Cassotum Nicoie officiales eiectos die Veneris 25. iunii iri generaii consilio ciuitatis Tragurii ad dictam caualcatam et impositionem equorum faciendam ex forma reformationis dicti diei veneris 25. iunii in dicto consilio generali facte, qui equi esse debebant valoris ad minus pro' quolibet 60 libris paruis et haberi debeat per infrascriptas personas vsque ad kalendas augusti proxime venturi,

Mengazza Siluestri et Baronus eius frater cum eorum matre vnum equum.

Juue Petri vnum equum, Slaucho cum filiis 1, Duymus Stephani cum fratribus simul commorantibus 1, Daniel Duymi 1, Daniel Jacobi Victuri 1, Juue Desse 1, Fredericus Matthei cum fratribus 1, Dessa Bastiani.

Michael Stephani., Matheus Sori, Meze Julle, Dessa Palmote, Bona Francisci Valentini, Plusolus Julle, Dobre Sori filius Sori, Petrus Desse, Maria uxor Mirse, Gappe filia sua, Petrus Sussi, Jacobus de Vesicho, Gausius Desse, France Martini, Dessa Vitalis, Vitalis Martini, Bona uxor Cipriani, Bona uxor Marini, Dauzola Donze cum sorore, Dessa Strautini Firminus Cigaide, Gregorius Marini, Uxor Matthei Dobre, Nicola eius filius, Gregorius Salinguerre, Martinus Duymi, Vicentius Ampleusi, Tomas sartor cum sorore Vicentii predicti., Matheus Claudii, uxor Petri Castrafoci cum filiis, Dessa Duymi, Mengazza eius filius, Francisca filia Luci, Dessa Joannis Lucii, Prode uxor Sore, Daniel de Domaza, Pethusa Natichen, Gubresa eius gener, Miculo eius filius, Petrus Jacobi, Steffanus (!) eius frater, Dessa Ponal, Stana uxor Donati, Biuize de Bella, Casoctus JNHcole, Pruscho, Radin Smoch, Marinus Sanze, Gregorius Luci, Damianus Serecule, Gausigna Suoziz, Matheus Nicolize, Martinus Peze, Duymus Vitich, uxor Nicole caligarii, Nicola Joannis, Ciprianus Parti, Ciprianus Buble, Luxa dicti Barti, Laurentius Lenzez, Petrus Valentini, Lappa mater Peruene, Dessazza filia Nosmar, Buze filius Dobrayni, Elias de Piperis, Duymus Pasche, Matinze Coradi, Jursa de Perchel, Petrus Deshuene.

3. iulii. Deliberatum fuit et ordinatum per dominum comitem et per dominos octo iudices et consiliarios et per aduocatos et deffensores -eommunis, et per camerarios, quod Dominicus filius Blanzi sit et esse

*

debeat officialis super galeas, ligna et alia nauigia communis Tragurii ad saluandum et gubernandum et alia necessaria circa ipsa nauigia fienda pro libris 4 quolibet mense.

13. iulii. Ser Daniel Jacobi, ser Michoi Stepi, ser Mengazza Siluestri, ser Federicus Matthei officiales ad videndum, extimandum, recipiendum equos impositos.

Lucius Mem. di Trau. 172.—174 .

56.

1322, 2. juna. U Zagrebu.

Izaslanici kaptola zagrebačkoga uredjuju medje izmedju samostana remetskoga i magistra Renolda i izmedju jobagiona u Blizni.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit **uni**versis. Quod cum questiones et discensiones inter conventutn fratrum Heremitarum de Zagrabia et magistrum Renoldum, ac iobagiones de Blizna super finibus et metis terrarum nostrarum de Bukoucha et terrarum de Blizna exorte fuissent; tandem nos ad reformandas et renovandas dictas metas misimus discretos viros magistros Jacobum lectorem, Dominicum custodem, Bonoram archidiaconum de Kemluk, Martinum archidiaconum de Vaska et magistrum Johannem concanonicos nostros, qui ad nos redeuntes concorditer retulerunt, se predictas metas reformasse et renovasse spontanea voluntate, presentibus predicto magistro Renoldo et iobagionibus suis in hunc modum: Prima meta incipit ab oriente circa viam publicam que venit de Bachun, ubi est meta terrea in valle, et per eandem vallem directe ascendit versus occidentem ad monticulum et pervenit ad arborem castanee, ubi est meta terrea et unus albus lapis circa eam, inde directe vadit ad secundam arborem castanee, ubi est meta terrea, et ibidem cadit ad viam et per eandem viam versus septemtrionem per longum et magnum spacium cadit ad antiquam viam, que quondam ibat versus Zagrabiam, ubi est meta terrea, que vicinatur terre heremitarum, collata per Mirozlaum, inde vadit versus meridiem per eandem antiquam viam per longum et magnum spacium et pervenit circa vineam magistri Richardi, ita tamen, quod predicta antiqua via remanet versus occidentem, vinea autem predicti magistri Richardi versus orientem, et sic vadit per eandem viam

versus Zagrabiam per longum et magnum spacium. In cuius rei memoriam presentes ad instanciam parcium contulimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quarta proxima post Penthekostes, anno domini MCCCXX secundo.

Original u kr. zem. arkivu u Zagrebu : Doc. medii aevi, nekoč odio samostana remetskoga fasc. I. no. 14.

Tkateic Mon. civ. Zagrab. I. 102.—103.

57.

1322, 18. juna. U Napulju.

Karlo kralj napuljski nalaze Barolima, da vrate otete stvari Splječanima.

Karlo Roberto piše: »Frater Nicolaus abbas monasterii sanct Stephani de Spaleto, capellanus et familiaris noster, nomine et pro parte universitatis hominum dicte terre Spaleti, excellentie nostre nuper exposuit, quod dum Andreas Jacobi et Laurentius de dicta terra Spaleti certa eorum mercimonia in partibus Apulie exercerent, vos (capitaneus terre Baroli et frater Bertrandus de Malabosco vicemagister hospitalis sancti Johannis Jerusalemitani) autoritate quarundam literarum nostrarum obtentarum per Unifredellum, Ambrosium campsorem ac notarium Nicolaum de Barolo, de represaliis super rebus et mercibus civium dicte terre Spaleti, Sibenici et Dragurii (!) astulistis predictis Andree Jacobo et Laurentio vegetes 34 plenas olio«. *Posto spomenuti Splječani ne učestvovahu kod plijenjenja barletskih gradjana, paee* »nec constitutos homines (Spalatenses) sub eodem dominio, quo sunt homines Dragurii et Sibenicenses«, *Karlo nalaže da im se vrati zaplijenjena roba.*

Registri Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 57.

Rae'ki Rad XVIII. 227.

58.

1322, 22. jula. U Zadru.

Franjo de Zernucho obvezuje se platiti Jakovu de Fanfogna svotu '—— novaca.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigessimo secundo, die vigesimo secundo mensis iulii, indiccione quinta, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Johannis de Butouanno de Jadra dei gracia ellecti, confirmati et consecrati in Jadrensem archiepiscopum, ac domini Vgolini Justiniani egregii comitis. Fateor ego quidem Franciscus de Zernucho ciuis Jadre, quomodo cum habui et plene recepi a te Jacobo de Fafonna ciue Jadre milliaria . . duo ad mensuram Jadre pro precio librarum quinque grossorum venetorum, finito nu[me]rato ad racionem solidorum quinquaginta grossorum pro quolibet miliario. Quas jibras quinque grossorum venetorum obligo me et promitto cum meis heredibus et successoribus ego dictus Franciscus de Zernucho dare et soluere tibi dicto Jacobo tuisque heredibus [et] successoribus hic in Jadra saluas in terra absque omni periculo et occasione uel ullis interpositis capitulis hinc ad festum natiuitatis domini prbxime futuri sub pena quarti et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris hac de causa, super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono olim Petri de Sloradis et Nicolao de Mataffarro ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis).

Ego (^oillus Butouani iudex examinator examinaui.

Ego Nicolaus condam Johannis Jadrensis notarius interiui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 36.

59.

1322, koncem julija. U Zadru.

Matija udova Luke de Dragota, obvezuje se dati samostanu sv. Nikoie 50 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione [quinta, die] exeunte mense iulii, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadsensem, ac [domini Vgolini Justiniani] egregii comitis. Ego Mathya relicta Luce de Dragota Ja ans, quod facultates' monasterii sancti Nicolay de Jadra non sufficiunt ad supportandum onera et grauamina cum necessitatibus sororum dicti monasterii, et fil[ia] mea ibidem degens easdem necessitudines sustineat ob reuerentiam dei et dicta de causa, de bonis meis offero dicto monasterio libras quinquaginta denariorum venetorum paruorum, soluendas in duobus annis libras vigintiquinque pro quolibet anno, et in fine duorum annorum dictorum me obligo ex nunc ad dandum [et] soluendum cum effectu libras centum denariorum venetorum paruorum, quandocumque per abbatifssam] et conuentum predicti monasterii fuero requisita, quod si non facerem in termino et predictis, obligo me iterum ad soluendum penam, que in statutfis] continetur de debitis persoluendis super me et omn[ia mea bona presentia et futu]ra, et pena soluta uel non, hoc instr[umentum] urent. Actum est hoc et firfmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicjet Petro, filio condam Ma]theo filio Blasii de Curtisia, ciuibus [Jadre]

(Drugi rukopis).

[Ego Biual]dus Butouani iudex examinator examinaui.

[Ego Duymus d]e Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus [scri]psi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original ?1 gubern. arkivu ti Zadru, odio sanmstana sv. Nihoie no. 135. Oba ruba inatno oštećena.

60.

1322. 7. augusta. U Požegi.

Pred kaptolom po&eškim daje Stjepan Ctmba sinovima Nikole Grgu-
.... , rova radi ubistva njihova oca svoj posped u Dubočcu.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Gregorio et Petro .filiis Nicolai filii Gregorii pro se et pro Paulo et Pousa fratribus ipsorum ab una parte, ab altera vero magistro Stephano dicto Cymba filio Dominici quondam palatini in nostri presencia personaliter constitutis, propositum extitit per eosdem et relatum concorditer oraculo viue vocis, ut iidem filii Nicolai filii Gregorii super morte seu homicidio eiusdem Nicolai patris ipsorum per quosdam ad predictum magistrum Stfephanu]m dictum Cymba pertinentes habita et mota discordia seu contencione inter ipsos, ut dixerunt, interfecti, cum eodem magistro Stephano ad plene ac perpetue pacis concordiam devenissent, in hunc modum videlicet, quod idem magister Stephanus dictus Cymba prenominatis filiis Nicolai filii Gregorii in satisfaccionem et plenariam expedicionem mortis seu homicidii patris ipsorum prenotati, quandam terram suam seu possessionem exceptam de possessione sua Dobolch vocata, metis et terminis infrascriptis distinctam et separatam, item unum stagnum suum seu piscinam de Dobolch vulgariter Gragya vocatam, in aqua Chernech existentem, unacum duobus introitis aque uulgariter Fok vocatis Gwnkopanicha et Sauina videlicet nuncupatis, dedisset, contulisset et tradidisset in heredum heredes iure perpetuo irrevocabiliter possidenda, tenenda pariter et habenda. Obligans se nihjlominus prefatus magister Stephanus dictus Cymba et suos successores, quod si aliquis uel quicumque prenominatos filios Nicolai racione predictarum possessionum processu temporis impetere attemptaret, extunc idem magister Stephanus aut sui successores expedire tenerentur laboribus propriis et expensis, qui si expedire non possent, extunc contra prefatos filios Nicolai ultra integrale homicidium patris eorumdem prenotatum in quinquaginta marcis ipso facto remanerent. Mete autem predictam terram prout partes retulerunt circumdantes, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit ab oriente in Dobolch potok subtus unum molendinum et exit de ipso potok versus occidentem et pervenit ad arborem koktani, que est in

sessione Cupizlo, sub qua est meta terrea, inde eundo directe venit ad metam terream, inde eundo transit unam silvam et venit ad metas antiquas Nicolai filii Gregorii, inde eundo in parvo spacio cadit in Scopchenyk potok, abhinc eundo contra cursum eiusdem potok versus aquilonem pervenit ad magnam viam Dobolch, ubi est arbor zyl cruce signata, sub qua est meta terrea, per quam scilicet viam itur de Orboua; inde tendit per eandern. magnam viam versus orientem in magno spacio et transit Dobolch potok et venit ad arborem piri cruce signatam, sub qua est meta terrea, inde adhuc eundo in eadem magna via in magno spacio pervenit ad arborem piri cruce signatam, sub qua est meta terrea, ubi exit de ipsa magna via et eundo versus meridiem caclit in quoddam potok, in quo scilicet potok eundo per cursum aque exit de ipso potok ad dumum juhor ubi est meta terrea, abhinc eundo pervenit ad arborem piri sub qua est meta terrea, inde eundo venit ad dumos reketye, ubi est meta terrea, inde tendit ad arborem tul cruce signatam, sub qua est meta terrea, abhinc eundo transit parvam silvam et venit ad arborem zyl, sub qua est meta terrea; inde eundo iuxta campum et sessiones Georgii pervenit ad arborem gertyan, sub qua est meta terrea, abhinc reflectitur versus occidentem et venit ad arborem juhor cruce signatam, sub qua est meta terrea, inde eundo cadit in Jazwina potok, inde contra cursum eiusdem potok versus aquilonem eundo pervenit ad caput ipsius potok, abhinc eundo iuxta terram filiorum Nicolai versus occidentem pervenit ad arborem piri cruce signatam, sub qua est meta terrea, deinde eundo cadit in Dobolch potoka et per cursum ipsius potok eundo pervenit ad priorem metam ibique terminatur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum sabbato proximo ante festum beati Laurencii martiris, anno dominice incarnacionis millessimo CCC° vigesimo secundo.

Original ii kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2121. Stara sign. N. R. A. fasc. 1506. no. 26. — Na listini vist svilena vrvca crvene, tpubicaste i zelene boje; pečata nema.

Na hrptu rukom konca XV- vijeka: »Littera metalis super qmbusdam terris ad possessionem Dobouck pertinentibus«..

Nagy Cod. dipl. Andeg. II., 43.—44.

61.

1322, 21. augusta. U Avignonu. *

Ivan XXII. papa imenuje Jakoba biskupom zagrebačkiin i preporuča ..;...,,*,»..,,- ..-,,,;.-, - . *ga vlastima i narodu.* -.—_••

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Jacobo electo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Pastoralis officii nobis quamquam immeritis superna dispositione commissi cura sedula sollicitat mentem nostram, ut de universis orbis ecclesiis pro earum statu regendo salubriter et feliciter dirigendo, quantum nobis ex alto conceditur, solicite cogitemus: sed de illis ecclesiis propensius cogitare nos convenit, quas suis propriis carere pastoribus intuemur, ut per nostre providentie studium eis viri preficiantur ydonei, qui sciant et possint eisdem ecclesiis preesse salubriter et prodesse. Sane pridem ecclesia Zagrabiensi per translationem per nos factam de venerabili fratre nostro Augustino civitatis sancte Marie olim Zagrabiensi episcopo, tunc apud sedem apostolicam personaliter constituto, ad ecclesiam civitatis sancte Marie tunc pastore carentem, vacante, nos attendentes, quod nullus preter nos de ordinatione ipsius ecclesie Zagrabiensis se hac vice intromittere poterat, pro eo, quod nos die ante vacationem huiusmodi provisiones omnium ecclesiarum tam cathedralium, quam etiam aliarum tunc apud dictam sedem vacantium et inibi vacaturarum imposterum dispositioni nostre duximus reservandas, decernendo ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque scienter vel ignoranter contigeret attemptari, post deliberationem, quam ad deputandum regimini eiusdem ecclesie Zagrabiensis personam utilem atque notam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum in te ordinis fratrum Predtcatorum professorem, in sacerdotio constitutum, cui litterarum scientia. vite mundicia, morum elegantia et aliarum multiplicium virtutum merita suffragari ex testimoniis fidedignis accepimus, intuitum direximus nostre mentis, quibus omnibus in te debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus exigentia huiusmodi meritorium tuorum accepta, eidem ecclesie Zagrabiensi de fratrum predictorum consilio auctoritate apostolica providemus, teque ipsi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem illius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis, quod dextera domini tibi assistente propitia, prefata ecclesia Zagrabiensis sub tuo felici regimine regetur salubriter et prospere dirigetur. Iugum

itaque domini tuis impositum humeris prompta dcvotione suscipiens et supportans humiliter, in ampliandis honoribus et profectibus procurandis eiusdem ecclesie Zagrabiensis te gerere satages solicitum ct fidelem, gregem dominicum inibi tue fidei creditum doctrina verbi et operis informando, ita, quod ipsa Zagrabiensis ecclesia pastori utiii ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, et bone fame tue odor ex laudabilibus studiorum tuorum fructibus latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium a nobis et eadem sede proinde continuum benedictionis et gratie merearis suscipere incrementum. Datum Avinione,. XII. kalendas septembris, anno sexto.

In eodem merito verbis competenter mutatis: Dileetis filiis capitulo Zagrabiensi; dilectis filiis clero civitatis et diocesis Zagrabiensis; dilectis filiis populo civitatis et diocesis Zagrabiensis; dilectis filiis universis vassallis ecclesie Zagrabiensis.

Theiner Mon. Hung. I. br. 732. str. 479—480. Iz reg. orig. an VI. com. ep. 735. Dalje pod br. 733 preporuča ga nadbiskupu koločkomu, a pod br. 734 preporuča ga kralju Karlu Robertu.*
Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 103.—104.

62.

1322, 13. septembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa podjeljuje neke čash u biskupiji zagrebačkoj.

Nicolao Kemini a pontifice Johanne XXII. providetur de canonicatu et praebenda in ecclesia Zagrabiensi, ac cantori Casmensis capituli, Zagrabiensis dioecesis et magistris: Nicolao de Fractis, litterarum papalium correctori, Patracensi canonico ac Johanni de Pontecurvo, scriptori pontificio, canonico Vratislaviensi mandatur, ut in eiusdem canonicatus possessionem predictum Nicolaurn inducant et defendant. Praepositura ecclesiae Zagrabiensis confertur Jacobo cantori ecclesiae Strigoniensis et archiepiscopo Colocensi et episcopo Jauriensi ac praeposito ecclesiae Albensis committitur, ut dicto Jacobo, praepositaram istam conferant. Thomae, lectori ecclesiae Bachiensis, confertur archidiaconatus in ecclesia Zagrabiensi; ac cantori Casmensi et praedictis Nicolao de Fractis et Johanni de Pontecurvo mandatur, ut eidem Thomae eundem archidiaconatum conferant: Johanni Paulo, archidiacono de 'Worosd, confertur cantoria ecclesiae Zagrabiensis; et praeposito Zagrabiensi, ac

cantori Časmensi et Johanni de Pontecurvo committitur, ut eidem Johanni Paulo hanc cantoriam conferant.

Theiner Mon. Hung. I. br. 737 str. 483. Iz reg. orig. an. VII. com. ep. 903.

Tkalćic Mon. civ. Zagrab. I. 104.—105.

63.

1322, 23. septembra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski oslobadja posjede Favla i Nikole sinova File, Orehovac i Dubovac od plaćanja kr. poreza i kunovine.

Karolus dei gracia Hungarie, Daimacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Cum obliuio sit mater erroris, nouerca iusticie, recta falsificans, falsa iustificans, et ea, que aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, litterarum munimentis demandatur, que rebus gestis fidem seruant efficacem. Eapropter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos zelo regie pietatis, quo cunctis fidelibus nostris ex debito suscepti nostri regiminis officio iuxta meritorum eorum quantitatem et exigenciam ac fauore regio assurgere tenemur et debemus, inducti, animaduertentes fidelitatesque et fidelium seruiciorum merita magistrorum Pauli et Nicolai filiorum Phile fidelium nostrorum, quibus nobis multipliciter et indefesse studuerunt fideliter complacere et se ipsos reddere graciosos, considerantes, possessiones ipsorum Roholch et Dobolch nominatas in Posoga existentes, per nos eisdem perpetuo collatas speciali titulo perpetue libertatis et exempcionis volentes decorare, ipsis magistris Paulo et Nicolao fidelibus nostris ex regia benignitate hanc graciam specialem exemptoriam duximus faciendam, quod populi super predictis possessibnibus eorum residentes et incole tam congregati quam in futurum quouis mul.to et magno numero congregandi, nobis et cuilibet cuiusuis collecte regalis collectori debito seu collecta marturinari quod vulgariter neesth uocatur, item quolibet debito castro nostro de Posoga, videlicet opere castri, aconibus(l), seruicio et aliis quibuslibet debitis seu collectis, que ad ipsum castrum exigi consueuerunt et contingunt, nullo vnquam tempore teneantur, sed penitus ab huiusmodi debitis et collectis seu operibus ac seruiciis perpetuo exempti habeantur in filios filiorum eorundem , Pauli et Nicolai ac heredes. In

cuius concessionis, libertatis et exempcionis memoriam, ne pcr quempiam super ipsa concessione scrupulus dubietatis temporis in curriculo possit suboriri, sed perpetua firmitate perseuerare, presentes eoncessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladislai Tytulensis prepositi, Albensis ecclesie electi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC°. vigesimo secundo, nono kalendas octobris, regni autem nostri anno similiter vigesimo secundo.

Original ii kr. ugar. državnom arktvu ii BudimpeSti: M. O. D. L. no. 33.573. Stara sign. N. R. A. fasc. 1506. no. 23.

Na listini visi o crvenoj i žutoj svtlenoj vrvci sdrobljeni pečai.

64.

1322, 28. septembra. U Muranu.

Morando opat samostana sv. Cipriana de Murano imenuje priora krlkog Paskala punomočnikom, da priini od kneza krčkog Nikole darovanu crkvu u Rogoziniću.

In dei nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione quinta, die vigesimo octavo intrante mense septembri, in claustro monasterii sancti Cypriani de Murano. Presentibus Petrino quondam domini Bartholomei de Rippa, Laurentio quondam Jacobi, Martino quondam Philippi etaliis. Ibique venerabilis pater dominus dominus Morandus abbas sancti Cypriani de Murano Torcellane diocesis ad Romanam ecclesiam mediante monasterio sancti Benedicti de Padolynoro pleno jure spectantis, infrascriptis fratribus presentibus et consentientibus, scilicet domino Johanne, domino Manuele, domino Nicoleto, domino Bartholomeo, domino Tomasino, domino Jacomino, qui sunt capitulum et conuentus dicti monasterii sancti Cypriani, fecit, constituit et elegit dominum Paschalem priorem sancti Johannis de Vegla ipsi monasterio sancti Cypriani immediate subiecti absentem, suum et dicti monasterii sancti Cypriani procuratorem et sindicum et nuncium specialem ad recipiendam pro se et dicto monasterio sancti Cypriani perpetuo quandam donationem cuiusdam ecclesie, quam magnificus vir comes Nicholaus filius quondam bone memorie domini Bartholomei comitis Veglensis intendit facere ipsi monasterio sancti Cypriani de ecclesia, quam idem comes fundavit et hedificari fecit in honore beati Nicolai in suo patrimonio apud castrum Verbonicum insule Veglensis, in loco qui dicitur Rogosi-

Tiich, ita videlicet, quod predictus comes et sui heredes et proheredes de suo corpore masculina linea descendentes tantummodo habeant in ipsa •ecclesia sancti Nicolai plenum ius patronatus et pressntationem rectoris quociescunque vacaverit. Et abbas sancti Cypriani, qui est et qui pro tempore fuerit, habeat examinare et confirmare dictum rectorem et visitare dictum rectorem, corigere et amouere, prout postulaverit ordo iuris. Promittens dictus dominus abbas ratum et firmum habere quicquid in piedictis et circa predicta per dictum auum procuratorem fuerit Sive gestum sub allegatione omnium bonOrum dicti monasterii. Et ego Bonifatius quondam domini Bonafidei imperiali auctoritate notarius hiis -omnibus interfui et rogatus scripsi.

Iz listine kneza krčkog Nikole oa g. 1323. 30. decembra.
Farlati III. sacr. V. 644.

65.

1322, 6. oktobra. U Zagrebu.

Ivan ban -potvrdjuje Rudolfu plemiću iz Bročine posjed Dolec.

Johannes regali gratia banus totius Sclavonie omnibus Christi fidelibus, quibus presentes ostenduntur, salutem in omnium salvatore. Dominorum provida et sollers industria favoribus dilectionibusque prosequi et amplecti tales consuevit, quos in necessitatibus lateri suo fideliter conspicit inherere. Proinde ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod consideratis et inspectis fidelitatibus, fideliumque servitiorum meritis comitum Thome et Chernel filiorum Sauli, nobilium de Brochina, nobis multifarie multisque modis impensis et in futurum impendendis, quandam possessionem Dolech vocatam, inter Knesapola et Brochinam existentem, quam Petrus filius Rudolphi titulo emptionis a filiis Lowete proximorum corundem Thome et Chernel obtinuerat, et propter dicti Petri heredum carentiam ad nostram devenit collationem, ipsam possessionem Dolech prefatis Thome et Chernel ac suis heredibus hrredumque suorum successoribus cum omnibus utilitatibus et pertinentiis, quemadmodum per antedictum Petrum extitit habita et possessa, assignando iura et privilegia in manus eorum dedimus, donavimus et contulimus perpetuo iure atque heredi•tario pacifice et quiete possidendam, tenendam et habendam. In cuius rei testimonium .perpetuamque firmitatem presentes literas pendentis .sigilli nostri munimine roboratas antedictis Thome et Chernel duximus

concedendas. Datum Zagrabie, in octavis festi beati Michaelis archangeli, anno domini M. CCC- XX. secundo.

Thalloczy-Barab as. Cod. Blag. 93. — Nagy Cod. dipl. Andeg. II. 51.

66.

1322, 8. oktobra.[1]

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje povelju kralja Stjepana danu Šibenčanima 19. jula 1270.

[Kajrolus[2] dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Justis petencium desideriis facilem prebere consensum ius non vetat, equitas persuadet et legalis sublimitas exortatur. Proinde ad universorum notitiam[3] tam presencium, quam futurorum harum serie uolumus pervenire,[3] quod accedens ad nostre maiestatis presenciam Franciscus Mart[in]i[4] quondam Gregorii Curtesii, ambassator et nuncius fidelium civium nostrorum seu communitatis civitatis Sybenicensis, nomine et vice eorumdem, quoddam transumptum privilegii Stephani quondam illustris regis Hungarie, confirmans privilegia Bele regis et aliorum regum Hungarie inclite memorie predecessorum nostrorum super ipsorum libertatibus emanata et confecta, publica manu Jacobi Johannis de Tartarys de Tryuisio imperiaJi auctoritate notarii et capitanei Sybenicensis scribe transscriptum, et aliorum notariorum, videlicet Bogdani Disini de Sebenico et Laurencii quondam magistri Henrici imperiali auctoritate notariorum comitis Sibenicensis tabellionum iuratorum signa et subscriptiones continens, tribus sigillis, videlicet communitatis eiusdem Sybenicensis, comitis Dardobenbo(T) et Tolconis archidiaconi loci eiusdem consignatum nobis exhibuit, petens nos ex parte dicte communitatis humili precum cum instancia, quatenus huiusmodi privilegii transscriptum ratum habere, et nostro dignaremur privilegio roborare. Cuius quidem privilegii tenor talis est: *(Slijedi lis-*

[1] Biti će pomutnja pisara s idus; što je lako moguće, budući su, ako se stavimo na njegovo stanovište, dan prije bilo none; a datum je takodjer 8. novemb. Analogna pobuna kod listine hercega erdeljskoga Stjepana od g 1351. 28. marta. Vide: Bresslau I. 842.

[2] Drugi orig. Karolus.

[3] Quibus presentes ostendentur harum serie uolumus pervenire.

* Na hrptu: Marini.

tina kralja Stjepana od 29. jula g. 1270.) Nos igitur peticionibus dicte communitatis Sybinicensis(F) fidelium nostrorum iustis et iegitimis favorabiliter inclinati, tenorem ipsius transscripti priviiegii memorati, non abrasum non canceliatum non viciatum, nec in aliqua sui parte suspectum, de verbo ad verbum transscribi facientes acceptamus, aprobamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per maaus discreti viri magistri Ladizlay prepositi Tituliensis et Albensis ecclesie electi, aule nostre vicecanceiiarii dilecti et fidelis nostri, octavo[1] nonas octobris, anno domini M°CCC°XXII°, regni nostri anno similiter. vigesimo secundo.

Na hrbtu savremena bilješka pismom knjiga: MCCCXXII°. Missus fuit Franciscus Marini quondam Gregorii Churtisie et portavit hanc confirmacionem regis Karoli, factam super pribilegiis(f) regum, videlicet Belle, Stephani et Andree de confinibus et metis de ista parte fluminis versus austrum. Incipiendo a flumine Chercha et molendino in circuito usque ad mare.

JVa drugom originalu isto tako savremena bilješka: MCCCXXH. Confirmacio priuiiegiorum regum Belle, Stephani, quam portauit Franci[sc]us Marini Gregorii Curtisie a Karolo rege continens de confinibus et metis a flumine Kerka ad sanctum Stephanum de Prudan, inde ad Gudacerad Cofcam locuam, Ostrigam in Srimag, (Jure, Plancam. Secundum priuilegium, quod portauit Franci[sc]us.

Postoje dva originala na dugoljastoj pergameni u narod. muzeju u Budimpešti (prije zbirka Jankovićeva).

Origmal, koji je evo stampan nosi trag, da je o vruci visio pečat'

Na drugom visi o sviienoj vrvci crvene i modre boje odlomak dvostrukog pećata kratyeva,

Fejer Cod. dipl. VIII. 2. 348.

67.

1322, 8. oktobra.

Karlo Roberto kralj ugarski z hrvatski fotvrdjuje krčkim knezovima povelje dobivene od kralja Ladislava g. 1279.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus

[1] Oba originala tako.

presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Justis petencium desideriis facilem et beniuolum prebere consensum nos inuitat, equitas persuadet et regalis sublimitas exortatur. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostre serenitatis presenciam magnificus vir Fridericus filius quondam comitis Dwym fidelis noster, exhibuit nobis quoddam priuilegium_La.dizlay regis inclite memorie confirmans priuilegium fe'icis recordacionis Bele, Stephani et aliorum regum Hungarie, predecessorum nostrorum, quorum tenores infra continentur, petens a nobis humili precum instancia, ut idem raturri habere nostroque priuiiegio dignaremur confirmare. Cuius quidem tenor talis est: *(Sli)edi listina kralja Ladislava od god. 1279.)* Nos igitur peticionibus iustis et legitimis eiusdem Friderici fidelis nostri faborauibiliter inclinati, tenorem dicti priuilegii confirmantes priuilegiorum suprascriptorum regum tenores, non abrasum non cancellatum non vieiatum, • set(l) omni suspicione carentem de verbo ad verbum presentibus inseri faciendo ratificamus, approbamus et acceptamus, presentisque scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladizlay Tytulensis prepositi et Albensis ecclesie electi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°CCC° vicesimo secundo, octauo idus octobris, regni autem nostri anno similiter vicesimo secundo.

Iz originalnog prijepisa kralja Karla Roberta od g. 1323. 7. novembra u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.509. — Stara sign. N. R. A. fasc. 370. no. 34.

68.

1322, 8. oktobra.

Karlo Roberto kralj ugdrski i hrvatski potvrdjuje povelju kralja Bele od g. 1260. danu krčkim knezovima. za Senj.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad regiam pertinet pietatem suorum predecessorum priuilegia renouare, ne consumpta vetustate a memoria posterum simul cum labenti tempore elabantur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum

serie volumus peruenire, quod comes Feldricus (!) filius comitis Dwym fidelis noster ad nostre serenitatis accedens presenciatn, exhibuit nobis litteras priuilegiales domini Bele regis Hungarie felicis recordacionis super donacione cuiusdam ciuitatis confectas, petens nos humili cum instancia, vt easdem ratas habere et ad maiorem geste rei certitudinem nostro priuilegio dignaremur confirmare. Quarum quidem tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja .Bele od god. 1260. kojom daruje g-rad Senj Fridriku i Bartolu Krckomu).* Nos igitur peticionibus predicti magnifici viri comiti Fredrici(f) filii comitis Dwym fidelis nostri fauorabiliter inclinati, attendentes, quod iusta et modesta peticio auribus regie benignitatis displicere non debet, ymo ad exaudicionis graciam admitti meretur, prefatas litteras priuilegiales non cancellatas non abrasas nec in aliqua sui parte uiciatas de verbo ad verbum presentibus inseri faciendo acceptamus, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirrnamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladislai Tytulensis prepositi, Albensis ecclesie electi, dilecti et fidelis nostri, octauo ydus octobris, anno domini millesimo, CCC° vicesimo secundo, regni autem nostri anno similiter vicesimo secundo.

Iz origmalne potvrae kralja Karla oa goa. 1333. ti kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.003. Stara signatura: N. R. A. ʲasc. 1646. no. 1.

Druga potvrda istoga kralja oa g. 1323. octauo ydus novembris(J) potvrdjena po kralfu Ljudevitu 1350. 18. februara (i novim pečatom g. 1364. 19.. aprila) ƨ opet potvrdjena po Sigismnndu 11. novembra 1392. Izvornik ove potonje potvrde u kr. ug. drž. arkivu ti BudimpeSti: M. 0. D. L, no. 33.097. — Stara signat. N. R. A. ᴬ'asc. 316. no. 20. Sig. frankop. arkiva capsa 85 no. 41.).

Fejer Cod. dipl. /lung. VIII. 2. 346—347.

69.

1322, 8. oktobra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu kralja Andrije (od g. 1219.), kojom ovaj potvrdjuje posjede knezova Posedarskih.

Carolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Gallitie, Lodomerie, Cumanie; Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium noticiam habituris salutem in omnium

:saluatorem.(l) Ad partem pertinet regie maiestatis suorum predeccssorum priuilegia renouare, ut per renouationis titulum ea inconcussa permanea[n]t, •que suis temporibus excelsi principes statuerunt. Froinde ad vniuersorum notitiam harum serie uolumus peruenire, quod Slauogos(!) filius Slauogosti fidelis noster suo et fratris sui Rachessa uocati nomine ad nostre maiestatis accedendo presentiam in instrumento venerabilis patris domini Joannis de Buccauan[1] dei gratia Jadrensis archiepiscopi pendenti sigillo suo conimunito subscriptiones testimoniales Damiani presbiteri ecclesie sancte Marie maioris et Joannis Lamber et Antonii imperiali auctoritate notariorum continente, publica manu Stefani petitionis(l) imperiali auctoritate notarii et Jadrensis iurato(!) rescripto, exhibuit nobis tenorem priuilegii domini Andree quondam illustris regis Vngarie, confirmatotii seu •confirmantis priuilegium serenissimi principis domini Belle[2] olim incliti regis Vngarie felicium recordationum predecessorum nostrorum, banorum (!) super possessionibus Possedaria, Seruerdalaz(!), Priznizza, Jamina loqua, Budcha[3] Mircha, Zachlem, Nouo, Blachiane[4] nominatis, confectum, petens a nobis humili cum instantia, ut ipsum priuilegium ratum habere et nostro priuilegio dignaremur confirmare. Cuius quidcm priuilegii infrascripti tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Andrije od g. 1219.)* Nos igitur sicut regiam suadet pietatem petitionibus eiusdem Slauogosti fidelis nostri iustis et iuri consonis animo iauorabilt inclinati, predictum autem priuilegium in premisso transscripto nobis exhibitum inspicientes et con--siderantes iusto et legitimo titulo confectum, tenorem eiusdem de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes, approbamus, ratificamus et presentis priuilegii patrocinio confirmamus. In cuius confirmationis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratis(l). Datum per manum discreti uiri magistrt Ladizlai Titulensis prepositi, Albensis ecclesie electi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini 1322., octauo idus octobris, regni autem nostri anno similiter uigesimo secundo, venerabilibus in Christo patribus et dominis Bolezlao Strigoniensi, fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Augustino Zagrabiensi, Stephano Vesprimiensi, Nicolao Jauriensi, Lad[izlao] Quinqueecclesiensi, Benedicto Canadiensi, Ivancha Varadiensi, Andrea Transiluano, ceterisque dominis episcopis ecclesias dei felicitcr gubernantibus; magnificis viris baronibus Dosaa palatino, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum, magistro Lamperto

[1] JButtouan.
[2] Mjesto Andree.
[3] Gudcha (u Iistini od g. 1219.)
[4] Glede ovih imena u listini od g. 1219.

*

iudice curie nostre, Thoma voyuoda Transiluano, Paulo bano de Mačot et aliis quam pluribus regni nostri magistratus tenentibus et honores.

Istom rukom, kojom Je pisana listina u kodeksu:

Gio[vani] Pietro Goruboldo cog. pretorio di Zara ha fatto copiar dal volume delle cose sotto il reggime dell illustrissimo signore Paulo Contareno gia conte de Zara et in fede ha sottosritto.

*Iz kodeksa 11a pergameni: *Prlv. detta fam. de conti de Possedariat u arkivu grofova Begna z« Posedarju. P. no. ,602 a. 1.3.—-16.*

70.

1322, 9. oktobra.

Karlo Roberto kralj, ugarski 1 hrvatski potvrdjuje povelje samostana Cistercita u Zagrebu.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibuš tam presentibus quam futuris presentem paginam inspectufis salutem in omnium šaluatore. Ordo suadet equitatis et ad apicem pertinet regie maiestatis, ut ea, que iuris ordine processerunt, illibata conseruentuf, et que digne petuntur ad exaudicionis graciam admittantur. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod religiosus uir frater Johannes abbas monasterii beate Marie de Zagrabia ordinis Chistercbiensis fidelis noster ad nostram personaliter accedens presenciam, exhibuit nobis litteras priuilegiales capituli Zagrabiensis et alias quatuor litteras comitis Iwan filii Irozlaii similiter cum pendentibus sigillis continentes super donacione quarumdam possessiorium, supplicans nobis humili cum instancia, ut easdem litteras ratas habere et ad maiorem geste rei certitudinem nostro priuilegio confirmare dignaremur. Quarum quidem litterarum capituli tenor talis est: *(Vidi iistinu od 13. oktobra 1287.)* Tenor autem prime littere predicti comitis Iwan talis est: *fVidi tistinu od god. 1280.J* Tenor secunde littere predicti comitis Iwan talis est: *(Vidi iistinu od 10. aprila 1277.)* Tercie littere comitis Iwan tenor talis est: *(Vidi ttstinu od god. 1281.)* Quartus autem tenor sepedicti comitis Iwan litterarum talis est: *(Vidi listinu od god. 1280.)* Nos igitur peticionibus predicti fratris Johannis abbatis monasterii beate Marie de Zagrabia fauorabiliter inclinati, accendentes(f), quod iusta et modesta peticio auribus regie benignitatis displicere non debet, ymmo ad exaudicionis graciam admitti meretur, prefatas litteras priuilegiales

non cancellatas non abrasas nec in aliqua sui parte uiciatas de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes acceptamus, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri magistri Ladizla prepositi Titulensis, Albensis ecclesie electi, aule nostre vicecancellarii dilccti et fidelis nostri, anno domini M°CCC°XX° secundo, anno autem regni similiter vigesimo secundo, septimo idus octobris.

Iz izvomog prijepisa zagrebačkoga kaptola od god. 1557. 16. marta u eiikivu zagrebačkog: kaptola Act. cap. ant. A. no. 17.

71.

1322, 10. oktobra. U Zadru.

Madije de Pefrigo fatvrdjuj'e Marinu plebanu sv. Stjepana u Zadru, da inu je otplatio dio duga.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione sexta, die .decimo mensis octubris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano, electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Ogulini(I) Justiniani egregii comitis. Fateor per hoc presens instrumentum ego Madius filius Jacobi de Petrigo ciuis Jadrensis, quomodo recepi et habui a te Marino plebano sancti Stephani de Jadra, libras ducentas denariorum venetorum paruorum ex illis libris quadringentis denariorum venetorum paruorum, quas mihi dare tenebaris per publicum instrumentum factum manu notarii infrascripd sub anno incarnationis Christi millesimo trecentesimo vigesimo, indictione quarta, die sextodecimo mensis nouembris, Jadre et cetera, ut legitur in eodem. Quare ego idem Madius plenam et irreuocabilem securitatem, pactum, finem et quietanciam facio tibi dicto Marino plebano de ulterius non petendo predictas libras ducentas per predictum instrumentum uel per aliquam aliam racionem huiusmodi, quia mihi per te est satisfactum, de quo contentus sum. Insuper ego idem Madius cum heredibus et successoribus nunquam questionem, molestiam, agrauamen aliquod facere uel inferri facere per me uel per interpositam personam in meo nomine de predictis libris ducentis de iure uel de facto sub pena quarti rei petiture et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris ac de causa super me et omnia bona

mea presencia et futura, et pena soluta uel non, hoc presens instrumentum securitatis et omnia alia et singula contenta in eo nichilominus in sua semper firmitate permaneat et existat, renuncians ad hoc omni iuri actioni, exceptioni, constitucioni, consilii reformacione(F), consuetudini et statuto facto uel faciendo, per que contra predicta uel aliquod predictorum possem facere uel uenire et me tueri. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marco de Scolatura et Simeone Contareno, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas Federici Grisouano examinator manum misi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et JTadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Sigmtm not.j

Original-u gttbernhal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikoie br. 123.

72.

1322, 11. oktobra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje vojvodi Nelipiću posjed iupanije drežničke.

Carolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Prouida regum consideracio non solum id quod extitit debet instituere, sed et legaliter instituta confirmare. Eapropter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis vir de Croacia Nelypcius woywoda, filius Georgii filii Isaan fidelis noster ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium serenissimi principis domini Bele quondam illustris regis Hungarie, auunculi nostri karissimi prospere recordacionis, super comitatu Drasnyk (!) confectum,. petens a nobis humili cum instancia, vt ipsum privilegium ratum habere et nostro privilegio dignaremur confirmare. Cuius quidem privilegii tenor talis est: *(Vidi listinu od 8. oktobra 1253.)* Nos igitur, qui ex officio regiminis nobis crediti debito unumquemque fidelem in suo iure uolumus pacifice conseruare, considerantes ipsius Nelepech(I) woywode fidelis ripstri peticionem iustam et iuri consonam, predictumque priuilegium videntes non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum, tenorem eiusdem de verbo ad verbum scribi et presentibus inseri facientes, ratificamus, approbamus et presentis privilegii nostri patrocinio confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus literas dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladislai Tytulensis prepositi, Albensis ecclesie electi, aule nostre vicecancelarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC° vigesimo secundo, quinto idus octobris.

Originat na pergamenz. Na crvenoj sviieuoj vrvci visi u kesici smrvljen pečat. U arkivu knezova Esterhazyja u Zeljeznom. Rep. 42. fasc. A. uo. 4.

Luchis Note storiche u Bullettino IV. 70 kratak regest.

Vjestnik zemali arkiv. god. VII. 141.—142.

73.

1322, 13. oktobra.

Karlo Roberto kralj ugarski l hrvatski potvrdj'uje hstinu Beltnu od g. 1263. danu plemićima lapačkim.

[Kjarolus dei gracia Hungarie; Dalmacie, Croacie, Rame, Sruiee, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad partem pertinet regie maiestatis suorum predecessorum priuilegia renouare, vt per renouacionis titulum ea inconcussa permaneant, que suis temporibus excelsi principes statuerunt. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Petrus filius Gyruzlow, Michael filius Chegle et Stoyok nobiles de Lapuch pro se et pro vniuersis nobilibus de eadem ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium domini Bele quondam illustris regis Hungarie, aui nostri karissimi felicis memorie, super ratificacione et acceptacione libertatis ipsorum confectum, petentes a nobis humili cum instancia, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro priuilegio dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralj'a Bele oa g-od. 1263. izdana plemićima lapačkim).* Nos igitur peticionibus predictorum nobilium Lapuchiensium(!) iustis et iuri consonis, sicut regiam suadet pietatem, aures benignas inclinantes, ipsumque priuilegium nobis exhibitum uidentes non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte uiciatum, tenorem eiusdem de verbo ad verbum scribi et presen-

tibus inseri facientes ratificamus, approbamus et presentis priuilegii patrocinio confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri raunirhine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladislai Tytulensis prepositi, Albensis ecclesie electi, aule nostre vicecancellarii diJecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC° vigesimo secundo, tercio ydus octobris, regni autem nostri anno similiter vigesimo secundo. '

Original u kr. zem. arkivu tt Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1363. JVa listini visi samo nekoliko niti rušičaste vrvce; pečal olpao. — Listinu potvrdio je kralj Ljudevit 19. jula 1345. i opet 26. jula 1355., a onda z novim pečatom 19. decembra 1364. — Original potvrde od god. 1355. nalazi se u arkivu jngoslavenske akademije u Zagrebu: Diptomata a 1363

74.

1322, 14. oktobra. U Zagrebu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski daje samostanu cistercitskomu u Zagrebu ftet 'maraka godišnjih u ime grada Suseda.

Carolus dei gracia rex Hungarie. Fideli suo castellano de Zomzed nunc et pro tempore constituto salutem et graciam. Quia intelleximus ipsum castrum nostrum Zomzed in terra ecclesie beate virginis de Zagrabia esse constructum, et per illos, qui hactenus predictum castrum tenuerunt et possederunt, abbati et fratribus suis in predicta ecclesia beate virginis commorantibus, pro utilitate terre, in qua ipsum castrum est situatum, singulis annis' quinque marcas persolvisse. Volumus et fidelitati tue firmiter damus in mandatis, quatenus abbati predicte ecclesie beate virginis et fratribus in eadem commorantibus singulis annis in octavis beati Michaelis archangeli coram capitulo ecclesie Zagrabiensis quinque marcas denariorum banalium pro utilitate terre supradicte dare et persolvere debeas, secus facere non presumas. Datum Zagrabie, secundo die quindenarum beati Michaelis archangeli, anno domini MCCCXX secundo.

Prijepis kaptota zagrebačko^a od goa. 1545. u arkivu kaptola zagrebačkoga.
Tkalčić Mon. civ.- Zagrab. 1. 105.

75,

1322, 14. oktobra, (U Zagrebu).

Karlo Roberfo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje gradu Zagrelu privilcgija kralja Bele.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarie, Cumanieque rex omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Justis petentium desideriis facilem prebere consensum ius invitat, equitas svadet et rcgia sublimitas exortatur. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum setie volumus pervenire, quod universi cives de monte Grech, dilecti et fideies nostri, exhibuerunt nobis privilegium felicissime recordacionis domini Bele quondam illustris regis Hungarie, proavi nostri, super libertate et terra per eundem eis datis et concessis confectum, petentes a nobis humili cum instancia, ut ipsum ob respectum fidelium serviciorum eorumdem merita progenitoribus nostris et demum nobis impensa ratum habere, nostro privilegio confirmare et ipsos in predicta libertate dignaremur conservare. Cuius quidem privilegii tenor talis est: *(Slijedi listina od 23. novembra 1266.).* Nos itaque iustis peticionibus eorumdem civium fidelium nostrorum regio inclinati cum favore, predictum privilegium non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum, de verbo ad verbum transcribi et presentibus inseri facientes, propter fidelium serviciorum ipsorum merila progenitoribus nostris et nobis ut fideliter sic ferventer inpensa, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, volentes eosdem in prescripta eorum libertate conservare. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras eisdem concessimus sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladizlai prepositi ecclesie T)'tulensis, Albensis electi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, secundo idus octobris, anno domini MCCC vicesimo secundo, regni autem nostri anno similiter XX secundo.

Lz originalne potvrde kralja Karla Roberta oa g. 1324.
Kercselich LJist. eccl. Zagrab, 122. — Fejer Cod. dipl. LLung. VILl. 2. 384. — Tkalčić Monum. civ. Zagrab. L. 105—106.

76.

1322, 16. oktobra. U Zagrebu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski daruje Ivanu Egidijevu posje'de Kutimi i Tupal.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium sfignificamus] quibus expedit vniuersis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis magistri Iwan fiflii EJgidii, fidelis nostri et fratris ac filii eiusdem, quasdam possessiones eorum in Croacia existentes Kutynan, Tupal, in comitatu de Guchkee et Kunig vocatas, simul cum uno molendino ad eandem Tupal pertinente reddimus, et per Johannem banum tocius Sclavonie, Croacie et Dalmacie fidelem nostrum restitui precepimus eisdem, hominemque ipsorum in easdem introduci vice nostre persone, proteccioni eiusdem Joannis bani easdem comittendo. Datum Zagrabie, in festo beati Galli confessoris, anno domini millesimo CCC°XX° secundo.

Origtnal u - kr. ugar. državnom arkivu u Bndimpešti: M. O. D. L. no. 2128. Stara sigu. N. R. A. fasc. 932. no. 17.
Na hrptu se vidi trag pritisnnta pečata.
Nagv Cod. dipl. Andeg. I., 53.

77.

1322, 25. oktobra. U Zadru.

Jakob Fanpogna gradjanin zadarski zadužio se je kod Beriole udove Teupola Mlečanina.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, die vigesimo quinto mensis otobris, indicione sexta, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Johannis de Butouano de Jadra, dei gracia venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vgolini Justiniani egregii comitis. Fateor ego Jacobus de Fafoneis ciuis Jadre, quomodo mutuo habui et recepi a domina Beriola relicta Johannis Choco Teopulo de Veneciis nunc habitatrix Jadre libras denariorum uenetorum paruorum centum. Quas libras centum paruorum obligo me et promitto dare

et soluere ipsi domine Beriole suisque heredibus et successoribus egodictus Jacobus cum heredibus et successoribus meis hic in Jadra, saluos in terra absque omni periculo hinc ad unum annum completum proxime futurum sub pena quarti et omnium expensarum, quas in curia uel extra fecerit hac de causa super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris omnibus exceptionibus et statutis, consiliis et consuetudinibus Jadre, tam factis quam fiendis exceptis et remotis. Actum est hoc er firmatum coram hiis uocatis et rogacis testibus, scilicet Vito condam Jacobi Zadolini et Francisco Michaele condam Dcsse Michaelis ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis).

Ego Domaldus de Zadulinis examinator manum misi.

Ego Nicolaus condam Johannis Jadrensis notarius interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. groyova Begna u Posedarju. P. no. 39.

78.

1322, 29. oktobra. U Hvaru.

Sud hvarski dosudjuje samostanu sv. Nikole u Visu zemlju u Dolu na Visu.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentesimovigesimo secundo, indictione quinta, die vigessimo nono octubris. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Veneciarum, et venerabilis patris domini Gregorii dei gracia Farensis et Bracensis episcopi, et nobilis viri domini Angeli Bembi honorabilis potestatis Fare et Brage, suorumque iudicum Prodani Balsce, Jurse Migasi et Stanoyo Andree. Cum questio fuit coram nobili domino potestate predicto et nostra curia inter dominnm Stancium abbatem monasterii petentem, et Joannem Jacse aduocatum domine Caterine et suorum heredum respondentem ; que quidem talis erat questio videlicet: Quod dictus dominus abbas petebat nomine et vice dicti monasterii unam peciam terre partim vineate et partim aratorie cum reditu ipsius posite in Lisa, ubi dicitur Dolum, iuxta heredes Vidoxii Sclauogosti ab vna parte, ab altera. heredes Qalixii, a tercia terra sancti Johannis et via publica; quam terram laborat Mira Drascoua et Qorcius filius dicte Mire et Petrosius Descouic de Lixa; que sibi dimixa(!) erat per dominam Cachiam uxorem

olim Matei. Andree, proud(l) in instrumento demixionis(l) et donationis scripto manu magistri Johannis de Mutina tunc notari domini Tome Barbadici olim potestatis Farensis et Bracensis plenius continetur. Vnde auditis petitionibus et responsionibus ac allegationibus utriusque partis, *et* vixo(!) et intellecto testamento et instrumento dimixionis(!) et donationis predicte et habito. diligente(l) consilio et deliberatione cum nostris iudi-•cibus et curia, dei nomine inuocato, definitive sentenciauimus et voluimus petita obseruari, quod predićta vinea cum reditu, quam laborant illi qui dicti sunt superius, posita in loco supradicto, sit et esse debeat libera dicti monasterii sancti Nicolay de Lixa, proud in dicto instrumento dimissionis et donationis continetur scripto manu dicti notarii, ad habendum, tenendum et possidendum proud(l) in dicto instrumento plenius continetur, et quod nec dominus episcopus nec allia persona possit, nec valeat petere, nec peti facere aliquid super dictam vineam uel super reditum dicte vinee dimisse et donate dicto monasterio pro anima, nec pro corpore alliqua ratione vel causa, modo aliquo uel ingenio, que excogitari posset per personam viuentem de iure vel de facto, set solummodo remaneat dicta vinea predicto monasterio libera, proud in instrumento dimissionis uel donationis scripto manu magistri Johannis -de Mutina notarii olim domini Tome Barbadico, sub millesimo trecentesimo vigessimo, indictione tercia, ut in dicto instrumento plenius continetur.

(Drugi rukopis).

Ego Angelus Bembo potestas me subscripsi.

Ego Jacobus filius quondam domini Berofaldi de Berofaldis de Botionia imperiali auctoritate notarius et nunc predicti domini potestatis interfui et rogatus in hac publica forma redegi.

Origmal u kaptolskom arkivu biskupije ti Hvaru.
Notar nije stavio svoga znaka.

79.

1322, 29. oktobra. U Starom gradu na Hvaru.

Patroni crkve sv. Marije u Starom gradu predaju ftravo izabiranja župnika kaptolu hvarskomu.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentessimo vige-^imo secundo, indictione 3.[1] die vicesimo nono , octubris. Temporibus

[1] Pogrešno, mjesto 6.

domini Johannis Superantii incliti ducis Venetiarum, et venerabilis patris-domini [Gregorii] dei gratia Farensis et Bracensis episcopi, et nobih's viri Angeli Bembo honorabilis potestatis Farre et Brace, suorumque iudicum [Erodani] Balce, Stanoy Andree et Jursa Migos. Vacante plebania sancte Marie ciuitatis Veteris diocesis Farensis per mortem venerabilis viri Francisci Artelli, fundatores et patroni, ut asserunt, in platea congregati, presentibus ibidem omnibus qui voluerunt et debuerunt vocari et interesse ad ellectionem piebani de novo celebrandam, inter se vnanimiter et concorditer deliberauerunt de suo plebano in forma compromissi eidem plebanie providere, et confidentes de zelo, prudentia et solicita discretione venerandi capitali et canonicorum ecclesie Farensis, et sperantes, quod ita tandem mutuis perturbationibus fine optali imposito publice tanquillitati prouidebitur, vnanimi concordia et nemine discrepante in dictum capitulum et canonicos transtulerunt ius proprium qualecumque, et dederunt auctoritatem plenariam et liberam potestatem elligendi suum plebanum, que(!) ipsi duxerint elligendum in plebania supradicta, et omnibus, que ad dictam plebaniam spectant, libere vtendi, tenendi et possidendi. Tali vero pacto et conditione, quod tam ab omni onere et sumptu pro cultura vinearum istius plebanie pro dicto plebano, quam a contributione duodecim quartarum frumenti in die sancti Steffani pro victu et sustentatione quilibet de populo liberetur, et nouum onus ex nunc in antea in capitulum et canonicos predictos transferatur, qui dictam plebaniam, vel per se, vel per presbiteros a se deputatos exerceant, cum debito tamen annuum stipendium presbitero contribuendi et in re animarum curarn sedulam et solitudinem adhibendi. Promitentes ex certa ipsorum scientia perpetuis temporibus firmam et ratam ex nunc abere et tenere electionem huiusmodi celebrandam, venerabilibus viris Tomasio archidiacono et Johanne primicerio Farense ad omnia suprascripta consentientibus nomine et vice totius capituli et canonicorum Liesne(f). Presentibus Dabisco filio Radovani Kacige et Nicolao Domecatich de Jadra et aliis pluribus ad predicta.

Ego Jacobus quondam Berofaldi de Berofaldis de Bononia imperiali auctoritate notarius et nunc nomine predicti domini potestatis interfui, scripsi et in hac publica forma rogatus redegi et solito meo sigillo signaui.

(Signum not.)

Original u kaptolskoni arkivu biskupije u Hvaru.
Ljubić Listine V. 226. Po jednom novijem rukopisu.

80.

1322, 10. novembra. U Avignonu.

I-oan XXII. papa dozvoljuje imenovanom biskupu zagrebačkomu Ja-Jeobu, da se moie daii posvetiti izvan rimske kurije, gdje ga volja.

lohannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Jacobo electo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum nos pridem Zagrabiensi ecclesie tunc vacanti de persona tua, licet absente, nobis utique ac fratribus nostris tuorum exigentia meritorum accepta, de fratrum eorumdem consilio duxerimus auctoritate apostolica providen-•dum [et] preficiendum eidem in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nondumque sit tibi munus consecrationis impensum; nos volentes te et ecclesiam ipsam ab expensa-тит oneribus, que te necessario oporteret subire, si pro recipiendo huiusmodi munere ad apostolicam sedem haberes accedere, paterna sollicitudine preservare, tuis supplicationibus inclinati, tibi, ut a quocun-•que malueris catholico antistite gratiam et communionem apostolice sedis habente, ascitis sibi et in hoc assistentibus duobus vel tribus epis-•copis similem gratiam et communionem habentibus, etiam extra sedem prefatam, ac eidem antistiti, ut auctoritate nostra munus huiusmodi impendere tibi possit, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Volumus autem, quod idem antistes, postquam tibi munus impenderit supradictum, a te nostro et ecclesie Romane nomine iuxta formam, quam tibi šub bulla nostra mittimus interclusam, fidelitatis solite debitum recipiat iuramentum, ac formam huiusmodi iuramenti, quod te prestare continget, nobis per suas patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare procuret. Datum Avinione, IIII. idus novembris, anno septimo.

Theiner Mon. Hung. I. no. 738. str. 483. —484. — /g reg. orig. au. VII. comm. ep. 118.

81.

1322, 10. deeembra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Ektoru sinu Vukoslavovu dozvolu kralja Bele od g. 1247. 7. maja, glede zidanja grada (Grebena) u Zagorju.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomcrie, Conianie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris saiutem in omnium saluatores(i). Sicut ad regalem pertinet excellenciam vniuersis pro meritis •digna dare stipendia, sic a suis progenitoribus rite et donata muniminis beneficio debet confirmare, vt ipsa futuris temporibus immobilis perseuerancie optineant firmitatem. Proinde ad vniuersorum noti-•ciam harum serie volumus peruenire, quod magister Ector filius Wlcozlou dilectus et fidelis noster suo et comitis Punyk ac Johannis filii Gardun fratrum suorum nomine ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium domini Bele quondam illustris regis Hungarie pie memorie progenitoris nostri karissimi super permissione edificacionis •cuiusdam castri confectum, petens, ut ipsum priuilegium ratum habere «t nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis dst: *(Slijedi listina kralja Bele od 7. maja 1347.)* Itaque nos ob fidelitatum obsequia laude digna dicti magistri Ectoris et fratrum suorum predictorum volentes eis magnitudinis nostre occurrere gratuito cum fauore, suasque peticiones in hac parte benignc admittcre, antedictum priuilegium ipsius domini Bele regis presentibus dc verbo ad verbum inseri faciendo eatenus, quatenus rite et legitime processit, ratificamus, approbamus et noue donacionis titulo eisdem perpetuo valere confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales duplicis sigilli nOstti munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladfizlai] prepositi Tytulensis, Albensis ecclesie electi et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXX^{0} secundo, quarto idus decembris, regni autem nostri anno similiter XX^{0} secundo.

Original ti kr. ug. drz. arkivti ƨ1 Budimpešti: M. O. D. L. no. 309. — Stara signatnra N. R. A. fasc. 1597. no. 3. — Na listini vidi se Irag, gdje je visio pečat.

82.

1322, 13. đeeembra. U Avig-nonu.

Ivan XXII. papa otpisiije kralju Karlu Robertu 'glede spord'iz-medju njega i Venecije radi Zadra.

Johannes episcopus servuš servorum dei. Carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Dudum ex parte tua nostro apostolatui intimato, quod clare rnemorie Andreas rex Ungarie, pater sancte Elizabet, properans in subsidium terre sancte, civitatem Jadrensem pro VII. milibus marcharum argenti dilectorum filiorum ducis et communis Venetiarum predecessoribus obligarat, quodque collectis postmodum ex eiusdem civitatis proventibus XVIII. milibus marcharum argenti et in armario civitatis predicte depositis, Veneti, fracto armario, huiusmodi depositum asportarant: nos super facienda, tibi restitutione civitatis predicte et pecunie collecte ex eius proventibus ultra sortem, ad supplicationem tuam duci et communi predictis exhortationis et suasionis direximus scripta nostra. Ad que dux ipse per suas litteras raodo subsequenti respondit, videlicet, quod nunquam commune Venetiarum dictam civitatem Jadrensem recepit pro pecunia obligatam, nec Veneti pecuniam ex illius collectam proventibus, rupto predicto armario, asportarunt. Sed verum esse asserit dux predictus, et notorium apud omnes, quod commune Venetiarum dictam civitatem habuit, tenuit et possedit pacifice et quiete a tempore, de cuius contrario memoria non extitit, ac plenum ius et iurisdictionem acquisivit in ea, ius tamen regni tui expressum et notorium, perceptionem videlicet duarum partium tributi porte Jadrensis, faciendo integraliter reservari et dari ad beneplacitum regum Ungarie, prout eis semper placuit ordinare; adiciens idem dux in responsione predicta, quod super iurisdictione et dominio civitatis predicte requisitio ve] molestatio per reges Ungarie predecessores tuos nunquam alias communi Venetiarum facta fuit, quinimo inclite recordationis Bela rex Ungarie, predecessor tuus, in pactis initis et firmatis cum communi predicto, anno quo computabatur M.CC.XL.IIII., dominium dicte civitatis cum omnibus pertinentiis suis recognovit ad dictum commune plene et integraliter pertinere; asserens prefatus dux, tibi premissa omnia tue serenitatis respondendo litteris declarasse, et affectans, ut in suis litteris continetur, antiquam amicitiam et constantem, que inter predecessores tuos . . . reges Ungarie ac duces et commune Venetiarum hactenus noscitur viguisse, nedum inviolabiliter observare, sed etiam de bono in melius adaugere. Ex quibus potest regie celsitudinis circum-

spectio provida, cuius prosperitatem successuum affectamus discrete colligere, quid expediat in hac parte. Datum Avinione, idibus dccembris, pontificatus nostri anno sexto.

Theiner Mon. Ilung. I. no. 730, str. 478. Iz reg. orig. an. VI secret. ep. '283.

83.

1322, 13. deeembra. , U Temešvaru.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje izmirenpe izmedju Ivanovaca z Hektora Vukoslavova Grebenskoga.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendamus, quod fratre Gerardo ordinis Cruciferorum sancti Johannis Jerosolimitani castellano de Bela, vicepriore et preceptore per Hungariam generali pro se et pro religioso viro fratre Phylippo eiusdem ordinis Cruciferorum magistro gencrali ac pro tolo eodem ordine et nomineeorundem ab una parte, nobili viro magistro Hectore filio Wlkozlau de Greben pro se et pro comite Punyk fratre suo carnali ex akera, coram nobis personaliter constitutis, propositum per eosdem extitit oraculo vive vocis, quod super omnibus damnis, nocumentis, destruccionibus, combuscionibus villarum seu incendiis, interfeccionibus hominum, mutilacionibus membrorum, illacionibus uulnerum, vastitatibus, controversiis, malis, inimiciciis, iniuriis et causis ac causarum articulis quibuslibet motis, exortis, habitis et ventilatis hinc inde contra invicem usque modo, componentibus probis viris, mutuo sibi invicem satisfacientes, ad plene pacis devenissent et concordie unionem, reddentes se partes super premissis omnibus propter bonum pacis sopitis iam et sedatis per omnia expeditos, ita, quod neutra parcium partem alteram super premissis vel aliquo premissorum in litem trahere aut aliqualiter valeat molestare, tali obligacione interiecta quod si qua(!) parcium vel eiusdem successores partem alteram vel ipsius posteritates super premissis vel aliquo premissorum temporis in processu impetere vel inquietare in iudicio vel extra iudicium attemptaret, aut parti adverse non de vetero inieret vel inferi faceret nocumenta, ac super hoc ad inquisicionem legitime faciendam, seu legitimis probacionibus productis, veritas constaret, extunc pars talia attemptans contra partem alteram in ducentis marcis ante litis ingressum persolvendis ipso facto convincetur. Datum in Temeswar, in festo beate Lucie virgmis, anno domini M°CCC° vicesimo secundo.

Iz originalnog prijepisa kapfola zagrebačkog od 14. septembra 1369. što ga moli, »nobiiis vir magister Petrus Jiliits Pimek de Greben«.

U kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 2132. — Stara signatura N. R. A. /asc. 1597. no. 21.

Nagjr Codex dipl. Andeg. II., 55.—56.

84.

1322, 15. deeembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje povelju kralja Andrije od 20- juna god. 1291. izdanu knezu Gardunu Grebenskomu, o oslobodjenju njegovih podanika u Grebenu i Hrašćim od kunovine i zalaznine.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, **Gallicie,** Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Sicut ad regalem pertinet excellenciam unicuique **pro** meritis digna dare beneficia, sic a suis progenitoribus rite prestita et donata muniminis beneficio debet confirmare, ut eadem futuris temporibus obtineat inmobilis perseuerancie firmamentum. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod vir nobilis magister Hector filius Wlkuzlo comes Crisiensis fidelis noster pro se et comite Punyk fratre suo vterino ac Johanne filio Gardun proximo suo ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium domini Andree quondam regis Hungarie predecessoris nostri super relaxacione collecte marturinarum, septem denariorum, commutacione descensus bani et uictualium confectum, petens a nobis humili cum instancia, ut pro fidelibus seruiciis ipsorum ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare- Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Andrije od g. 1291. 29. juna izdana knezti Gardtmu Grebenskomu.)* Nos igitur, qui ex debito suscepti nostri regiminis unumquemque in suo iure confirmare et iustis petencium desideriis aures benignas inclinare debemus, consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis predictorum magistri Hectoris, comitis Punyk et Johannis filii Gardun fidelium nostrorum, que nobis in diuersis nostris et regni nostri negociis dubiis fortune casibus submittendo exhibuerunt et inpenderunt indefense, peticionibus eiusdem regio inclinati cum fauore, prescriptum priuilegium domini regis Andree non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte uiciatum de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes ad maiorem conseruacionem iuris

ipsorum acceptamus, ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio duximus confirmandum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magislri Ladizlai prepositi Titulensis, Albensis ecclesie electi et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° XX° secundo, octauo decimo kaiendas ianuarii, regni autem nostri anno similiter XX° sccundo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 34007. — Stara sign.: N. li. A. fasc. 1597. no. 14.

Pečat i vrvca otpala.

85.

1322, 20. deeembra. U Avignonu.

Franjevci šibenički dobivoju od pape dozvolu, da se nasele u gradu Sibeniku, kada im je samostan izvan grada razoren.

Johannes episcopus etc. Dilectis filiis guardiano et fratribus ordinis Minorum civitatis Sibinicensis prouinciae Sclauoniae. Inter caeteros ordines in agro plantatos ecclesiae factum vestrum ordinem claris suis exigentibus meritis, gerentes in visceribus charitatis, ad ea vigilanter intendimus, ac opem operamque sollicitam impertimur, per quae status eiusdem ordinis ad diuini nominis gloriam et exaltationem catholicae fidei, et augmentum ordinis supradicti tranquillis foueatur euentibus et votiuis proficiat incrementis. Sane petitio dilectorum filiorum potestatis, iudicum et curiae ciuitatis Sibinicensis nobis exhibita continebat, quod olim inficentore malorum pacis aemulo procurante, inter dilectum filium nobilem virum Miladinum Chroatorum et Bosnae banum ex parte vna, et ciues ciuitatis eiusdem ex altera, graui discordia suscitata, cum idem banus per terram et mare ciuitatem praedictam intenderet impugnare, iidem ciues considerantes, quod per locum vestrum tunc situm extra •ciuitatem praedictam, impugnationi huiusmodi magna commoditas praestabatur, ac tantis periculis occurrere cupientes, praedictum locum funditus destruxerant, ac deinde pro dicto loco volentes infra moenia ciuitatis eiusdem compensationem vobis facere congruentem, de consensu ac voluntate totius maioris ac generalis consilii ciuitatis praedictae, ad sonum campanae, voceque praeconia more solito congregati, quendam locum cum omnibus aedificiis et lignaminibus, certis terminis limitatum, situm infra ciuitatem praedictam cum omnibus suis iuribus, pertinentiis

*

et adiacentiis vniuersis dilecto filio ministro prouinciali ordinis vestri irt prouincia Sclauoniae recipienti vice et nomine nostro, dederunt et liberaliter concesserunt, prout in instrumento publico inde confecto sigillo communi ciuitatis eiusdem munito plenius continetur. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut recipiendi locum praedictum cum aedificiis, pertinentiis et adiacentiis supradictis, et construendi in eo ecclesiam seu oratorium cum officinis, habendique ibidem liberam ecclesiam, constitutione felicis recordationis Bonifacii papae VIII. praedecessoris nostri in contrarium edita non obstante, specialem vobis licentiatn concedere dignaremur. Attendentes igitur ex eo praecipue, quod locum huiusmodi non voluntate, sed potius exigente necessitate mutatis, petitioni vcstrae in hac parte fore rationabiliter annuendum,, vestris supplicationibus inclinati, vobis, dummodo dictus locus ab ecclesiis aliorum ordinum, qui sint in paupertate fundati, per spatium centum et quadraginta annorum in moderatione seu restrictione piae memoriae Clementis papae quarti praedecessoris nostri super hoc edita definita, distare noscitur, recipiendi et retinendi locum praedictum cum aedificiis, pertinentiis et adiacentiis memoratis, et in eo morandi et construendi in ipso ecclesiam seu oratorium et officinas, ac habendi in eo caemeterium et ecclesiasticam sepulturam sine praeiudicio tamen cathedralis, ac parochialium ecclešiarum, et iuris cuiuslibet alieni, praedicta eiusdem praedecessoris Bonifacii et qualibet alia constitutione contraria noa obstante, plenam et specialem auctoritate apostolica licentiam concedimus et etiam facultatem. Nulli ergo etc. nostrae concessionis, etc. Datum Auinione, 13. kalendas ianuarii, anno ti.

Facultas guardiano et fratribus ordinis Minorum civitatis Sibinicensis, provinciae Sclavoniae concessa recipiendi locum ipsis per cives Sibenicenses infra eandem civitatem assignatum, in recompensationem alterius extra civitatem positi, et propter metum obsidionis per Miadinum Croatorum et Bosinae banum per terram et mare intentatae, funditus eversi. Datum Avenione, 13. calendas ianuarii, pontificatus anno VI.[1]

Wadding Annales. Tom III 83—84.
Farlati III. sacr. IV. 461.
Katona Ilist. crit. VIII. 454.

[1] Iza toga donosi Farlat: In codice Sibinicensi, seu libro Rubeo supra lau-dato haec notata sunt. »Propter dissidium intcr Mladinum II. Croatorum et Bosnae banum, ac civitatem Sibenici dectructa fuit ecclesia, seu monasterium sancti Francisci ordinis Minorum. Ne id in animarum detrimentum cederet, ipsis fratribus ioeum, ubi praesentem habent ecclesiam, homines Sibenicenses designaverunt, nimirum in puncta civitatis ex parte Quirinalis viae. Id fuit tempore domini Grisogoni de Fanfonia episcopi«.

86.

1322, 28. decembra. U Kotoru.

Nikola sin -pokojnog Petra Simeona de Bona obvezuje svojevoljno zemlje svoje u Leskovcu crk-vi sv. Trifona. • -

Anno domini millesimo trecentesimo vicessimo secundo, mensis decembris die vicessimo octauo, coram testibus subnotatis. Ego Nicolaus filius condam •Petri Simonis de Bona mea uoluntate obligo ecclesie sancti Triphonis terras meas de Lescouec, que confinant cum terris que fuerunt metochie sancti Michaelis et cum terris Petri Bise sub tali condicione et forma, quod si heredem habuero, ipse proarret(?) et habeat eas, verumtamen soluat in festo notato antedicte ecclesie duos perperos in perpetuum, et si heredem non habuero et voluerit eas aliquis nepos meus, habeat eas sub dicta obligacione, et si noluerit, clerici dicte ecclesie deinceps suam faciant uoluntatem ; et clerici dicte ecclesie teneantur in perpetuum facere vigiliam in anniuersario Simonis Junii Sergii et in anniuersariis filiorum ipsius Petri ct Junii, et in anniuersario Rade vxoris -dicti Petri, et in anniuersario Miche filio (!) dicti Petri; que dicte terre mancant sub dicta obligacione a die presenti in antea in eternum pro remedio animarum prescriptorum. De hoc sunt due carte similes; hii sunt testes: Pascalius Barcoli et Gregorius Ghimanoy iuratus iudicum auctoritate et ego Petrus Viti communis Cattarensis iuratus notarius rogatus scripsi et roboraui, quod presbiter Abaninus abreuiauit.

(Signum not.).

Origtnal u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomala a. 1322.

87.

1322.

Biljeska.

Neliptius voyvoda, filius Georgii, filius(!) Isani, accipit donationem castri D[r]esnich a Carolo rege. Mentio N. adoles., comitis foannis Neliptii de Tignino, et Valislava eius matre t. m. castra Unaz, Pocitel, Serb et Esek ad manus regis, libere resignans et castrum Sig-

niense Brez cum pertinentiis in Cetina et castrum Clissie assignans regi. Nomina nobilium: Banus Vulk. voyvoda Paulus frater Chorvatini, Dabissa Chorvatinus Stephani, Stephanus Drusich comitis, Prislavus Chlapovich, Stephanus Chelnich Dragisse filius, comes Stephanus Tikcinus filius Vitani, Olenache, Ostryz, Progata, Chypani, Chychevich iudices et iupani. Actum Tigninii etc.

Note chronologiche e documenli raccolti da Giovanni Lucio. Bullettino %od. 1881., 86. — Ne ima sumnje, da je ti ovoj Lucićevoj bilješci puno pogrešaka. Smijemo sumnjati i o vjerodostojnosti listine.

88.

1322.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje darovnicu kralja Ladislava plemićima Rovišta.

Karolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Justis petentium desideriis facilem prebere consensum equitas suadet, ius invitat et regalis sublimitas exhortatur. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum notitiam presencium serie volumus pervenire, quod Belud filius Gurdoba, alter Michael et Iwan filii Blasii, item Jacobus paruus et Johannes filius Pauli, nobiles de Ryucha dilecti et fideles nostri ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis privilegium felicis recordationis domini Ladislai quondam illustris regis Hungarie, fratris nostri charissimi super facto libertatum per eundem ipsis datarum, confectum, petentes a nobis humili cum instantia, ut ob merita servitiorum suorum, que nobis cum perseverantia summe fidelitatis impenderunt, ratas habere et nostro dignaremur privilegio confirmare. Cuius quidem privilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ladislava od god. 1279.).* Nos itaque iustis petitionibus predictorum Belud et filiorum Blasii ac aliorum prefatorum regio inclinati cum fauore, predictum privilegium non abrasum non cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, de verbo ad verbum transcribi et presentibus inseri facientes, propter fidelium servitiorum merita eorumdem filiorum Blasii et sepedictorum proximorum eorundem nobis . . . approbandum, ratificandum et presentis scripti patrocinio confirmandum. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri Ladislai pre-

positi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii diiecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXXII,, regni autem nostri anno similiter XXII.

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 2. 365.—366.
Ex autographo God. Keler Aual. tom. IV. 47 ii.

89.

1322.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Frideriku knezu krčkom darovanje ucinje.no ocu nje.govom Dujmu, za Gacku, Otočac, Doljanu, Lazničiće i Obrii (20. septembra 1316.)

[K]arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie Gallicie, Lodomerie, [Comanie, Bulgarieque rex, omnibus] Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutfem in omnium saluatore. Justis petencium desideriis facilem prebere consensum ius inuitat, equitas suadet et regalis sublimitas exortatur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum [noticiam harum serie volumus peruenire], quod magnificus vir comes Fredericus filius [Dwym comitis de Vegla] dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis litteras nostras priuilegiales olim super facto comitatus de Gechka et terre de Dolano, item terre de Laz[nychich, castro Othochacio ac terr]e Obriz uocate per nos datarum ipsi comiti Doym
suis confectas, petens a culmine nostro cum instancia, ut ipsas denuo ratas habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem priuilegialium litterarum [tenor talis est]: *(Slijedi listina kralja Karla od 20. septembra 1316.)* Nos itaque iustis peticionibus memorati comitis Frederici nobis porrectis regio inclinati cum fauore, predictum priuilegium non cancellatum non abrasum nec in aliqua sui parte uiciatum de uerbo ad uerbum transscribi et presentibus inseri facientes, denuo approbamus, ratificamus, innouamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In [cuius rei memoriam] firmitatemque perpetuam presentes eidem concessimus Htteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladyzlai prepositi ecclesie Tituliensis, Albensis electi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri
anno domini millesimo CCC° vigesimo secundo, regni autem nostri anno similiter XXII".

Iz originainog prijeptsa ʐ potvrde istoga krai/a od 81. oktobra 1323. na pergameni u kr. ugarskom državnom arkivti u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.315. Stara signatura: N. R. A. fasc. 483. no. 28.

90

1323, 5. januara. U Zadru.

Križan de Burgogna potvrdjuje Stanoju zvanom Cegun, sinu pokojnog Radovuna i Petru sinu Petra de Burgonia, da su mu namirili dug.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione sexta, die quinto intrante mense januarii, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vgolini Justiniani egregii comitis. Fateor ego Grisannus filius condam magistri Guilielmi de Burgogna, habitator Segnie, quomodo habui et recepi a uobis Stanoio uocato Chegun, filio condam Radouani, et Petro filio Petri de Strata de Burgonia, habitatoribus Jadre, libras nouem et soldos quindecim denariorum venetorum paruorum et expensas, quas feci, quas michi dedistis et persoluistis occasione cuiusdam fideiussionis, qua michi stetistis pro Jurislauo filio Pribislaui de Segnia, ut constat publico instrumento, facto et completo manu Benuenuti condam Veninbene imperiali auctoritate et communis Segnie iurati notarii, sub anno domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, indictione quinta, die quinto mensis nouembris, Segnie et cetera, ut in eo plenius continetur. Vnde ego dictus Grisanus cum heredibus et successoribus meis facio uobis dictis Stancio et Petro uestrisque heredibus et successoribus plenam et irreuocabilem securitatem, finem, dimissionem, quietacionem et pactum de ulterius non petendo de predicto debito pro dicta fideiussione. Que omnia et singula suprascripta promitto firma et rata habere et perpetuo tenere et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto sub pena quarti petite rei, et pena soluta uel non, hec securitatis carta nichilominus in sua semper permaneat firmitate. Actum' est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Andrea de Soppe et Symone filio Thomassi de Otra cuibus Jadre.

Drugi rukopisi.

f Ego Biualdus Gregorii de Butuno examinator examinaui.

Ego Duymus de Spaleto, iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijal. arkivu ii Zadru, odio samostana sv. Ntkole br. 121.

91.

1323, 6. januara. U Temešvaru.

Karlo kralj ugarski i hrvatski odredjuje kovanje novoga novca po uzoru staroga banskoga.

Carolus dei gratia rex Hungariae, fidelibus suis capitulo ecclesiac Transylvanae salutem et gratiam. Noveritis, quod praelati, barones et nobiles regni nostri habito inter se diligćnti et unanimj colloquio ad nosixam accedentes praesentiam, humiliter a nobis postularunt, quod quia per indebitam monetam camerae nostrae regnicolae nimium gravarentur, propter restaurationem pristini status regni nostri et utilitatem meliorem bonarn novam monetam perpetuo durabilem ct per totum regnum nostrum ubique discurrendam fabricari faceremus, et ut hoc concederemus, iidem praelati, barones et nobiles regni nostri de singulis portis iobagionum suorum et aliorum omnium populorum in regno nostro existentium nullo penitus exempto, videlicet tam in civitatibus etiam quam in oppidis constitutorum, singulos dimidios fertones cum argento vel denariis iuxta valorem argenti hoc anno nobis dari et persolvi ordinantes assumpserunt. Unde nos iustis peticionibus eorundem praelatorum, baronum et nobilium regni nostri inclinati, ut tenemur, cameras nostras seu comitatum camerae per totum regnum nostrum comiti Heys, Ladislao dicto Garhes, Emerico fratri domini episcopi Varadiensis, Petro dicto Peuldre Jasrech fidelibus nostris, simul cum praedictis dimidiis fertonibus vendidimus et locavimus bonos denarios, scilicet octavae combustionis, pcr totum regnum nostrum ac pondus denariorum banalium antiquorum, quos Stephanus condam banus tempore domini Belae regis . . ri bonae recordationis cudi fecerat, per eosdem comites camerarum nostrarum, praecipiendo et committendo abucandos ac per totum regnum nostrum absque contradictione aliquali perpetuo discurrendos, ordinandoque et statuendo, ut pro tribus viennensibus unus novus denarius camerae nostrae, et pro duobus antiquis banalibus similiter unus denarius, pro uno autem grosso boemicali tres novi denarii, pro argento vero cum pondere Budensi ad unam marcam quinque pensae novorum denariorum ab ipsis comitibus camerae nostrae cambiantur. Qua propter fidelitati vestrae praecipimus per praesentes, quatenus dum iidem comites camerae nostrae, vel aliquis ex ipsis seu officiales ipsorum, praedictos novos denarios nostros in medium populorum vestrorum ubique exis-

tentium portaverint, per eosdem populos vestros diligenter suscipi, honorifice acceptari et po currere et cambiri ordine praescripto absque contentione faciatis et ipsos dimidios fertones de singulis portis seu mansionibus, cum argento et denariis ad valorem argenti ipsis comitibus camerae nostrae vel alicui ex ipsis seu officialibus ipsorum deputatis praesente homine magistri Nicolai dispensatoris nostri, quem iidem comites camerae nostrae eis pro socio a nobis petierunt, ex integro dari et plene persolvi facere debeatis; aliud non facturi, alioquin damnum, si quod camera nostra ex parte populorum vestrorum patietur, per eosdem populos vestros cum ipsorum gravamine restaurari faciemus. Datum in Temeswar, in festo epiphanie domini, anno eiusdem MCCCXXIII.

Ex orig. in arch. cap. Transilvanensi existenti.

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 7. 153.—154.

Regest priopćtije: Beke, Az erdelyi kaptalan leve'ẑtdza Gjulafehe'rvdrt. Budapest 1890.

92.

1323, 10. januara. U Zadpu.

Lipica udova Jurše s otoka Pašmana, prodaje komad svoje zemlje na istom otoku Vulcinji sinu Martinusifevu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesitno trecentesimo vigesimo secundo, indiccione sexta, die decimo mensis ianuarii, Jadere. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadera venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Hugolini Justiniani egregii comitis. Fateor per hoc presens instrumentum ego Lipica relicta Jurse et fiiia condam Dissini de insula Pastumano, quomodo do, uendo et transacto tibi Vulcigne de Martinussio ciui Jadrensi unam peciam terre mee, de qua est unum gognay et si plus erit, tuum sit, positam in insula Pastumano in loco uocato Longino; cui terre de borrea et austro est terra tui predicti Vulcigne, de trauersa et quirina est carsum, de qua autem pecia terre et iuribus et pertinenciis suis omnibus tu predictus Vulcigna facias a nmdo tuum velle sicut de tuo proprio; precio cuius vendicionis ego predicta Lipica recepi a te predicto Vulcigna libras scilicet tres, soidos sex et denarios octo denariorum venetorum paruorum, quas mihi integre persoluisti. Quam terram cum omnibus suis pertinenciis et

iuribus tam subtus terram quam supra terram ego predicta Lipiga per me meosque heredes et successores me obligo et promitto tibi predicto Vulcigne tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni hornine et persona in racione super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris; insuper ego Dragoslaue Percouig de insula etiam Pastumano per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dictam terram cum suis pertinencijs et iuribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione tibi predicto Vulcigne et heredibus et successoribus tuis super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris, et quod de predicta excalumpniacione possis te tenere ad quem nostrum uolueris in solidum et in parte pro libito uolu[n]tatis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Laurencio de Jaia et Nicolao de Bonfacino Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopisi).

j Ego C°'H[US] Cipriani de Bartolomeo examinator manum missi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui. rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.J

Originat u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1323.

Na istoj se pergameni nalazi slijedeća listina od ll.januara 1323 (a sličnog je ƨ sadržaja).

93.

1323, 11. januara. U Zadru.

Ivance sin Stfepana s otoka Pahnana firodaje komad svofe zemlje na istom otoku Vulcinji sinu Martmusijevom.

In Christi nomine amen. Anno inccarnacionis eiusdem mille.simo trecentesimo vigesimo secundo. indiccione sexta, die vndecimo mensis ianuarii, Jadere. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadera venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Hugolini Justiniani egregii comitis. Fateor per hoc presens instrumentum ego Juance condam Stephani de insula Pastumano, quomodo do, uendo et transacto tibi Vulcigne de Martinussio ciui Jadrensi unam peciam terre mee, de qua est dimidium gognay, et si plus erit tuum sit, positam in dicta insula Pastumani; cui

pecie terre vndique est terra tui predicti Vulcigne; de qua uero pecia terre et iuribus et pertinenciis suis omnibus tu dictus Vulcigna a modo in antea sis verus dominus et possessor et de ipsa facias tuum velle sicut de tuo proprio; precio cuius uendicionis ego predictus Iuance recepi a te predicto Vulcigna soldos triginta tres et denarios quatuor denariorum venetorum paruorum, quos miiii dedisti et integre persoluisti; quam peciam terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus tam subtus terram quam supra terram ego predictus Iuance per me meosque heredes et successores me obligo et promitto tibi dicto Vulcigne tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et detensare ab omni homine et persona in racione super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris; insuper ego Radouanus Cuniceuig de dicta insula Postumano per me meosque heredes et successores me obligo et promitto tibi predicto Vulcigne et heredibus et successoribus tuis dictam peciam terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris; et quod de predicta excalumpniacione possis te tenere ad quem nostrum uolueris in solidum et in parte pro libito uoluntatis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono de Sloradis et Johanne Slouigne Guscii ciuibus Jadere et aliis.

(Drugi rukopisi).

f Ego Coillus Cipriani de Bartolomeo examinator manum missi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original tt, arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1323.

Na istoj se pergameni nalazi prediduća listina od 10. januara 1323> (a sličnog je i sadržaja).

94.

1323, 4. februara.

Karlo Roherto kralj ugarski i hrvatski daje Morovićima pravo f>atronata nad samostanom sv. Kriza u Srijemu.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et

Honoris ac Montis sancti Angcli dominus omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ea que a principibus aguntur uel conferuntur iustis titulis et racionabilibus causis interuenientibus, litterarum solcnt testimonio communiri, ne a memoria posterorum simul cum labente tempore elabantur. Froinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Egydius filius Gregorii de Athyna heredum destitutus solacio decesissset et ius patronatus, quod -idem in monasterio sancte Crucis de Syrimia ordinis fratrum sancti Benedicti habebat, ex eo in nostras manus regias de iure et regni consuetudine ab antiquo approbata extitisset deuolutum et ad nostram pertineret coliacionem, magister Mychael filius Stephani de Moroth dilectus et fidelis aule nostre iuuenis ad nostram accedens presenciam, propositis et declaratis sue fidelitatis seruiciis, predictum ius patronatus monasterii sancte Crucis sibi et Clementino ac Stephano fratribus suis dari a nobis et conferri perpetuo postulauit. Nos siquidem considerantes fidelitates et preclara seruicia ipsius magistri Mychaelis, que nobis et sacre corone seu regno nostro in diuersis cxpedicionibus nostris locis et temporibus oportunis a primeuo infancie sue tempore in feruore fidehtatis non sine effusione sui sanguinis exhibuit et inpendit, que quia propter sui pluralitatem inseri presentibus sunt laboriosa et lcgentibus tediosa, hoc solum ad informacionem ceterorum inseruisse sufficiat declaratum: nam cum Matheo filio Petri quondam notorio infidele nostro in infidelitate sua claudente diem extremum uite sue, castrum Thyrinchin nominatum per Stephanum Boemum consobrinum eiusdem contra nostram maiestatem rebelliter detineretur occupatum, et nos obsedentes ipsum castrum expugnaremus, idem magister Mychael sub eodem castro uiriliter dimicans nobis intuentibus ictu sagitte fuit crudeliter uulneratus, et alias suis graciosis seruiciis in conspcctu nostre maiestatis studuit multipliciter complacere, pro quibus omnibus licet ipse magister Mychael pociori donacionis beneficio a nobis dignus foret et nos sibi conferre plura intendamus, tamen nunc uotis eiusdem benignitatc regia occurrentes, vt ceteri eius exemplo ad fidelitatis opera exercenda deuocius incitentur, prenotatum ius patronatus monasterii sancte Crucis de Syrimia integraliter et in toto nichil excipiendo exinde, eo modo, quo ad ipsum magistrum Egydium pertinuisse dinoscitur, dedimus, donauimus et contulimus prefatis magistro Mychaeli, Clementino et Stephano filiis Stephani, eorumque heredibus et heredum successoribus pcrpetuo et irreuocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum, transferentes in eosdem ius patronatus antedictum sine preiudicio alieno, ita, ut idem monasterium cum suis populis, iobagionibus, vassallis, possessionibus, villis et iuribus vniuersis tutele, proteccioni et indempni conser-

uacioni ipsorum Michaelis, Clementini et Stephani et eorundem posteritatum tanquam verorum et legitimorum patronorum suorum commissi a modo subiaceant et eisdem debitum ius patronatus in omnibus teneantur perhemniter exhibere. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri noui sacri et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladyzlai Albensis ecclesie prepositi et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, pridie nonas februarii, anno domini millesimo CCC° vicesimo tercio, regni autem nostri anno similiter vicesimo tercio. Venerabilibus patribus dominis Bolezlao sancte Strigoniensis et fratre Ladyzlao Colocensis, ac fratre Petro Spaletane(!) archyepiscopis, Johanne Nitriensi Nicolao Jauriensi, Georgio de sancto Ireneo, Ladyzlao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradyensi, Benedicto Chanadyensi, Andrea Transilwano, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agryensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Phylippo palatino comite Scepusyensi et de Wywar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum comite Bachyensi et de Trynchen, Thoma woyuda (!) Transilwauo comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie comite Supruniensi et de Komarun, Lamperto iudice curie nostre comite Chanadyensi et Nitriensi, Mykch iudice curie domine regine karissime consortis nostre comite de Sarus et de Zemlyn, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum castellano de Myhald, Gregorio magistro pincernarum nostrorum, Johanne magistro pincernarum domine regine comite de Weureuche, Nicolao comite Symigiensi, Laurencio comite Zaladyensi, Paulo bano de Machou comite Syrimiensi de Wolkou et de Budrugh, Johanne comite de Barana, Ladyzlao comite Tholnensi et aliis quampluribus regni et comitatus tenentibus et honores.

Original u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1333., — Stara signatura N. R. A. fasc. 1507. no. 3.

Na hshni visi žuta i crvena svilena vrvca s komadićem satrtog pečata.

95.

1323, 9. februara. U Zadru.

Nikola zvan Pol Ш Markov prodaje tri komada vinograda, nasadjenog na zemlji samostana sv. Nikole DiSmanu i ieni mu Femiji.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo, indictione sexta, die nono mensis febru-

arii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini [Vgolini] Justiniani egregii comitis. Fateor ego Nicolaus uocatus Pol s condam Marci, habitator Jadre, quomodo de consensu et uoluntate domine Magdalene, abbatisse monasterii sancti Nicolai monialium de Jadra, ac de uoluntate et consensu Petri de Matapharo, aduocati dicti monasterii, vendo et transacto uobis quidem Dismano Marangono uocato Sauerta, filio condam Vulcoy, et Femie coniugibus, filie naturali condam Michaelis Vituri, habitatoribus Jadre, tres pecias vinee mee, posite ad Obrouec super terram dicti monasterii, una quarum reddit decimam partem pro terratico et relique due pecie reddunt quartam partem redditus et fructus ex dictis vineis proueniencium illuc ad ripam maris in barca dicti monasterii conductum vestris expensis. Confines unius pecie hii sunt: De trauersa vinea Preuoslaui Cigardich, de borea via puplica, de quirina vinea Petri Chuarcjg et de austro vinea Radoy Sfilacig. Confines alterius pecie: De borea et de trauersa vinea heredum Radouani condam Dragoslaui, de austro vinea Petri condam Dragani, et de quirina vinea Vulcigne fratris mei. Confines tercie pecie: De trauersa vinea dicti Vulcigne, de austro uia conuicinalis, de quirina vinea (Jfitani, et de borea vinea dicti Petri Chuarcig. Pro precio librarum quindecim denariorum venetorum paruorum, quas mihi plene et integre dedistis et persoluistis, cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram, a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus uestris ex dictis tribus peciis ipsarum vinearum libere facere possitis uestram omnimodam pro anima et corpore uoluntatem absque contradictiorte aliqua, salua semper racione dicti monasterii pro terratico suo, ut supradictum est, et omni alio iure secundum formam statuti Jadre. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto uobis predictis Dismano et Femie coniugibus uestrisque heredibus et successoribus dictas tres pecias ipsarum vinearum cum omnibus suis iuribus et pertinenciis excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet ^ancio condam Johannis Butadey, et Nicolao condam Grisogoni de Speia Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Biualdus Gregorii de Butuno examinator examinaui.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Ja-

drensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(.Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadm; odio satnostana sv. Nikole no. 122.

^ : 96.

1323, 20. februara. U Petrovaradinu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski vraća bivšim nevjernicima sinovima Duruslavovnna n-jihove posjede.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit tenore presencium universis. Quod Gregorius Duruzlo et Ladizlaus filii Duruzlo ad nostram accedentes presenciam suplicarunt nobis humillime, ut possessiones eorum Igricy et Pyliskezeg nuncupatas in comitatu Zaladiensi existentes. Item terciam possessionem eorum Obokwa vocatam in comitatu Krysiensi existentem, quas dum ipsi divertendo a fidelitate nostra rebellibus nostris adheserant, ipsis nunc ad graciam nostram revertentibus dignaremur de benignitate regia restituere, cum earundem pertinentiis universis uti. Nos, qui divino regimini presidemus, misericordie gratiam innatam cordi nostro cunctis ad gratiam nostram redeuntibus denegare nolentes, considerantesque, quod iidem filii Duruzlo infideles nostros non voluntarie, sed potencia coacti fuerint secuti, et ob hoc non debere eos possessionibus suis privari, peticionibus eorundem inclinati, predictas possessiones eorum Igricy, Puliskezeg et Obokwa cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis eisdem Gregorio Duruzlov et Ladizlao reddidimus et restituimus de gracia regie benignitatis pleno iure, quemadmodum ipsorum fuisse dinoscuntur, per ipsos et eorum heredes perpetuo et pacifice possidendas et habendas sine preiudicio iuris alieni, revocantes quaslibet donaciones, si quas de ipsis possessionibus aliis fecimus quibuscunque similiter et ipsarum donacionum literas cassatas auctoritate presencium relinquimus et inanes, viribusque carituras. Datum in Varadino Petri, dominica reminiscere, anno domini M°CCC°XX° tercio.

Prepisao Ivan Patir iz originala, koji se naiazi u obiteljskoj pismohrani obitelji Rumy. Pisana je povelja na papeт sa veoma lijepim slovima i velikim pečatom na naledju, na kojem se još dobro raspoznava na prijestolju sjedec'i kralj.

Cod. dipl. patrius I. 117. no. 89.

97.

1323, 20. februara.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvaiski daruje Aleksandra Kučka zemljama za zasluge u ratovima stečene.

Karolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, fiame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Regalis excellencie dignitas, quam magnificencie presertim largitas reddit illustrem, tunc honoribus et titulis decoratur insignibus, tunc precipue meritarum laudum preconiis et fulgore claresscit(l), tum dignis digna retribuit et futurorum suorum seu subditorum inpensa sibi fideliter obsequia equipollencium reconpensationem munifica remunerat premiorum. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus, pervenire, quod magister Alexander filius Alexandri de Kuchk dilectus nobis et fidelis, ad nostram accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia nostre maiestati inpensa rememorans et declarans, quasdam terras seu possessiones *[slijede posjedi u Ugarskoj).* Quod cum nos castrum Machow, de quo per Sclavos scismaticos detentores ipsius castri, nobis et regno nostro grande scandalum oriri videbatur, et fuerat iam exortum valido exercitu nostro obsedissemus, ut expugnaremus. ipse magister Alexander tanquam vir strenuus sub eodem castro dimicans virilifer, nobis intuentibus multiplices lapidum ictus de ipso castro, et crudeles in se recepit wlnerum lesiones. Demum cum ipse magister Alexander unacum Nicolao filio OmodeL nunc bano tocius Sclavonie et aliis fidelibus nostris quam pluribus de mandato nostro adversus Andream filium Gregorii nostre maiestati tunc rebellem procederent et quoddam castrum eiusdem Kwzeg vocatum obsedissent et expugnarent, idem magister Alexander sub eodem castro viriliter dimicans, ictu sagitte de ipso castro extitit letaliter wlneratus. Ceterum cum nos eundem magistrum Alexandrum cum quibusdam aliis nostris fidelibus in auxilium fratris nostri domini Friderici, regis Romanorum, contra dominum Lodovicum . ducem Bavarie misissemus *(Slijede posjedi u Ugarskoj).* Anno domini M°CCC°XX°. tercio, duodecimo kalendas iulii, regni autem nostri similiter XX. tercio. Venerabilibus in Christo patribus dominis Bozezlao(!) Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis; Johannc Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Gcorgio de sancto Irineo, Ladizlao Quinqueecclesiensi, fratrc

Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transilvano, Henrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus. Magnificis viris Philippo palatino comite Scipiensi et de Wyvar ac iudice Cumanorum, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi, Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyvoda Transilvano, comite de Zolnuk, predicto Nicolao filio Omodei, bano tocius Sclauonie, comite Suppruniensi et Komarun, Mykch, magistro. tavarnicorum domine regine karissime consortis nostre, comite de Sarus et de Zemlen, Paulo bano de Machou, comite Syrimiensi, de Wolkov et de Budrug, Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Blasio magistro agasonum nostrorum comite Huntensi, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum castellano de Myhald, Nicolao dicto Treutul, comite Posoniensi, Nicolao filio Gyleth comite Simigiensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Prepisao Karlo Rath iz originalne listine kralja Karla od g. 1332., pod br. 109. koja se nalazi u pismohrahi gjurskoga kaptola.
Cod. dipl. patrius. I. 123. —125. no. 92.

98.

1323, 2. marta.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski daruje Dujmu sinu Friderika kneza krčkoga, županiju dreimčku.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Hanc sibi regalis nobilitas legem ponit, vt quod sponte tribuit debere se existimet, nam nisi in beneficiis suis creuerit, nichil se prestitisse putet. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram serenitatem Duymuch filius Friderici comitis de Wegla, filii quondam comitis Duym fidelis noster, exhibuit nobis quasdam patentes litteras nostras, promissionem collacionis de Dresnycho comitatus dudum Duym comiti awo suo per nos factam continentes, petens a nobis humili precum instancia, vt quia idem comes Duym extat iam defunctus, dictam nostram sponsionem. de speciali regie munificencie gracia in persona ipsius comitis Frederici (!) filii sui superstitis dignaremus. effectui mancipare. Nos itaque, qui ex alto

nobis crediti regiminis officio cunctorum nobis fidelitate adherencium merita librare tenemur equa lance et beniuole, repromissa soliti sumus liberalitate regia adimplere, predictis nostre sponsionis litteris diligenter recensitis et plenius percunctatis, volentes eandem repromissionem nostram de dicto comitatu de Dresnicho olym comiti Duym velud(!) honorem regium nos conferendo factam, in persona ipsius comitis Frederici filii sui, fidelis nostri nobisque dilecti ad ipsius humilem instanciam et instantissimam peticionem eiusdem operis efficacia terminare et concupitum per ipsum comitem Fridericum perducere ad effectum, eundem comitatum de Dresnicho, qui cum districtu eiusdem comitis Frederici confinatur, tamquam honorem regium vsquc ad nostrum beneplacitum ipsi comiti Frederico harum serie duximus conferendum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras noui et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Ladizlai prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tercio. Venerabilibus patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nytriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Gregorio de Kw, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transiluano, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis viris Philippo palatino comite Scepusiensi et de Vywar, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trinchinensi, Lamperto iudice curie nostre comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyuoda Transiluano comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie comite Supruniensi et de Kamarun, Mykch magistro tauarnicorum domine regine karissime consortis nostre, comite de Sarus et de Zemlen, Deseu iudice curie eiusdem regine, Paulo bano de Machou, comite Syrmiensi de Wolkou et de Budrugh, Blasio magistro agasonum nostrorum, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum castellano de Myhald et Nicolao comite Symigiensi, et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores. Sexto nonas marcii, regni autem nostri anno similiter vigesimo tcrcio.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.195. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 1589. no. 2.
Na Sutoj svilenoj vrvci visi dobro sačuvani dvostruki pcčat, sa/no s kraja nes'to odlomijen.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 2. 467.-469.

*

99.

1323, 28. marta. U Stolnom Biogradu.

*Pred kaptoloni stolnobiogradskim zamjenjuje Mirko sin Aladarov svoj posjed Opatovac **u** srijemskoj iupaniji sa Karlom smom Nikole i dr. za fiosjed njihov Kondro.*

[CJapitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Karolus filius Nicolai pro se et Nicolao ac Michaele necnon Clara filia sua cum legitimo procuratore capituli ecclesie beati Petri de Posaga, item Georgius filius Ambrosii pro se et nobili domina Anicha vocata consorte sua ac Petro filio Jacobi similiter cum procuratoriis litteris eiusdem capituli de Posaga ab vna parte, et Emericus filius Aladari de eodem comitatu de Posaga ex altera coram nobis personaliter constituti, propositum extitit per eosdem viua voce et relatum, quod ipsi amicabili composicione proborum virorum interueniente, vt fraternali dileccione[1] inuicem perfruantur, talem inter se ordinacionem fecissent et commutacionem, quod quia prefatis nobilibus et dominabus a predicto Emerico quarta filialis cedere deberet, idem Emericus quandam particulam possessionis sue in possessione Arpatorlo vocate in comitatu Sirimiensi existenti habitam, ipsam legitime et de iure nullo contradicente, prefatis Karulo et Nicolao ac Michaeli filiis suis ac domine Clare necnon Georgio filio Ambrosii et eius consorti, item Jacobo filio Petri et ipsorum ac ipsarum heredibus perpetuasset et perpetuauit coram nobis, et insuper quinquaginta marcas promptorum denariorum, sicut predicti nobiles et procuratores dixerunt, eisdem persoluisset Emericus prenotatus. Jidem vero nobiles et domine supradicte porciones ipsorum totales in possessione Kondro et,. aliis quibusuis possessionibus ipsius magistri Emerici eis qualitercunque prouenientes, ipsi magistro Emerico filio Aladari et eius heredibus heredumque suorum successoribus dederunt et contulerunt perpetuo possidendas, tenendas pariter et habendas, totum ius totamque proprietatem et dominium eorum ab ipsis possessionibus excipiendo, et cuicunque idem magister Emericus legare uel condonare ipsas posscssioncs volucrit, liberam ct securam haberet facultatem, tali uinculo medianle, quod si prefatum Emericum uel suos successores ucl cui ipsc condonaret racione preiatarum possessionum, ipsi vei ipsorum

[1] Napisano u originalu: ^lileccione«.

aut ipsarum heredes infestare attemptarent temporis in processu, tanquam sopite litis suscitatores conuincerentur ipso facto. Datum feria secunda proxima post festum passce domini, anno eiusdcm M°.CCC°.XX° tercio.

Orisrinal u kr. ugar. driav. arkivu u Rtidimpešti: M. O. D. L. no. 35.737. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1524, no. 44.
Na crvenoj z žućkastoj svitenoj vrvci visi oštećeni pečat.

100.

1323, 29. marta.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski spominje velike zasluge magistra Nikole u raz,nim bojevima.

. . inprimis quidem cum adhuc regimen et regni nostri gubernaculum pleno non fuissemus adepti et ipsum regnum nostrum ab infidelibus et potentibus baronibus emulis nostris contra nostram maiestatem undique occupatum detineretur, quique barones universos nobiles regni nostri, quos seruiciis suis coactos violenter applicaverant ad impendendum regie maiestati servicia venire non sinebant, quasi sub quadam servitute detinentes eosdem, ipse magister Nicolaus fidelitatis ardore succensus a societate filiorum Herrici bani tunc infidelium nostrorum se retrahendo nobis ingenti devocione et ndelitate sincera indissolubiliter adherens, possessiones et omnia bona sua ac servientum suorum pro recuperacione regni et exaltacione honoris nostri in manus infidelium nostrorum ad diripiendum, devastandum et desolandum committere minime formidavit, et se ipsis filiis Herrici potenter opponente eorumdem tenutam, castra et potenciam, que de bonis regalibus ab olim infideliter usurpate et occupate extiterant, nostre celsitudini recuperavimus et suo fideli servicio ac probitatis sue milicia subiugavimus; demum cum ad expugnanda castra de Machou et subiiciendum ipsum regnum nostro regimini ac reprimendam vesanam insolenciam Sclavorum scismaticorum ipsius regni, per quos nobis et regno nostro grande scandalum oriri videbatur et fuerat iam exortum, exercitum validum movissemus et difficilis transitus fluvii Zave per algorem hiemalis temporis opposito. ac resistente nobis exercitu dictorum Sclavorum, gentis scilicet regis Vrosii, adversarii nostri in littore seu portu transitus processum nostrum retardaret, ipse magister Nicolaus tanquam vir strenuus fortune se submittens contra predictos scismaticos ante omnes alios

cum suis transeundo exercitui nostro transitum seu vadum securum preparavit; ubi studio fidelissimo castrum Macbou cum suis viribus et actibus bellicosis in maiori parte occupavit, et sic grandis materia et causa scandali nostri regni mediante eiusdem magistri Nicolai fideli ministerio quodam modo est sedata; ceterum dum quidam barones Theotonici de Austria prebentes auxilium Andree filio Gregorii, nostre maiestati rebellanti confinia regni nostri invasissent, civitatesque et oppida quamplurima ac fidelium nostrorum possessiones hostili invidia perflati crudelitate tirannica devastassent et penitus desolassent, idem magister Nicolaus zelo fidelitatis armatus cum suis et quibusdam aliis fidelibus nostris in occursum eorumdem hostium nostrorum processit et cum eis viriliter dimicavit; in quo quidem conflictu deus ulcionum et dominus exercituum ex alto prospiciens ipsi magistro Nicolao triumphum contulit et victoriam laudabilem peroptatam; ubi ceteris Theotonicis prostratis et cesis sex barones potentissimos, scilicet Scedeker, Geleuser, Pronnar, Preguar, Wyrdusmodar et Preghamar nominatos et strenuos milites partis adverse captivavit, quos cum dextrariis vexillis et armis militaribus in signum victorie nostre maiestati presentavit, per quod status regni, regalis honor et imperium nostrum non modicum sumsit incrementum ; preterea cum Matheus filius Petri ,de Trenchul, quondam infidelis noster in infidelitate sua vitam finivisset, ipse magister Nicolaus cum suis in terram dicti Mathei inmediate potenter primus intravit et antequam nos supervenissemus quatuor castra eiusdem Mathei, Opon^ Grogh, Preuge et Baymach vocata, ingenio proprio et probitate sue milicie occupavit, que tandem nostre maiestati fideliter assignavit, per quod umnes alii castellani eius non confidentes posse nobis resistere ad nostram venire graciam necessario sunt coacti, et sic tenuta ipsius Mathei post dei adiutorium ipsius magistri Nicolai fideli servicio et laudabili probitate extitit nobis recuperata et nostro regimini subiugata. Datum per manus discreti viri magistri Ladizlai prepositi ecclesie AIbensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°CCC°XX° tercio, quarto kalendas aprilis, regni autem nostri anno similiter vigesimo tercio. Venerabilibus patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de sancto Irineo Ladizlao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transilvano, Herrico Wesprimensi et Chanadino Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchinensi, Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyvoda Transilvano

et comite de Zonuk, Paulo bano de Machou, comite Sirmicusi dc Wolkou et de Budrugh, Mykch magistro tavarnicorum domine regine karissime consortis nostre comite de Sarus et de Zemlen. Deseu iudice curie eiusdem regine, D)?onisio magistro dapiferorum nostrorum castellano de Mihald, Blasio magistro agasonum nostrorum et magistro Nicolao comite Simigiensi, et aliis quampluribus dilectis et fidelibus nostris regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original z< kr. ng. drž. arkivu n Budimpešti: M. 0. D. L. 1S84. — Stara signatura N. R. A. fasc. 648. no. 6. Vidi se traga gdje je visio. peeat.

Nagj' Cod. dipl. Andeg. IL 69. —71.

101.

1323, 17. aprila. U Zadru.

Samostan sv. Krševana daje Krševanu sinu Krestinom, LupSi, Dragoslavu itd. zemlju u Bokanima, da nasade vinograd.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesime vigessimo tertio, indictione sexta, die decimo septimo intrante aprili, Jadre. Temporibus equisdem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et venerabilis in Christo patris domini Johannis de Botouano dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac egregii et potentis viri domini Vgolini Justini honorabilis comitis Jadrensis. Fatemur per hoc presens instrumentum nos fratcr Michael vicarius monasterii sancti Grisogoni de Jadra, frater Laurencius prior, frater Thomas sacrista, frater Dragus, frater Laurencius Girardo, frater Symon, frater Marcoci, frater Nicholaus de Carbono, frater Oaninus de Ginnano, frater [acobus, frater Grisogonus omnes et singuli monaci dicti monasterii exinde de uoluntate et assensu(!) dominorum Crissi de Victicor, (Joue de Zeualellis, Cerni de Fafogna, Vulcine de Matafarris, procuratorum dicti loci damus et concedimus vobis Grisouano filio Creste et Lupse quondam Stancii et Dragosclauo olim Georgii et Preuisclauo filio quondam Luce et Bogdoy Ortolano olim Stoiani et Dragosclauo olim Ciuitice et Marre vxori tui Dragosclaui habitatoribus Jadre vnam terram dicti monasterii ad pastinandum vineam positam ad putheum(!) de Bochani; de qua terra quilibet vestrum debet pastinare gognaios duos, et vos dicti iugales etiam duos; quos duos gognaios quilibet vestrum pro modo dicto debetis pastinare et cornplere cum vitibus et etiam cum arboribus oliuarum pro

quolibet gognay secundum consuetudinem et statutum Jadre usque ad quatuor annos completos proxime venturos sub pena sex yperperorum pro quolibet vestrum; taliter, quod de toto illo, quod dicta terra dabit et fructificabit per vos pastinanda pro modo predicto dare teneamini cum heredibus et successoribus vestris nobis nostrisque successoribus et dicto monasterio quartam partem conductam ad rippam(!) maris prope sanctum Jacobum siue in ualle in barcham dicti monasterii; si autem furtum uel dampnum(!). manifestum commiseritis fraudulenter contra rationem dicti monasterii, nobis et dicto monasterio penam sex iperperorum predictam pro modo predicto soluere debeatis, quociens contrafeceritis; si autem ius vestrum vendere uolueritis, dicto monasterio denunciare debeatis et dicto monasterio vendere pro illo precio, quod ab aliis habere poteritis, si emere uoluerit, quod si noluerit, tunc uobis licitum sit vendere cui volueritis, saluo serrrper iure dicti monasterii supradicto et omni alio iure dicti monasterii quod habet quocumque modo. Cui terre hii sunt confines: De quirina est terra monasterii sancte Marie de Melta, de borrea et austro et trauersa est via publica. Quam terram cum suis pertinenciis et iuribus nos predicti vicarii ct.monaci promittimus pro nobis et nostris successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in rationem(l) super nos et bonis omnibus dicti monasterii pressentibus(F) et futuris. Et nos predicti pastinatores laudamus et affirmamus omnia et singula supradicta et attendere promittimus super nos et bonis nostris omnibus pressentibus et futuris. Et super hoc factum est cuilibet parcium supradictarum vnum instrumentum et dicto monasterio unum. Actum et firmatum est hoc coram hiis testibus vocatis et rogatis, scilicet Bogdano filio Juane, Damiano olim Pauli de Millegoste Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

t Ego Biualdus Gregorii de Butuno examinator examinaui.

Ego Regalis quondam Lionisii(f) Richardo de Clugia imperiali auctoritate notarius et comunis Jadre iuratus predictis omnibus interfui et rogatus scripsi, solitum meum signum apponens.

(Signum not.)

Origiual u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsnla V. no. 70.

102.

1323, 25. aprila. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski z hrvatski potvrdjuje povlasticu kralja Ladislava (od g. 1284. 16. februara) u korist Stjepana sina Opojeva.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus vniuersis quibus expedit memorie commendantes per presentes, quod Nycolaus filius Andree et Stephanus filius Andree et Stephanus filius Opey (!) fideles nostri ad nostram accedentes presenciam exhituerunt quasdam litteras patentes felicis recordacionis quondam Ladislai regis Hungarie illustris, hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina kiatja Ladislava od 10. februara 1384.)* Petentes, ut tenorem earum litteris nostris faceremus inseri ad cautelam. Nos itaque ad instanciam eorundem tenorem earundem sub forma prescripta presentibus inseri fecimus et sigillo nostro consignari. Datum in Misagrad(l), in crastino beati Georgii martiris, anno domini MCCC°XXIII°.

Original u kr. ug. drsavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. X. *no 35.845. Nekoe zbirka Kukuljevićeva.*

Na hrptu maleni odlomak pritisnutog srednjeg pečata u običnom vosku.

103.

1323, 29. maja. U Topuskom.

Jakob opat topuski daruje Ivanu Baboniću sinu Stpepana bana posjed topuskoga samostana Cehno.

Nos frater Jacobus dictus abbas et conventus Thoplicensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad universorum notitiam harum serie voiumus pervenire, quod cum considerassemus grata et meritoria servitia nobilis viri comitis Johannis nati olim magnifici viri domini Stephani bani totius Sclavonie, nobis nostrisque antecessoribus multimode impensa, possessionem nostri monasteri Thoplicensis Chechno seu Siuinargeua vocatam antedicto comiti Johanni, ecclesie nostre fideli dedimus seu concessimus cum omnibus appendiciis suis et universis utilitatibus, sub illis metis et terminis, sub quibus possedit quondam Siuinar per nostrorum predecessorum colla-

tionem, quamdiu nobis et nostris successoribus fidelis extiterit, sibique vita comes corporalis non deerit, nec obmiserit pretacto monasterio censum solvere pro eadem possessione, videlicet singulis annis in festo sancti Martini hyemalis unam marcam bonorum denariorum Zagrabiensium, tenendam firmiter et habendam. In cuius rei testimonium presentes literas prefato Johanni nostri dcdimus sigilli pendentis munimine roboratas, post suum vero obitum in eodem robore minime vatituras. Datum Thoplice, anno domini M. CCC. XX. tertio, in octavis salicte Trinitatis. Scriptis literis Petkonis fratris predicti Siuinar, sibi super predictam possessionem per nostros predecessores concessis.

Thalldczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 94.

104.

1323, 30. maja. U Križevcima.

Ban Nikola potvrdjuje listinu meštra Ivana sina Henrika bana u prilog Emerika sina Farkaševa.

Nicolaus banus tocius Sclauonie comes Supruniensis et de Kamar[un] significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod accedens nostram ad presenciam noster fidelis seruiens nomine Emiricus filius Farkasii nobilis de Chanou, ostendens patentes litteras magistri Johannis filii Henrici bani sitas(!) super possessionem suam et cognatorum suorum, scilicet Benedicti, Ceuetkonis et Mykou, quod dictas litteras ad predictam possessionem dignaremus eidem Emriko(!) mediantibus ac (!) patentibus nostris iitteris confirmare. Nos igitur predictas litteras fecimus de verbo ad verbum perlegy(!), et audientes predictas litteras esse iustas et veras, hanc nostram graciam duximus eidem Emriko faciendam, quod causa eorundem seruiciorum ct considerantes huius rei ueritatem confirmauimus firmiter predictas litteras domini Nicolai (!) bani sibi et suis heredibus heredumque suorum successoribus inreuocabiliter perpetuo possidendam, tenendam et habendam. Datum in Crisio, feria secunda proxima post festum corporis Christi, anno domini millesimo CCCXX^{0} III.

Origmai u kujižnici narod. muzeja u Budimpešti (došao god. 1899. ovamo iz zbirke Vegkelyeve.)

Na hrptu pritisnut u zelenom vosku okrugli dosta maleni pećat. Grb je oštećen, ali legenda citljiva: ⊲K Sigillum magistri Nicolai.

105.

1323, 18. juna. U Ninu.

Izmiruju se biskup ninski i općina.

In nomine domini dei aeterni amen. Anno incarnationis Christi 1323., mense iunii, die XVIII. intrante, indictione VIII., Nonae. Temporibus domini Caroli magnifici regis fiungariae, et Johannis venerabilis Nonensis episcopi, ac Georgii egregii comitis, nec non Barthuli ruiti magnifici vjri domjni Federici comitis Vegliae honorabilis potestatis Nonae. Orta questione inter venerabilem patrem Johannem dei gracia Nonensem episcopum eiusque capitulum ex parte una, et communitatem civitatis eiusdem ex altera, de bona et spontanea omnium et singulorum voluntate omnibus citationibus et altercationibus postpositis, divina favente clementia, amicabilis compositio intercessit taliter, quod dominus venerabilis Johannes Nonensis episcopus, praesentibus, consentientibus, affirmantibus et volentibus domino Bogdano archidiacono, Stantio archipresbytero, Vulcossio primicerio, Civitano plebano, Vucheta presbytero, Dismano presbytero, Quirino presbytero, Nicolao presbytero, Grecano presbytero, Georgio diacono, Stipco diacono, omnibus ex dictis canonicis atque ex toto et universo capitulo ecclesiae cathedralis sancti Aselli, venerabilis patris domini Samsonis olim episcopi Nonensis authenticum privilegium seu publicum instrumentum manu Stephani primicerii iurati civitatis Nonae notarii, qui post in episcopatu canonice successit, confectum, et visum et lectum quatuor bullis seu sigillis pendentibus munimine roboratum» quod sic incipit etc. etc.

Ego Moises diaconus ecclesiae sancti Aselli, et iuratus Nonae notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboravi et meo signo consueto munivi.

Ruich Rifiessioni sul Pago Tom. III. 14 —16.
Original u gubernijalnom arkivu u Zadru^ sign. I. G. 9.

106.

1323, 22. juna. U Hvaru.

Izasianici vijeća hvarskog predaju samostanu sv. Nikole na Visu zemljište pod crkvom sv. Mihalja.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tertio. indictione sexta, 'temporibus illustris viri Joannis Superantio ducis A'eneciarum, ac venerabilis fratris domini Stephani de Jadra, electi et confirmati Pharensis et Brachiensis, et nobilis et sapientis viri domini Angeli Bembo honorandi potestatis Phare et Brachi§, suorumque iudicum Jaxa Mike, Vidosii Lompri et Vitalis Bogdani, die *22.* mensis iunii. Cum reformatum et deliberatum fuerit in generali consilio communis Phare ad sonum campane, vocemque preconis ex praecepto domini potestatis et iudicum insule habitatorum (!) more solito congregato, quod infrascripti sapientes ire debeant ad insulam Liss§ ad videndum ierraticum' rerum[1], quod petit dominus Stantius abbas monasterii sancti Xicolai de Lissa nomine[2] et vice dicti monasterii et successorum šuorum et secundum tenorem priuilegiorum et instrumentorum dicti monađterii[2] dicti sapientes infrascripti eidem dicto nomine dare et consignare debeant auctoritate pnjdicti consilii; prout patet in libro reformationum communis scripto manu mei infrascripti notarii; qui sapientes, videlicet <^ordan Petri, Dobrosiauus Andre§, Prodanus Balce Slouigna Balze, Nicola Bogdani, Jaxa Duymi, Cubre[2] Desislavi, iudex Liss§ Mixa Magassii, Ciprianus Slobi, Damianus Duymi, Mixa Balzce, et Crasocta[3] Grubani gastaldus Lisse[2] auctoritate et baylia eis data per consilium generale, . . tantes ad iam dictum territorium*, visis[2] et auditis priuilegiis et instrumentis dicti monasterii et etiam receptis et auditis[2] testificationibus per dictum dominum abbatem introductis, per ea que viderunt et audierunt habito diligento(l) consilio et deliberatione inter eos, dei nomine invocato, definitiue dederunt, tradiderunt et consignauerunt domino abbati Stantio, fratribus Radovano priori, Prodano[5], Georgio preposito et Obrado, nomine et vice dicti monasterii pro se et iam[6]

[1] U Farlatu: terrena.
[2] Manjka u Farlatu.
[3] U drugoj ravnopravnoj kopiji: Chrasotta.
[4] Farlat: citatorium.
[5] » Bhodano.
[6] Manjka u Farlatu.

dicto[7] monasterio[7] et successores(!) stipulantibus et recipientibus totum territorium, quod laborare potest in[8] vallaria[8] subtus ecclesiam sancti Michaelis, incipiendo a maceria Colnich et a iapide signato de signo crucis instructo u gnivi versus ecclesiam sancti Michaelis ab vna partc vallari§ et ab altera cum vicis Senodolce ita et taliter, quod totum territorium, quod manaci(f) dicti monasterii Iaborare possunt[9] vel laborare faciunt[10] in dicta vallaria, vt[2] dictum est[2] sit et esse debeat dicti monasterii et suorum successorum perpetuo[11] absque contradictione alicuius persone.

Ego Angelus Bembo potestas Phare et Brachie manu[12] mea subscripsi.[12]

(L. S.J

Ego Superantius Ranalduci de Cingulo auctoritate imperiali notarius et nunc Pharensis iuratus cancellarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere feci et pubHcaui.

(L. S.J

Matheus Nisiteus coadiutor in cancellaria aliena manu fideliter exemplaui, subscripsi et sigilavi.[13]

Kopija na papiru XVII vijeka u kaptol. arkivu biskupije u Hvaru. Uz nju rabljene još dvije kopije nešto mladje.

Farlati Ilfyr. sacr. V. 251. — Ljubić Statuta Lesinae 384.

107.

1322, 24. juna, U Zali.

Pred konventom sv. Adrija.na zaladskoga, daje ban Nikola u zamjenu za drugi posjed, svoj posjed Baratej.

Nos conventus monasterii beati Adriani de Zala . . significamus . . quod comes Dominicus filius Jonee nobilis de comitatu Simigiensi, serviens magnifici viri domini Nicolai bani filii Omodei palatini, cum procuratoribus litteris patentibus honorabilis conventus monasterii beati I.'.gidii de Simigio pro eodem Nicolao bano domino suo ab una, et

[7] Farfat: Dictum monastcrium.
[8] » ct vallaria.
[9] » poterunt.
[10] » faccrc.
[11] » perpetualiter.
[12] » Manu propria.
[13] Notar. potvrda XVII. vijeka.

magister Johannes filius Ochuz de genere Buzad pro se personaliter parte ab altera presencialiter nobis noti coram nobis constituti, idem comes Dominicus confessus est et oraculo vive vocis, ut cum predictus magister Johannes necessitate compulsus, quandam possessionem suam Iwanch vocatam in comitatu Castriferrei, prope castrum Lyndua existentem, pro leviori et minori precio, quam ipsa valuisset, dicto domino Nicolao bano vendidisset, pro eo idem Nicolaus banus dominus suus deum pre oculis habendo et considerata sua bonitate noiens eandem possessionem iniuste in detrimentum sue anime obtinere et possidere, in recompensam eiusdem supra precium persolutum . quandam aliam possessionem ipsius magistri Johannis, Barathey nominatam, olim Petheu fiiio Petri titulo impignoracionis traditam ac per ipsum dominum Nicolaum banum propriis suis rebus redemptam, in dicto comitatu Symigiensi iacentem, absque ullo precio reddidisset et remisisset ipsi magistro Johanni et suis heredibus pleno iure possidendam, quam quidem possessionem Barathey cum omnibus suis utilitatibus ipse comes Dominicus auctoritate procuratoria premissa in persona eiusdem domini sui Nicolai bani eidem magistro Johanni filio Ochuz restituit et resignavit coram nobis tali obligaminis vinculo interiecto, quod si temporis in processu prefatus dominus Nicolaus banus vel sui heredes aut posteritates ipsum magistrum Johannem vel eius heredes aut successores racione possessionis Barathey pretacte aliqualiter vel quoquomodo molestare et agravare intenderent seu attemptarent, extunc iidem prescriptam possessionem Iwanch vocatam absque strepitu iudicii aliqualis et contradiccione qualibet non obstante, deberent seu tenerentur relinquere ac resignare magistro Johanni et suis heredibus antedictis . . Datum in die festi nativitatis beati Johannis baptiste, anno domini M°CCC°XX° tercio.

Origmal u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2171. Stara sign. N. R. A. fasc. 575. no. 32.
Nagy Coii. dipl. Andeg. II., 77.—78.

108.

1323, 7. jula. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački ustanovtfuje nacin pečatanja javnih isprava.

Quoniam in regno Hungarie expediciones causarum in foro seculari communiter consveverunt fieri cum litterarum capitulorum testimohiis, ideo non inmerito ex institucione domini Augustini sancte memorie, olim nostre ecclesie episcopi, specialius processit et servatur, quod sigillum nostrum et specialiter novum, quod est erectum et autenticatum anno domini MCCCXXIII., nonis mensis iulii, adminus septem canonici in etatc et discrecione positi sufficienti, possint, ruptis inpressis sigillis de pixide excipere et cum eo litteras communis iusticie in camera sacristie sigillare et iterum statim reponere in pixidem et sua sigilla superponere, prout fieri consveuit.

Lib. statut. capit. Zagrabien. part. I. cap. IV. — Tkalčić Mon. episc. Zagrab. II. 14. — Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 106.—107.

109.

1323, 8. jula.

Ivan Superancije dužd mletački opominje Trogirane neka u slozi sa Sibenčanima suzbijaju gusare.

Joannes Superantio dei gratia . . . venerabili etc. nobiii et sapienti viro Marino Mauroceno de suo merito comiti, et prudentibus viris iudicibus communi Tragurii fidelibus suis diiectis salutem et dilectum affectum. Litteras comitis et fidelium nostrorum de Sybenico nuper recepimus continentes de duobus lignis Januensibus extrinsecorum, qui apparuerunt in partibus Sclavoniae damnum inferentibus omnibus, ad quorum persecutionem ordinaverunt vobiscum armare ligna et mittere contra eos, et missa fuissent illa, nisi supervenissent quaedam nova de Farra, ad quem uobis rescribimus, sicut et illis de Sybinico(f), vestram fidelitatem et promptitudinem habitam in armando plurimum commendantes, nam inter alia nobis est magis carum quando nostri fideles huiusmodi piratos pro honore nostro, et salvamento npstrorum fidelium persequuntur; verum ut hoc melius et celerius perficere valeatis, ordinamus cum nostris consiliis minori, rogatorum et 40., quoties armaveritis contra aliquos cursores, undecunque sint, dare cuilibet vogerio grossum unum in die ad suas expensas, et comito tres, et nauclerio duos de diebus quibus in isto servitio permanserint, quos denarios de nostro communi integre satisfieri faciemus. Vnde fidelitatem vestram instanter rogamus, nihilominus praecipiendo mandantes cum praefatis nostris consiliis, quatenus ad armandum contra cursores sitis solliciti atque prompti, tenentes ligna vestra parata cum omnibus opportunis, sicut de vobis confidimus, et

speramus, ut per hoc nostram gratiam uberius vendicetis. Datum etc. die 8. mensis iulii, ҁj. indictione.'

Lucius De regno Dalm. Lib. IV. c. 14. 210.

110.

1323, 8. augusta. U Zadru.

Alarin zupnik sv. Stjepana u Zadru i sabirač papinske desetine očitupe, da je primio desetinu od samostana sv. Krševana.

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione ciusdem millesimo trecentesimo vigessimo tercio, indictione sexta, Jadre. In via publica apud ecclesiam sancte Anastasie, die octauo intrante augusti. Temporibus equidem domini Johannis Superancio incliti ducis Venecie et venerabilis in Christo patris domini Johannis de Botouano dei gracia Jadrensis archiepiscopi, ac egregii et potentis viri domini Vgolini Justini honorabilis comitis Jadre. Nos Marinus plebanus sancti Stefani de Jadra confessi et contenti et manifesti sumus, quod recepimus et habuimus a uobis relligiosis viris fratribus Michaele vicario et Laurencio priore abbatis et monasterii sancti Grisogoni de Jadra ordinis sancti Benedicti libras quadringentas denariorum Venecie paruorum dantibus et soluentibus nobis dictam pecunie quantitatem pro restitutione et nomine restitucionis cuiusdam depositi apud abbatem et monacos et conuentum vestri raonasterii supradicti facti olim per nos et Johannem tunc plebanum sancti Mathei de Jadra de pecunia papali decime imposite per sex annos per sanctissimum patrem dominum Clementem papam quintum in subsidium terre sancte, cuius decime nos Marinus predictus cum dicto Johanne collectores fuimus in Jadra et Jadrensi dyocesi per totum tempus sex predictorum annorum. Quam decimam nos Marinus predictus confitemur et dicimus plene et integre nobis esse solutam a vobis et nomine vestri monasterii antedicti de toto tempore predictorum sex annorum iuxta modum et formas solutionis faciende de ea pro quantitate, que dictum vestrum monasterium contingebat in singulis terminis predictt temporis sex annorum, in quibus mandabatur solui debere decima supradicta; prout de dicto deposito apparebat publico instrumento scripto per presbiterum Guilliclmum Castrcnsem canonicum imperiali auctoritate notarium sub annis domini M° trecentesimo decimo septimo, die primo mensis octubris, indicionc priuia, Jadre, imperio

' Tjucius dodaje »itl ost 1323«.

Romano etc. presentibus Marino Cerne de Canaruto, Duymo de Mengaga, Lupsa filio olim Stancii testibus ad hoc vocatis et rogatis; confitentes et asserentes, quod dictam pecunie quantitatem seu depositum supradictum plene et integre recepimus et habemus a vobis vicario et priore predictis dantibus, soluentibus et restituentibus nobis illam nomine quo supra iuxta tenorem et formam instrumenti depositi supradicti in indiccium (!) et probacionem. Cuius restitucionis a vobis, ut premititur, nobis facte nos vobis dictum instrumentum depositi damus et restituimus ita, quod a modo in antea per nos et successores nostros cum obligacione omnium nostrorum bonorum promittimus uos de cetero uel abatem(!) et monasterium vestrum predictum non mollestare nec inquietare de deposito antedicto, nec illud per nos [nec] per alium repetere; habentes ex nunc dictum iustrumentum depositi et quodlibet ad tale uel simile si reperiretur vacuum, inritum et innane et nullius etiam momenti uel yaloris, facientes per nos et nostros successores super nos et omnia nostra bona vobis vicario et priori predictis recipientibus nomine quo supra plenam et inreuocabilem securitatem, finem, remissionem, quietationem et pactum de ulterius non petendo de quantitate pecunie et deposito antedictis, quam et quod a vobis, ut dictum est, quia plene recepimus et habuimus iuxta continenciam instrumenti predicti nunquam petemus uel requiremus ulterius, liberantes et absoluentes ex nunc in totum et integraliter vos et monasterium vestrum predictum, ita, quod deinceps de deposito quantitatis pecunie et decime supradictis nobis vel alteri nomine nostro vel alterius de cetero nec in totum nec in parte teneamini de cetero respondere. Que omnia et singula supradicta promittimus attendere et obseruare et non contrafacere uel uenire aliqua racione uel causa, modo uel ingenio sub obligacione omnium bonorum nostrorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis testibus vocatis et rogatis, scilicet Serge de Cesamo, Francisco de Cernucho, Jacobo quondam domini Benedicti de Matefaro, ciuibus Jadre ad predicta vocatis et rogatis.

(Signum not.). ;

Ego Regalis quondam Lionisii(!) Richardo de Clugia imperiali auctoritate notarius et comunis Jadre iuratus predictis omnibus interfui, et rogatus scripsi et publicaui, solitum meum signum apponens.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samosiana sv. Krševana : Kaps. XXIII. no. 577.

Na hrptu savremeno: »Instrumentum securitatis de CCCC libris decime papalis de VI- annis.

111.

1323, 15. augusta. U Zadru.

Cerne de Fanfogna odvjetnik samostana sv. Krševana odriče se svoje službe.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indicione sexta, die quinto decimo mensis augusti, Jadre. Temporibus equidem domino(!) Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Hugolini Justiniani egregii comitis. Cum ego Cerne de Fafogneis ciuis Jadre fuerim procurator fratris Johannis abbatis monasterii sancti Grisogoni de Jadra et monachorum dicti monasterii, prout constat publico instrumento scripto per Regalem condam Lionisii(l) Richardo de [CfJugia [imperiali] auctoritate notarium, sub anno domini milesimo trecentesimo [vigesimo] secundo, indicione quinta, die sexto intrante octubri, temporibus [equidem] domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie etc, ut in eo legitur; et intromiserim me de officio dicte procurationis, nunc autem meis negociis impeditus et habens facere de factis meis, per hoc presens instrumentum ego dictus Cerne renuncio, renuo et refuto officium dicte procurationis, nec a modo in antea sum nec esse uolo aut haberi ullo modo procurationem dicti abbatis, monachorum uel monasterii predictorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Johanne Siouigne Guscii et Purchia zuparo Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Bogde de Lourechna examinator manum misi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 702.

112.

1323. Od augusta-septembra.

Kralj Karlo napuljski piše duždu mletačkomu radi gusara.

»Carolus illustris Jerusalem et Sicilie regis Roberti primogenitus« *pise duzdu* >Johanni Superantio«: »Intimatum siquidem nobis per earum *(litterarum ducis)* seriem extitit, quod pridem circa principium maii transeuntibus ante civitatem vestram Mothoni decem galeis Januensium, subditorum regis incliti domini patris nostri, clamatum fuit alta voce per eos ad damnum civium Venetorurn. Quodque per litteras consulis vestri Apulie habuistis galeas quatuor, tres videlicet provincialium et quartam Januensium, quarum trium de provincia scilicet erant armatores Petrus Guerci, Petrus Bonifacius et Petrus Catino, relique vero quarte Januensium erat patronus Andronectus, ut scribitis, applicuisse Brundusium hiis diebus, facientes vocem cuncte, ut verbis vestris utamur, ad damnum potentium minus eis. Subsequenter autem earundem litterarum vestrarum tenor habebat: Vos accepisse per litteras civitatis vestre Ragusii, quod die octavo mensis iulii primo preteriti, tunc presentis, tres ex predictis galeis, duo scilicet de provincia et tercia Januensium, fuerunt ante civitatem ipsam Ragusii, et in aquis civitatis eiusdem ceperunt •et disrobaverunt plures barcas vestrorum de civitate ipsa, publice asserentes, se damna omnibus minus eis potentibus illaturos. Significatis nobis insuper, quod tres galee armabantur Brundusii, que similem intentionem eundi ad dampnum omnium dicebantur habere«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. prit. 3. 63.—64.
Racki Rad VIII. 227.

113.

1323, 1. septembra. U Djakovu.

)Pred kaptolom bosanskim zabranjuje se prodaja posjeda Jame radi maloljetnosti posjednika.

Nos capitulum ecclesie Boznensis damus pro memoria, quod Benche iilius Saul serviens Stephani filii Johannis vice et nomine domini sui

*

personaliter coram nobis constitutus dixit, quod idem dominus suus prohiberet Ferdhem de Jama et nepotem suum filium Jacobi de eadem, qui adhuc esset septem annorum, eos a vendicione vel pignoracione dicte Jama, et omnes commetaneos suos ab empcione seu per aliquem alium modum comparacione, precipue Johannem filium Logerti et Petrum vicecomitem magistri Lamperti iudicis curie domini regis a vendicione et perpetuacione. Datum quinta feria proxima in die sancti Egidii confessoris, anno domini M°CCC° vicesimo tercio.

Original u arkivu grofova Festetića u Kostelu.
Nagy Cod. dipl. Andeg. II., 85.

114.

1323, 8. septembra. Kraj rijeke Zoluna.

Nikola ban polvrdjuje OmiSanima primlegip kralja Andrije od g. 1207.

Nicolaus[1] banus tocius Sclauonie comes Supruniensis et de Kamarun dilectis sibi vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo qui est uera salus, dans quietem omnibus et salutem. Principum potestates ad hoc prouidencia diuina in regni gubernacula sublimando [cons] ue[u]it, ut idem suorum fidelium seruicia oculo principalis benignitatis prospiciat et eisdem iuxta meritorum qualitatem dignis retribucionum muneribus et libertatum prerogatiuis ac graciosis fauoribus prosequantur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam thenore(!) presencium arum(!) serie uolumus peruenire, quod vniuersi ciues seu nobiles de Almus(!) fideles domini Karoli dei gracia [regis] Hungarie illustris, domini nostri naturalis et nostri, ad nostram personaliter accedentes presenciam a nobis diligenter ac precum cum instancia postularunt, ut eosdem pro vniuersis fidelitatibus et seruiciis ipsorum, que iidem pre[dicti|[2] domino regi et nobis impenderunt et exhibere in futurum student indefesse, eandem eisdem confere dignaremur libertatem, qua vniuersi ciues Spalatensens[es] aurea consistunt et perfruuntur libertate. Nos [igitur] iustis et dignis peticionibus predictorum ciuium seu nobilium aures nostre magnitudinis aduertentes, uidentes ipsorum preces fore condignas, eadem eosdem perfrui commisimus libertate, qua nobi[les ciues] seu tota conmunitas(l) Spalatensis per gloriosissimos Andream et alios reges clare et felicium recordacionum mediantibus ipsorum litteris priuilegialibus aurea bulla sigillatis sunt statuti et . . . [auctorit]ate presencium duximus roborandos et aurea libertate perfruendos. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *{Slijedi listina kralja Andrije od g. 1207.).* Vt igitur huius nostre donacionis et libertatis series predictis nobilibus seu ciuibus de Almus perpetua stabilitate inconcussa duret et perseueret, presentes eisdem concessimus litteras priuilegiales pendentes(l) nostri sigilli actentici (!) munimine roboratas. Datum iuxta fluuium Zolun, in festo natiuitatis virginis gloriose, anno domini M°CCC° vigesimo tercio.

[1] Početno sibvo ukrašeno.
[1] Da se dopuni cives nema u originalu mjesta.

Original u knjiznici narodnoga muzeja u Biidimpešti.
Na listini visi svilena vrvca crvene i zelene boje ; pečata više nema.
Listina je raskinuta bila na dvije pole; pak je sada priljepljena na jaki papir, za io se ne može zaledje pregledati.

115.

1323, 15. septembra. U Krku.

Odluka biskupa krčkoga Lampridij'a o testamentu Stasije.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem 1323, indiccione 6, die 15. mensis septembris. Cum quaestio foret ventilata inter fratrem Leonardum de Justinopoli guardianum loci fratrum Minorum de Vegla, et iudicem Jacobum, tanquam executorem et factorem dicti loci ex una parte agentes, et Franciscum de Gambalero ex altera difendentem, coram venerabili patre ac domino domino Lampridio dei gratia Veglensi episcopo de una vinea posita in Pornaybo prope gurgum Bunnae de Sabala et prope vineam Petri de Gavartino, quam vineam dimisit Stasia uxor Adami de Andreosso filiis(f) suis Mariae et Dobrae cum certo debito debenti loco fratrum Minorum Veglae dicto debito semper iret de haerede in haeredem continue faciendo tributum, ut patet testamento confecto manu magistri Jacobi de Ripatranconis notarii, quod sic incipit: In Christi nomine amen. Anno eiusdem 1305., indiccione 3., die 10. intrante mensis iannuarii et cetera, quae in eodem testamento ipsius Stasiae plenius continetur, quae ideo possessio vendita, seu donata fuit dicto Francisco absque aliqua exceptione debiti supradicti, ut patet in instrumento facto manu Domagnoli de Forolivio notarii a Joanne filio quondam Bonnitti de Chilessa, qui Joannes tunc temporis tenebatur facere dictum debitum. Qua p ropter

venerabilis pater dominus episcopus visa quaestione ac tenore testamenti ac debiti praedicti, diligenter et solemniter examinati ab ipso domino episcopo, tam inter se, quam cum discreto viro Francino Veglensi archidiacono, ac cum praesbytero Stephano de Vellico Veglensi pritnicerio, et aliis quam pluribus sapientibus viris tunc apud ipsum dominum episcopum astantibus, ipsa die partibus praesentibus ad hanc sententiam audiendam, dei nomine advocato, pro tribunali sedendo, dixit, deliberavit, definivit et sententiavit, quod usque ad octo dies dictus Joannes deberet facere venire dictam possessionem in pristinum statum, prout temporibus elapsis apud ipsum et alios haeredes permanebat, et si hoc non faceret, quod dictus vardianus(f) vel reliqui successores sui vel loci libere possit, absque aliqua poena, intrare in dictam possessionem et locare, prout melius ei vel aliis suis successoribus videbitur.

Lecta et pronuntiata fuit supradicta sententia per venerabilem dominum dominum Lampridium Veglensem episcopum in curia episcopatus sub sancta Stasia, praesentibus Blancolino filio et Martino filio quondam praesbyteri Stefani Decanato et aliis ad haec vocatis et rogatis testibus.

Ego Lampridius dei gratia episcopus Veglensis praedictis hiis omnibus interfui, eaque examinavi et manum misi.

Ego Nicolaus filius Suynimiri de Vegla imperiali auctoritate notarius, ac Veglensis canonicus hiis omnibus interfui, et rogatus scribere šcripsi.

(Signum not.)

Zbomik Bartoli str. $7/_2$. *koji se poziva na *il Catastico delle scritture antiche del convento al no. 20.*

116.

1323, 21. septembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje svoju povelju od g. 1319. 10. januara, kojom učini Ivana i Jurja sinove Ivačina plemičima.

Karulus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Coracie(l), Rame, Seruie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bolgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam inspecturis salutem in eo qui regibus dat salutem. Regalis sublimitatis elegancius

attollitur decor et ornatus, dum primordialis sue munificencie beneficia inconcusse stabilitatis et perpetue firmitatis suscpiunt fulcimenta. Eapropter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pei uenire, quod Iwan et Georgius filii Iwachini seruientes magnifici viri Johannis bani, dilecti et fidelis, ad nostre serenitatis accedentes jjresenciam exhibuerunt nobis quoddam priuilegium nostrum priori et antiquo sigillo nostro consignatum super exhempcione(l) de iobagionatu castri jjer nos ipsis facta graciose confectum et habitum, petens(f) diligenti cum m-stancia, vt ipsum priuilegium seu ipsam exhempcionem ratam, gratam et acceptam habere et ad maiorem ac firmiorem tutelam seu huiusmodi libertatis propensione (!) sigilli nostri noui et attentici(!) de benignitate regia dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est : *(Slijedi listina kralja Karla od 10. januara 1S19.J* Nos igitur, qui ex officio sumpti nostri regiminis vnius cuiusque merita pensare et pensata digne retribucionis premio confouere debemus, jjeticionibus predictorum Iwan et Georgii fidelium nostrorum iustis et condignis fauorabiliter inclinati, predictum priuilegium nostrum nobis reportatum, non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum ratificamus, acceptamus, aprobamus(i), et eosdem Iwan et Georgium ac ipsorum heredes, heredumque suorum successores in ipsa prerogatiua nobilitatis volentes conseruare ac perpetuo perseuerare, predictum priuilegium de verbo ad verbum presentibus insertum auctoritate presencium confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri noui et attentici(f) munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini M°CCC°XX° tercio, vndecimo idus[1] octobris, regni autem nostri anno similiter XX° tercio; venerabilibus in Christo patribus Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi archiepiscopis item Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Iuanka Varadiensi, Georgio Syrimiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Herrico Wezprimiensi, Chanadino Egriensi (!) et Andrea Transiluano episcopis, eccleslas dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philipo palatino, comite Zepesiensi et de Vyuar, Demetrio magistro thauarnicorum, comite Trinchiniensi et Bokoniensi(i)[2], magistro Lamperto iudice curie nostre comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyuoda Transiluano et comite de Zunk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Sproniensi et de Kamarun, Paulo bano de Macho, comite Syrimiensi et de Bodrog,

[1] Ima biti kalendas jer »undecimo idus« ne može postojati.
[2] Bachiensi.

Mikch magistro tauarnicorum domine regine consortis nostre karissime, comite de Sarus et de Zemlin, Desow comite curie eiusdem domine regine, Dyonisio magistro agazonum, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum et magistro Nicolao comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz poivrde kralja Ljudevita od 1. jula 1349. kako je ovti firepisao čažman. kaptol 4. januara 1351.

Original poslijednje isptave u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35.166. Stara signatura: -»Acta monasierii de Garig«, fasc. I. no. 29.

117.

1323, 28. septembra. U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim prodaje Pavao Simonov sinovima File svoj posjed Vojvodu kraj Vuke.

[N]os capitulum ecclesie Boznensis damus pro memoria, quod Paulus filius Symonis ab una parte, Paulus, Petrus et Nicolaus filii Phyle ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Paulus oraculo vive vocis spontaneaque voluntate coram nobis est confessus, quod duas possessiones suas Woyvoda vocatas, quarum quidem possessionum una existit circa aquam Wolko a parte meridionali, alia vero ex altera parte eiusdem aque versus septemtrionem ; Paulus predictus prehabitas suas possessiones cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis, videlicet terris arabilibus, fenetis et siluis ac cum transitorio aque predicte seu cum his omnibus, cum quibus possessio uti dinoscitur, Paulo, Petro et Nicolao predictis pro sexaginta marcis se vendidisse, per eos et eorum heredes heredumque suorum ac posterum successores iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, nulla persona contradicente. Ut igitur huius vendicionis et empcionis series rata, firma et inconcussa perseueret, litteras nostras concessimus sigilli nostri munimine consignatas. Datum quarta feria ante festum sancti Michaelis archangeli, anno domini millesimo CCC° vicesimo tercio.

Iz potvrdc kralja Karla Roberla od 29. februara 1324. koju za~ molise >Petrus et Nicolazis filii Philet. — Original ove potvrde u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2218. Stara signat. N. R. A. fasc. 1507. no. 9.

Nagv Cod. dipl. Andeg. II. 87.-88.

118.

1323, 2. oktobra. U Vratiškoviću.

Ban Nikola vraća Ivanu opatu Topličkom гmanjг Kralu, koje je kralj Bela poklonio ovomu samostanu, a poslije došlo u ludje ruke.

Nicolaus banus tocius Sclauonie dilectis sibi vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Equitas suadet et ueritas edocet, quod principes terrarum, qui dei reguntur nutu in celesti Jerusalem tunc potissimum collocantur, cum per eos temporalis ecclesie precioso Christi sanguine redempta in rebus transitoriis datur deuotis et dotatur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harura serie uolumus peruenire, quod honorabiles viri deoque amabiles frater Johannes abbas monasterii beate virginis de Toplica cum ceteris sociis et fratribus suis de ordine fratrum Cysterciensium simulcum litteris priuilegialibus[1] Bele quondam illustris regis Hungarie felicis et clare recordacionis, in facto collacionis possessionis Crala uocate ad nostram personaliter accedentes presenciam a nobis precum cum instancia postularunt, ut possessionem predictam Crala a multis temporibus alienatam ab eisdem, seu per manus potentes occupatam eisdem reddi et restitui facere dignaremur. Vnde cum nos nemini in suo iure deesse velimus, set pocius mediante iuris sentencia prolata vnicuique reddere quod est suum, uisis mstrumentis priuilegialibus predictis domini Bele regis et perlectis, in quibus predictam possessionem Cralam uocatam conperimus de iure et de facto monasterio beate virginis iure perpetuo collatam et concessam, sic et nunc aures nostre magnitudinis ipsorum peticionis(l) seu precibus aduertentes, considerantes et[2] cognoscentes preces seu peticiones ipsorum forc esse iustas, predictam possessionem Crala cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis suis vniuersis seu adherenciis ac cum omni plenitudine sui iuris sicut primitus et antea extitit possessa et conseruata ab antiquo per eosdem prout in predictis litteris priuilegialibus plenius continetur, ab omnibus detentorum manibus auferendo reddidimus et restituimus predicto monasterio ac domino abbati et fratribus vna cum eo deo famulantibus iure perpetuo pacifice et irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam. Vt igitur nostre restitucionis series robur optineat perpetue

' Od god. 1260. 26. februara
- Prekriženo, iza to^a: »conside«.

firmitatis, ne processu temporum ualeat retractari, presentes concessimus litteras priuilegiales pendentis nostri sigilli autentici munimine roboratas. Datum in Vratiskouych, die dominico post festum sancti Mychaelis archangeli, anno domini MCCC° vicesimo tercio.

Iz kodeksa: Privileg. monaster. B. V. Mariae dc Toptica. no. 22. Kodeks 11 ark. nadbisk. u Zagrebu I. R. XI. 15.

119.

1323, 22. oktobra. U Čazmi.

Kafitol čuzmanski firepisuje na molbu Marka sina Hegunova itd. lishnu kralja Bele od g. 1225., kojom on oslobadja Čakana itd. od fiodložničtva gradu Križevcu.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie comendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini millesitno trecentesimo vicesimo tertio, sabbato proximo post festum beati Luce ewangeliste, comes Mark filius Hegun et Andreas filius Georgii filii eiusdem Hegun, ac Georgius filius Georgii filii Jaxa de sancto Johanne proximum eorundem personaliter ad nostram accedentes presenciam, exhibuerunt nobis quoddam priuilegium domini Bele quondam serenessimi regis Hungarie felicis recordacionis non abrasum non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum, petentes a nobis cum instancia, vt dictum priuilegium de uerbo ad uerbum nostris litteris priuilegialibus inseri et transsumpmi dignaremur. Quorum peticionibus eo, quod iuste et condigne nobis fore uidebantur annuentes, dictum priuilegium de uerbo ad uerbum inseri fecimus et transscribi sigilloque nostro consignari. Cuius quidem tenor talis est: *(Slijedi listina od kralja Bele od g. 1:225.)*

Iz originalne fiotvrde kralja Karia od 19. juia 1324. Potvrda potonja u arkivu jugosiavenske akademije u Zagrebu. Diplomala a. 1225.

120.

1323, 23. oktobra. U Zadru.

Kurija zadarska firodaje na d'ražbi solane.

- Jn Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem miiiesimo trecentesimo vigesimo tercio, indicione septima, die vigesimo tercio mensis octobris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Hugolini(l) Justiniani egregii comitis. Testificor ego Lazarus Jadrensis curie preco, quod de mandato prefati domini comitis et iudicum suorum volencium exequi formam reformacionis maioris consilii capti die vltimo mensis decembris proxime preteriti, cuius tenor inferius est apositus super gabellis secundi anni soluendis et exigendis; incantaui per plateas Jadre per tres dies et vltra totam vnam presaliam salinarum, in qua sunt saline septem cum terra et muraliis Damiani Stani de Varicassis ciuis Jadre, positam in insula sancti Michaelis de Monte in valle sancte Heufemie; quibus de borea, trauersa et austro est mare et de borea possident heredes olim Desse Rubey; pro libris quinque et solidis duodecim denariorum paruorum et pena et expensis, quas dictus Damianus dare tenebatur Grisogono de Sloradis et eius sociis gabellatoribus dimidie gabelle pro gabellis duorum annorum. Quas salinas cum terra et muraliis in presentia Andree de Sloradis iudicis ad hoc deputati, vendidi et deliberaui Domaldo de Zadulinis ciui Jadre pro libris septuaginta denariorum paruorum; qui Domaldus soluit dictis gabellatoribus dictas libras quinque, soldos duodecim et penam et expensas, residuum autem dedit dicto Damiano. Quare plenam habeat potestatem dictus Domaldus per se suosque heredes et successores dictas salinas, terram et muralias cum omnibus suis pertinenciis, confinibus, atinenciis et iuribus tam subtus terram quam supra terram ad habendum, tenendum, gaudendum, donandum, vendendum et pro libitu alienandum nemine sibi perpetuo contradicente, licet solempnitates incantuum seruate non fuerint, cum forma reformacionis infrascripte seruari non debuerint. Tenor autem dicte reformacionis et consilii per omnia talis est: Die vltimo decembris. In generali consilio sono campane et precona uoce more solito conuocato; in quo tuerunt persone centum et quadraginta quatuor, posito partito cum pixis et balotis non sinceri fuerunt vndecim de non viginti octo. Captum fuit per centum et quinque, quod dimidia gabella imposita

secundum reformacionem maioris consilii capti die vigesimo secundo mensis februarii proxime preterito incantetur et vendatur plus danti, non obstante eo, quod in dicta reformacione continetur, quod ipsa dimidia gabella debeat recoligi pro comuni ita, quod gabellator debeat vti et exigere dictam dimidiam gabellam, secundum quod solutum fuit et solui debuit in primo anno pro gabella integra completa in kalendis marcii nuper proxime preteriti, videlicet pro rata secundum tenorem et pro modo reformacionis dicte gabelle et quaternorum dictorum gabeilatorum, ut in supradicta reformacione dimidie gabelle plenius continetur et exceptatis illis, que in dicta reformacione exceptata sunt. Et iudices maioris curie Jadre, qui pro tempore fuerint, teneantur uinculo iuramenti et sub pena librarum quingentarum pro quolibet ad omnem requisicionem gabellatoris dicte dimidie gabelle sumarie diffinire et cogere omnem personam et bona eius ad solucionem faciendam de gabella predicta causa de sorte, quam de pena si in eam inciderit vendendo bona sua infra terciam diem ad incantum, non obstante ad hec aliquo statuto uel reformacione loquente in contrarium, et fiet exinde emptori instrumentum forte de iure ualiturum; verumtamen, si dicta gabella vendi non poterit pro maiori vtilitate comunis, sit in arbitrio curie ipsam tenere pro comuni. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et -rogatis testibus, scilicet Nicolao de Sagarella et Nicolao filio Raue .Andree de Raua ciuibus Jadre et aliis.

^Drugi rukopisi).

Ego Vgolinus Justiniani comes Jadre manu mea scripsi.

t Ego Petrus de Matafaro iudex manum misi.

Ego Andreas de Sloradis iudex manum meam missi.

f Ego Cerne de Fafona(!) iudex manum misi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui Togatus, vt audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.j.

Original u arkivu grofova Begna 71 Posedarju: P. no. 40.

121.

1323, 30. oktobra. U Zadru.

Domimk sin Radoslavov daje opću punomoć Sljepanu naravnomu sinu Nikole de Stumulo.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indictione septima, die penultimo mensis

octobris, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis[1] de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Ugolini Justiniani egregii comitis. Fateor ego Dominicus filius condam Radoslaui, habitator Jadre, quomodo facio, ordino et constituo Stephanum filium naturalem Nicole de Stumulo, ciuem Jadre barberium, meum uerum et legitimum procuratorem, actorem defensorem et nuncium specialem ad omnes meas causas, lites et questiones, quas habeo uel habere intendo cum quocumque homine et persona, et ad petendum, exigendum et recipiendum omnia bona mea michi quoquo modo pertinentia et contingentia seu quocumque modo michi pertinent in ciuitate Jadre et eius districtu paterne et materne hereditatis, coram domino comite et eius curia et coram quibuscumque iudicibus ciuitatis prefate, dans et concedens dicto procuratori meo plenam uirtutem et liberam potestatem meo nomine placitandi, aduocandi, aduocatum accipiendi, litem contestandi, testes et instrumenta producendi et alterius partis uidendi et reprobandi, paciscendi, componendi, concordandi, agendi, defendendi, respondendi, iurandi de calumpnia et ueritate, dicendi in anima mea et cuiuslibet alterius generis, iuramentum prestandi et alia et singula faciendi, que merita causarum exigunt et requirunt, et que ego ipse facere et exercere possem, si personaliter placitis interessem, petendi, exigendi et recipiendi omne id et quicquid michi debetur a quocumque homine et persona. Item instrumenta contractus, finis, quietacionis et remissionis et pactum de ulterius non petendo faciendi, promittens firmum et ratum habere perpetuo et tenere quicquid per predictam meum procuratorem factum fuerit in premissis et quolibet premissorum sub obligacione omnium bonorum. meorum presentium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Gregorio filio naturalt condam Jacobi de Qadolinis, et Petro filio condam Johannis Guscige, Jadrensibus.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Bogdi de Lourechna examinator manuin misi.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui,, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.J

Original u gubernialtwm arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikoleno. 124.

[1] Dva puta pisano.

122.

1323, 31. oktobra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Frideriku knezu krckom svoju darovnicu Gacke, Otočca, Doljana, Lazničiča i Obriža učinjenu ocu njegovom Dujmu.

[Kjarolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus, ac Honoris et montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam inspecturis salutem |in omnium saluatore. Cum a nobis petitur quod] iustum et honestum est, decet maiestatem [regiam facilem] prebere consensum in hys presertim, que uidentur suorum subditorum comodis conuenire. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus uenire, [quod

'. o priori et antiquo sigillo

nostro ad reformacionem [status regni nostri] de prelatorum, baronum et procerum vniuersorum regni eiusdem consilio nouaque **bulla** nostra ex firmato eorundem pragmatice sanccionis statuto publicato

comitis Dwym

comitis de Modrus de Wynodol [et de Wegla], fidelis noster, ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium nostrum priori et antiquo sigillo nostro consignatum, confirmans aliud priuilegium p [super nova donatione] comitatus de Guechka et terre de Dolano, item [terre de Laznychich], castri de Othochachio ac terre Obriz uocate per nos datarum dicto comiti Dwym, confectum, petens a nobis humili precum instancia, ut idem priuilegium presentibus

nostram

ratam habere, nouique et autentici sigilli t . cione

•dignaremur. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Siij'edi isprava kralja Karla od g. 1322., koja sadržaje povelju istog kralja od 20. septembra 1316.)* Quia igitur regia nobilitas hoc sibi pro lege ponit, vt nisi in beneficiis largiendis continue increuerit, nichil se putet inpendisse, nos considerantes [fidelitates et seruiciorum] merita ipsius comitis Fredericii, que nobis exhibuit, ipsius priuilegii nostri comperta ueritate, ad iustam et legitimam eiusdem peticionem idem priuilegium nostrum non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte uiciarum, prout hic insertum est, q am donacionem

nostram de comitatu Gechke, terra Dolano, item de terra Laznychich,

castro Othochacio ac terra Obriz uocata factam predicto comiti Duym, ac comitatum, castrum et terras prenominatas cum suis omnibus utilitatibus, pertinenciis vniuersis, continuacione condigna eidem comiti Frederyco dummodo fidelitatem nobis obseruet, innouamus, approbamus, ratificamus [ex gratia nostra] et de prelatorum ac baronum nostrorum consilio et ronsensu auctoritate presencium et apposicione dupplicis noui et autenticati anno presenti sigilli nostri apposicione confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes con[cessimus] litteras predicti sigilli nostri dupplicis noui et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus -discreti viri magisiri Andree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC°XX° tercio, sccundo kalendas nouembris, regni autem nostri anno similiter vicesimo tercio; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, fratre Ladyzlao Colocensi, aule nostre cancellario. fratre Petro Spalatensi archyepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de sancto Ireneo, Ladyzlao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Bachiensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transiluano, Herrico Wesprimiensi, aule domine regine consortis nostre cancellario et Chanadino Agriensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite Scepusiensi et Wyuar ac iudice Cumanorum, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi, Lamperto iudice curie nostre, comite Nitriensi et Chanadiensi, Thoma woyuoda Transiluano, comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Suprunicnsi, Mykch magistro tauarnicorum domine regine consortis nostre predicte, comite de Sarus et de Zemlen, Paulo bano de Machou, comite Syrimiensi de Wolko et de Budrug, B[Iasio magistro agasonum] nostrorum comite Huntensi, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum castellano de Mychald, Nicolao comite Posoniensi et aliis quampluribus comitatus regni tenentibus et honores.

Original vrlo oštecen u kr. ugar. aržavnom arkivu u Budtmpesti: M. O. D. L. no. 33.315. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 483. no. 28. Na listini visi o crvenoj i modroj svilenoj vrvci satrti pečat.

ThalUczy-Barabas Cod. dipl. eom. de Frangepanibus. I. 50. — 52,

123.

1323, 1. novembra. U Kotoru.

Trifun Bnća punomoćnik kralja srpskoga prima dubrovaiki dohodak.

Die VIII. decembris. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti, quod dominus comes cum suo minori consilio ad futuram rei memoriam et cautelam fecit registrari, cuius instrumenti tenor talis est: Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tercio, mensis novembris die primo eiusdem. Nobilis et sapiens vir dominus Tripho de Bucha ciuis et mercator Catari, nunctius et ambaxator serenissimi regis Vrossii ad infrascripta et alia specialiter constitutus, ut in litteris ipsius domini regis plenius continetur, contentus et confessus fuit, ut nunctius dicti domini regis, se habuisse et recepisse ac sibi datos numeratos esse a de Martulo de Teruisio cive et mercatore Raugii dante et soluente nomine comunis Raugii yperperos duo millia venetorum grossorum, que dictus Marchus nomine dicti Triphonis nunctii et ambaxatoris dicti domini regis recepit et habuit a comuni Raugii in festo sancti Dimitrii proxime preteriti pro anno presenti proxime preterito, et que dictus Tripho suis licteris(l) scripsit comuni Raugii eidem Marculo(!) dari debere suo nomine, renuntians exceptioni non habitorum, non receptorum, non numeratorum et non sibi solutorum dictorum duo millia yperperorum et omnibus aliis legibus, statutis et consuetudinibus et induciis cuiuslibet ciuitatis et loci. Actum in ciuitate Catari. Et ego Petrus Viti comunis Catari iuratus notarius rogatus scripsi et signo meo solito roboraui, quod presbyter Abaninus cancellarius eiusdem comunis abreuiauit.

Diversa cancellariae г<, dubrovačkom arkivu a. 1323. Nalazi se u knjizi prije 31. oktobra iste godine.

124.

1323, 7. novembra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrnatski potvrdjuje knezovima krikim povelje svojih pretšasnika.

[KJarolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam

presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magnificus vir Fridericus filius condam comitis Dwym fidelis noster ad nostre serenitatis accedens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium nostrum priori et antiquo sigillo nostro consignatum tenoris infrascripti, petens a nobis humili precum instancia, ut idem priuilegium ratum habere et ad vberiorem cautelam et conseruacionem sui iuris apposicione noui et autentici sigilli nostri dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii nostri tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od g. 1322.)* Nos igitur iustis et legitimis peticionibus eiusdem Friderici filii Duymi fauorabiliter inclinati, dictum priuilegium nostrum nobis repportatum(!) in nulla sui parte viciatum, dum tamen in fidelitate nobis debita perstiterit, ratificamus[1], acceptamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus [2] litteras duplicis noui et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno [1] domini MCCCXX° tercio. septimo idus nouembris; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis; Jhoane (!) Nytriensi, Benedicto Chanadiensi, Georgio Scirimiensi(!), Nicolao Gawriensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transiluano, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi ecclesiarum episcopis, ecdesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite de Scepus et Wywar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woywada(J) Transiluano et comite de Zownuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Suproniensi et de Kamaron, Paulo bano de Machow, comite Scirmiensi de Wolkow et de Budrug, Mykch magistro tawarnicorum domine regine consortis nostre karissime, magistro Dezew iudice curie eiusdem domine regine, Dyonisyo magistro dapiferorum nostrorum, Blasyo magistro agasonum nostrorum, magistro Nicolao comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.509. Stara signatura: N. R. A. fasc. 370. no. 34.

Na listini visi o crvenoj i modroj svilenoj vrvci dvostruki kraljevski pečat vrlo satrt.

[1] Ovdje kod ove riječi bila rupa, kojoj je pisar izmaknuo.
[2] Isprijed »litteras« nalazi se prekriženi: »d«.

Listina je na vise mjesta vlagom oštećena te nečitljiva. Dopunjena Je iz poznijik prijepisa.

Na hrptu listine nalazi se slijedeća glagolska bilješka: ОПЗ ПЈЗ đfigfiira фвлиттржра« «8ffl 8тгћша(!) љлнЛЈа smrađusaus.

Feje'r Cod. dipl. Hune;. УЛ/. 9. 402.—403. i 414.—416. - Kukuljević Borba ffrvata s Mongoli i Tatari 69.— 71.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Frangepanibtis. I. 54.—56.

125.

1323, 25. novembra. U Dubrovniku.

Vladislav srpski kralfević svjedoSi Khmi Držiću, da ga je posvetna namirio.

Die XXV. novembris MCCCXXIIL, indictione sexta. Laurencius de Bubagna advocatus Clime et fratrum suorum filiorum quondam Junii de Dersa de Raugio presentavit nobili et potenti viro domino Lodoyico(!) Mauroceno honorabili comiti Raugii et suo minori consilio in cancellariam comunis more sollito congregato infrascriptas litteras seu priuilcgium vel povelliam domini regis Vladislavi sigillatas sigillo cere albe in quo sigillo erat ymago(!) unius teste cum capello super capud, in quo erant scolpite in lingua sclavonesca infrascripte lictere, videlicet: Stephanus a dio fidele e servo, quas quidem licteras, privilegium seu apoveliam(!) idem dominus comes cum dicto suo minori consilio ad futuram rei memoriam et cautelam dicti Clime et fratrum fecerunt registrari per me Pene(?) iuratum cancellarium comunis. Cuius littere, privilegii seu povelie tenor talis est: Ex m a r g i n e: que lictera fuit restituta eidem Clime. Lo reame al parente de reame conte de Raugio Lodoyco Mauroceno et iudici et consilierfi] ed a tutto lo comune de Raugio. La mia scriptura dio dia a vuy trovar sani e lo reame per la gracia de dio sano e, doveri a saver a vuy cari mei amici, siccome io vave scripto, chome debia mandar Clime de Dersa ad cio, che mi si debia diricar, unde io sicome filio del mio padre de reame lo sancto quondam re Stepano, vedendo la sua sancta vita e la sua ragione, pensai ad cio, che non possa aver pecato l'anima de reame, e trovai per]e scripture a per le ragioni de reame, sicome Clime tuto cridigato e suoi fratelli a reame, e per lo medesimo non e debitor de nesuno debito, di que potesse o potessero pensar nesuno homo di carne, unde dal die dancuoi in fine ala mia vita e in fine ala vita de miei filioli o

vole mei parenti, che non abian che fare de nesuna cosa e di nesuno debito, ne per lo dicto Clime ne per li sui fratelli, et elli mi sono dricti et neiente debitori, anzi da lo reame Г anima e la fede de reame, che debiano venire Clime e li suoi fratelli per la tera e per li mercati de reame senza alcuno inpacio, e che a lor non sia data alcuna cagione. E se domanda Clime a vuol e li suoi fratelli, che questa lectera si debia registrar in cancelaria de Raugia e vuy la registrate, a se vuole ancora Clime e li suoi fratelli magiormento fermezza e vuy lo dite al nostro notaro della citade, che li debia scriuere e formar, sicome vuy save, cher per me e perpetualmentre non li sia facto alcuna question del tempo passato. In fine ancuoi et questa scriptura si fe lo reame nella carnacione de Jesu Christo nostro signor, millesimo trecentesimo vigesimo tercio, de mense octubro XXV. die, sexta indictione. E questa scriptura scripse lo diacono Perchel e de co son garanti lo iupan Radosclauo, lo iupan Voichna e lo protobistial Jurech, seuast Junac de Manolo, conte Menge et Marino de Profdanello] e Sime de Marius e Nichola de Nangue. E questa scriptura fermai in cera nella corte de reame i seruo de Christo signo Vladisclauo.

Diversa cancellariae, knjiga g. 1323. u dubrovačkom arkivu.
Pucic' Spom. srp. II br. 5, 3.—4.

126.

1323, 27. novembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje svoju listinu od I. novembra 1313., kojom se prodaje crkvi zagrebačkoj imanje Trnava.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuerso,-rum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie declaramus, quod accedens ad nostre serenitatis presenciam honorabilis uir dominus Jacobus prepositus ecclesie Zagrabiensis dilectus nobis et fidelis, exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes sigillo nostro ueteri consignatas super empcione cuiusdam terre Thornawa uocate capituli eiusdem ecclesie Zagrabiensis empticie de consensu et beneplacito nostro empte tenoris infrascripti, petens a nobis hurnili precum cum instancia, ut tenorem earundem litterarum nostrarum ratum habere et eandem

terram dicti capituli empticiam eidem capitulo' Zagrabiensi de solite- regie benignitatis gracia dignaremur perpetuo confirmare. Quarum quidem litterarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od 31. okiobra J313.J* Nos itaque iustis et legittimis atque deuotis peticionibus eiusdem domini Jacobi prepositi fauorabiliter inciinati, tenorem earundem iitterarum patencium nostrarum non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte uiciatum de uerbo ad uerbum presentibus insertum ratificamus, acceptamus et approbamus, ipsamque terram Thornawa. uocatam cum suis utilitatibus omnibus et pertineuciis vniuersis sub ueris et antiquis metis suis eidem preposito et capitulo Zagrabiensi cum iuribus et libertatibus, quibus[1,2] venditores et predecessores suos habita. extitit et possessa, sub appensione sigilli nostri noui et autentici presentis scripti patrocinio ex certa nostra sciencia de consensu prelatorum et baronum regni nostri perpetuo et irreuocabiliter confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC°XXIII°, quinto kalendas decembris, regni autem nostri XXIII°;. venerabilibus patribus dominis Bolezlao Strigoniensi locique eiusdem. comite perpetuo, fiatre Ladizlao Colocense et fratre Petro Spalatensr archiepiscopis, Johanne Nitriensi Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi,. Georgio de sancto Irineo, Ladizlao Qjinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transiluano et Herrico Wesprimiensi,. aule domine regine consortis nostre karissime cancellario, ac Chanadino-Agriensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite Scepesiensi et de Vywaar, Dametrio magistro tauarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi,. magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyuada(!) Transiluano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Supruniensi, Mikch magistro tauarnicorum predicte domine regine, Blasio magistro agasonum nostrorum, Dyonisio magistro-dapiferorum nostrorum, Nicolao comite Posoniensi et aliis quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Iz kodeksa: Liber privilegiorum eppatus Zagr. list. 55. Koaeks u: arkivu nadbiskupije zagrebačke I. B. IX. 167.

[1] Dva puta pisano.
[2] Očevidno ispušteno: »per«.

127.

1323, 29. novembra.

JKarlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje sud bana Ivana o dosudjenim novim porezima kaptolu zagrebackomu.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus' omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod accedens ad nostre serenitatis presenciam honorabilis vir dominus Jacobus prepositus ecclesie Zagrabiensis dilectus et fidelis noster, exhibuit nobis quasdam litteras cum sigillo pendenti Johannis •quondam bani tocius Sclauonie, fidelis nostri, super iuribus et libertatibus capituli Zagrabiensis, iuris ordine emanatas, tenoris infrascripti, petens, ut tenorem eafumdem ratum habere et nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum tenor talis est: *(Siijedi lislina od 31. augusta 1321.)* Nos itaque iustis et legitimis eiusdem domini prepositi peticionibus favorabiliter inclinati, tenorem earumdem litterarum de verbo ad verbum presentibus insertum, ratum habentes et acceptum, presentis scripti patrocinio eidem Zagrabiensi ecclesie perpetuo confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri novi et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno -domini MCCCXX tercio, tercio kalendas decembris; venerabilibus in Christo patribus, dominis Bolezlao Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, fratre Ladislao Colochensi et fratre Petro Spalatensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de sancto Ireneo, Ladislao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transilvano, Herrico Wesprimiensi, aule domine regine consortis nostre karissime cancellario, ac Chanadino Agriensi, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite Scepusiensi et de Wyuar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyvoda Transsilvano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Supruniensi, Mykch magistro tavarnico-

rum predicte domine regine, Blasio magistro agasonum nostrorum, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum, Nicolao comite Posoniensi et aliis quam pluribus comitatus regni tenentibus et honores.

Iz prijepisa kaptola ostrogonskosra od °. 134-6: Original toga prijepisa u arkivu kaptola zagrebačkog fasc. 10. no. 47.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 107.—108.

128.

1323, 3. decembra. U Zadru.

Mira, Nikola i Nikuloia, baSiinici Grisogona, de Speia, di/ele izmedju sebe baStinu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indictione septima, die tercio mensis decembris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac doniini Vgolini Justiniani egregii comitis. Fatemur per hoc presens instrumentum nos Mira, Nicolaus et Niculotta, frater et sorores, heredes olim Grisogoni de Speia, ciues Jadre, quomodo sponte et uoluntarie cum uoluntate et assensu Grisogoui olim Desse Michaelis mariti dicte Niculotte presentis, diuisionem de bonis paternis et materriis [ri]obis pertinentibus iure hereditario inter nos facimus et firrnamus in hunc modum, vi[delicet]: Inprimis mihi dicte Mire aCcidit in par[tem m]eam quatuor sortes terre cum earum iuribus, attinentiis habenciis et pertinenttis uel que eis pertinere potest et debet aliqualiter tam subtus terram qudfn supra terram, que terra posita est ad Jesergicam. Item mihi dicto Nicolao aćcidit in partem meam due relique sorfes dicte terre pro indiuiso cum earum iuribus, attinenciis, habenciis et pertirienclis uel que eis pertinere potest et debet aliqualiter tam subtus terram quam supra terram Quibus omnibus sortis(!) terre predicte de austro est terra Cerni de Cande, de trauersa est terra monasterii sancti Nicolay monialium ordinis sancte Clare, de borea est terra Cosse de Prodde, et de quirina est pasculum dicti Cosse. Iterir mihi dicto Nicolao accidit in partem tota viriea posita in insula sancti Michaelis de Monte', cui de austro est partim vinea Andree de Soppe et partim est vinea Michouilli gerieris Bilice, de trauersa est mare, de borea est viriea Thorilafti Blarichulinig, et de quirina est via publica. Iterfi rriihi dićto Nicolao acčidit in pairtem meam tercia pars tocius masari^ie et superlectilie domus, ac vasellaminis et omnia arma. [Item] mihi dicte Mire accidit in partem alia tercia pars dicte masaricie, superlectilie domus et vasellaminis. Item mihi dicte Niculotte accidit in partem meam totam(!) domus seu hospicium cum suis iuribus, attinenciis et pertinenciis, posita Jadre in confinio monasterii sancti Grisogoni. Cui de austro est domus Luline presbiteris ecclesie sancte Anastasie de Jadra, de trauersa est via publica, de borea est domus heredum olim Gardanelli, et de quirina est partim domus Stephani de Tampagna et partim est domus Coilli de Speia. Item mihi dicte Niculotte accidit in partem reliqua tercia pars tocius masaricie et superlectilie domus atque vasellaminis; et quia pars dicte Niculotte iuit extimata (!) plus valere quam pars dicti Nicolay eius fratris, Grisogonus predictus condam Desse Michaelis, maritus dicte Niculotte obligauit se et debet dare atque refundere de sua propria pecunia predicto Nicolao suo cognato libras centum denariorum venetorum paruorum hinc ad unum annum conplete proxime uenturum sub pena quarti et omnium expensarum super se et bonis suis, que libre centum debent esse semper salue dicto Grisogono et restitute de bonis seu parte dicte Niculotte eius vxoris tempore debito et condigno, ita tamen, quod quilibet nostrum de parte sua, sicut superius est expressum, possit facere et dicere cum heredibus et successoribus suis suam omnimodam pro anima et corpore uoluntatem, utilitatem, comodum et profectum sicut de re sua propria absque contradictione alicuius persone de mundo. Quam diuissionem (!) nos predicti Mira, Nicolaus et Niculotta cum heredibus et successoribus nostris nos obligamus et promittimus firmam et ratam habere perpetuo et tenere, et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto sub pena librarum quingentarum denariorum venetorum paruorum, quam penam soluat pars non obseruans parti obseruanti, super se et omnibus bonis suis habitis et habendis, et pena soluta uel non, hoc presens instrumentum diuissionis nichilominus in sua semper firmitate permaneat et existat. Promittimus insuper nos dicti Mira, Nicolaus et Niculotta et nos obligamus cum heredibus et successoribus nostris urius alteri nostrum partes suprascriptas excalumpniare et defensare ab omrti homine et persona in racione super nos et omnia bona nostra presencia et futura. Et sic super ac(l) diuissione sunt acta tria publica iristrufhenta, cuilibet parti unum. Actum est hoc et firmatiim čoram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Cancio olim Johannis Qancii de Petrigo, et Paulo olim Viti de Slorado, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Grisogonus Viti Jacobi Cadulini examinator manum misi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Orig-nal u gubem. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole H0. 125.

129.

1323, 10. decembra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje sv'oj'u listinu od 24. juna 1319. danu Petru i Nikoli sinovima File.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie(l), Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, noticiam presencium habituris, salutem in omnium saluatore. Prouida regum discrecio non solum quod extitit debet instituere, sed et legaliter instuta (!) statu debito conseruare. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magistri Petrus et Nicolaus filii Phyle fideles nostri ad nostram accedens(f)[1] exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras patentes, priori et antiquo sigillo nostro consignatas, tenorem huiusmodi continentes: *(Slijedi listina kralja Karla od 24. juna 1319.)* Pecieruntque a nobis iidem filii Phile cum instancia, quod, quia ipso dicto Egidio, qui iam diem extremum clausisset sue vite, donec vixisset tam per modum prescripte condycionis(f) et pactacionis, quam eciam eadem condicione per ipsum Egidium neglecta, certas soluciones petenti ibi dary(!), videlicet singulis annis tres marcas denariorum, singulas sex lardos, tres tunellas vini, item centum et quinquaginta cubulos tryticy(F) et totidem cubulos auene, item vesturam de bono panno et dimidietatem omnium munerum in tribus festiuitatibus per anni curriculum ex parte populorum dicte possessionis consuetorum, que quidem certe quantitatis soluciones et pacciones in litteris capituli ecclesie Bachyensis per ipsos filios Phile eidem Egidio facere assumpte expresse premisso modo continebantur in huiusmodi solucionibus et certis paccionibus per ipsum Egidium sibi dari postulatis satisfecisset, et super assupta (!) paccione plenaria satisfaccione respondissent, ac eciam, ne ydem(f) Egidius eis in alyquo (!) in

[1] Nema »presenciam«.

properare valuisset, insuper sibi viginti et quinque marcas denariorum persoluissent, quas omnes satisfacciones et soluciones nobis iidem filii Phile in litteris predicti capituli Bachyensis declarabant, et quia eciam domine Anne filie comitis Chama, consorti ipsius Egidii pro quadam terra de terra Dumbouu (!) vocata excepta, et ipsi domine pro sua dote et rebus parafernalibus per eundem Egidium maritum suum adhuc viuentem data et assignata, quinquaginta marcas persoluissent, sicque predictam terram redemissent ab adem(i)[1], quam redempcionem et solucionem quinquaginta marcarum in litteris patentibus capituli Boznensis fuisse factam expresse vidimus contineri. Item, quia domine Ilanch vocate, relicte condam Andurka fratris ipsius Egidii de eadem Dumbouu, que ab ipso Egidio et super dicta possessione dotem suam ct res parafernales aquisiuisset, ipsi scilicet filii Phile pro ipso Egidio seu dicta possessione super ipsis dote et rebus parafernalibus plenariam satisfaccionem inpendissent, que satisfaccio in litteris dicti capituli Boznensis patenter confectis lucidius apparebat; item, quia Ladislao filio Laurencii et Stephano filio Petri quasdam terras Haranfolua vocatas, et particulam terre a parte Rachafolua in predicta possessione Dumbow, ac sex fundos curiales in eadem villa Dumbow pro quarta puellari domine Isalch matris ipsorum eis prouenientes cum omnibus vtilitatibus earundem pro viginti marcis plene persolutis redemisse et obtinuisse, in priuilegio capituli ecclesie de Kw declararunt, eys(!) ex regia benignitate predictas litteras nostras patentes super prescripta nostra gracia ipsi Egidio super eo data, vt porcionem suam dictam possessionem Dumbow ipsis filiis Phile dandi, tradendi et legandi liberam haberet facultatem confectas, nouo sigillo nostro approbare, predictasque soluciones, expediciones et empciones pro ipsa possessione Dombou (!) tam dicto Egidio quam dominabus memoratis, item Ladislao et Stephano prescripto ordine factas, omnino ratas habere, et predictam possessionem Dumbow vocatam prout per ipsum Egidium dicto Nicolao filio Phile fuerat collata, ex nostra licencia et legata vtpote prescribitur sibi, et quia omnes soluctones et expediciones premissas simul cum magistro Petro fratre suo et de communi pecunia fecissent eidem Petro similiter sicut sibi et eorum heredibus priuilegii nostri patrocinio confirmare, nostreque donacionis titulo insuper eisdem dare et conferre eandem ad conseruacionem ipsorum iuris maiorem et euidenciam dignaremur. Nos itaque, qui ex officio nobis incumbenti iustis peticionum desideriis aures benignas debemus inclinare, consideratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis eorundem filiorum Phile, quibus nostre maiestaty(!) in cunctis

[1] Eadem.

nostris et regni nostri negociis et expedicionibus iidem pro nostri honoris incremento meruerunt conplacere et se reddere gracidsos, in litterisque capituli Bachyensis predicti, iuxta continenciam litterarum magistri Lamperti iudicys(!) curie nostre statucionalium predicte possessionis nobis rescriptis, intuentes, quod dum eadem possessio ipsis filiis Phile statuebatur iuxta regni nostri consuetudinem, nullus de suis vicinis personaliter in reambulacione ipsius possessionis et statucione existentibus. videlicet nec Georgius filius Zochud, nec alter aliquis contradictor apparuisset, certificatique de prescriptis solucionibus et expedicionibus de dote et rebus parafernalibus pro ipsa possessione debitis, supradictam eciam licenciam nostram ipsi Egidio datam ratam habentes, eandem possessionem Dumbow eo modo, quo per ipsum Egidium dictis filiis Phile ex nostra licencia erat tradita et legata simul cum terris, persolucioncs memoratas tam a dominabus predictis quam a Ladislao et Stephano ad eandem redemptis et aliis eiusdem vtilitatibus et pertinenciis vniuersis et ipsius Egidii tradicionis et nostre donacionis titulo eisdem Petro et Nicolao filiis Piiilee (!) et eorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam et habendam patrocinio presentis priuilegii nostri per metas infrascriptas confirmamus. Mete autem ipsius possessionis Dumbouu sicut in litteris capituli Bachyensis predicti statucionalibus videbatur, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a possessione eorundem filiorum Philee a villa Paulfalua vocata, vbi est arbor ilicys circa viam pro meta et per eandem viam tendit ad partem orientalem et ibi est secunda arbor ilicys similiter pro meta, et deinde per eundem(!) viam eundo ad iactum vnius sagitte sunt due mete terree, quarum vna est Egidii de Dumbow, et alia eorundem filiorum Phile. Iterum circa eandem viam sunt tres mete angulares, quarum vna est Egidii, alya(!) filiorum Phile et tercia possessionis Wolkouar; post hec uadit ad meridiem et ibi sunt tres mete, quarum vna pertinet ad Egidium, alya ad terram Wolkouuar (!), tercia vero ad Gregorium filium Zochud et Martynum fratrem eius, filium scilicet Petri, et ab hinc inter possessionem Egidii et Gregorii ac Martiny eundo peruenitur ac(!) duas .metas terreas, quarum vna est Egidi (!) et alia Gregorii et Martini predictorum, et inde tendit ad quandam arborem zil, sub qua sunt due mete terree, quarum vna pertinet ad Egidium de Dumbouu, et alia ad Gregorium et Martinum memoratos, et inde venit ad quendam fluuium et per eundem fluuium eundo peruenit ad villam Ighazas Dumbou et ibi predictus fiuuius dupplicatur, in quorum vno parum contra cursiim aque eundo exit et uenit ad quandam viilam que vocatur Halaphfolua, et in fine illius ville circa aquam sub arbore nucys(!) sunt due mete terree, quarum vna pertinet ad Egidium et alia ad Gregorium et Martinum

prenotatos, et inde tendit ad meridiem et vadit inter predictam villam et siluam, que dicitur Dumbou, vbi ad iactum vnius sagitte est quedam via que declinat ad orientem et intrat siluam et ibi sunt due mete terre, quarum vna est Egidii, et lya[1] Gregorii et Martini, et circa eandem viam in medio silue est arbor cher, sub qua sunt due mete terree, quarum vna est Egidi(!) et alia Gregorii et Martini, per eandem viam exeundo de silua venitur ad vnam vallem, circa quam sunt due mete, quarum vna est Egidii, et alia Gregorii et Martini, inde tendit ad meridiem peruenit ad quandam magnam viam, circa quam sunt due mete terre, quarum vna est Egidii, et alya Gregorii et Martiny, inde vadit ad orientem per eandem viam vsque ad possessionem filiorum Ghyurk, Ibraan vocatam, et ibi circa eandem viam sunt tres methe (!) angulares, quarum vna est Egidi, alya Gregorii tercia filiorum Gyurk et hic separatur possessio Dumbow a possessione Gregorii et Martini predictotum, ab hinc vadit circa possessionem filiorum Gyvrk ad orientem et peruenit ad angulum silue Dumbow vbi sunt due mete, quarum vna est Egidii et alya filiorum Gyurk et inde currit per fata ad iactum vnius sagitte et ibi sunt due mete, quarum vna est Egidi, et alia filiorum Gyurk, et inde vadit ad vnum dumum et ibi sunt due mete, quarum vna est Egidi et alia filiorum Gyurk, et postea vadit ad vnam vallem circa quam sunt due mete, quarum vna Egidi et alia filiorum Gyurk ab hinc per eandem vallem eundo ad iactum vnius sagitte venit ad villam que vocatur Weughfolu, et circa eandem villam sunt due mete, quarum vna Egidi. alya filiorum Gyurk, et posthec in fine illius ville circa unam viam sunt due mete, quarum vna Egidi, alia filiorum Gyurk, ab hinc procedit per viam eandem ad occidentem et peruenit ad vnam vallem, in qua in sinistra parte sunt tres mete angulares, quarum vna Egidi alya filiorum Gyurk, tercia Andree filii Petri, et ibi separatur terra Egidi a terra filiorum Gurk(f), et inde per eandem vallem tendit ad septemtrionem, in cuius vallis medio sunt due mete, quarum vna pertinet ad Egidium, secunda ad Andream supradictum, et ibi prope cadit ad vallem vbi est piscina, que pertinet ad Egidium et circa illam piscinam sunt due mete, quarum vna pertinet ad Egidium, et alia ad Andream, et post hec tendit circa eandem vallem ad occidentem ad iactum' vnius sagitte, et sunt due mete, quarum vna pertinet ad Egidium, et alya ad Andream, item circa eandem vallem ad .iactum vnius sagitte est vna via, que vocatur Noghwt, circa quam sunt due mete, quarum vna Egidi, et alya Andree, et hic separatur possessio Dumbou a possessione Andree memorati ; ab hinc tendit circa eandem vallem et peruenit ad duas metas, quarum vna

[1] Alia.

est Egidi et alya filiorum Gyurk predictorum, deinde cadit ad vnam viam et vadit circa vallem et peruenit ad quandam villam, que vocatur Rachafolua, in fine cuius ville est arbor nucys, circa quam sunt due mete, quarum vna est Egidi alia filiorum Philee, et sic mete seu signa ipsius terre Dumbou possessioni filiornm Philee adiungendo terminantur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilly(!) nostri noui et autenticy(!) munimine roboratas. Datum^iex manus discreti viry(!) magistri Andree lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M. CCC°XX° tercio, IIII. ydus decembris, regni autem nostri anno similiter XX° tercio; venerabilibus in Christo patribus et dominis Bolezlao Strigonyensi et fratre Ladislao Colocensi archyepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Syrmiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Iwanka Varadiensi, fratre Petro Boznensi. Andrea Transsiluano, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi, dominis episcopis, ecclesias dei filiciter gubernantibus; item magnificys (!) viris Phillippo palatino, comite de Scyps et de Wywar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, comite Bachyensi et Trinchyensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyvada(!) Transsiluano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Supprunensi et de Kamarun, Paulo bano de Machow comite Syrmiensi de Wolkou et de Budrugh, Dynisio (!) magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agasonum nostrorum, Nicolao comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz originalnog prijepisa bačkog kaptola od 13. oktobra 1332. na pergameni u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33,572. — Stara signahira N. R. A. fasc. 646. no. 25.

130.

1323, 11. decembra. U Cykadoru.

Ladislav hiskup pečujski zapovijeda zagrehačkim Dominikancima i Cistercitima, da se pokore papi Lvanu XXLL.

Ladizlaus miseracione diuina episcopus Quinqueecclesiensis discretis honestis viris dominis Johanni cantori Zagrabiensi, Nicolao cantori Chasmensi ac religiosis.et deo deuotis viris fratribus Johanni[1] abbati sancte

[1] Poslije brisano.

Marie Cysterciensis priori Predicatorum, et gardiano Minorum ordinum de Zagrabia salutem et graciam Jesu Christi. Noueritis nos coram presencia honorabilium virorum capituli nostri Quinqueecclesiensis cum summa reuerencia mandatum domini Johannis diuina prouidencia pape XXII., tercia dominica aduentus domini, anno eiusdem M°. CCC° XXIII recepisse in hec verba: *(Slijedi listina pape Ivana XXII.)* Nos vero cum filiali obediencia mandatis ipsius domini summi pontificis satisfacere facere(!) cupientes, ut tenemur, auctoritate nobis commissa vobis firmiter imponimus per presentes, quatenus quocienscunque et quandocunque per episcopum, capitulum uel a procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti, vos vel duo aut vnus vester per nos vel per alium seu alios studeatis mandatum prius expressum fideliter, sicut de vestra legalitate confidimus, fine debito terminare, fines tamen mandati sicut superius plenius est expressum dilligenter obseruando. Datum in monasterio beate virginis in Cykador, die et anno prenotatis.

Original u arkivu zagrebačkoga kaptola : Acta capit. antiqua, fasc. I. no. 43. Pečat i vrvca otpala.

131.

1323, 12. decembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatsKi potvrdjuje svoju povelju od 23. septembra 1322., kojom oslobadja posjede Pavla i Nikole sinova File^ Orahovicu i Dubovac od plaćanja kunovine.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie. Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitatis (!) et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habiturys(!) salutem in salutis largitore. Etsi ad partem pertinet regie maiestatis suorum predecessorum priuilegia renouare, pocius per se ipsum rite prestita et donata debet confirmare, vt eadem inconcussa psrmaneant, que suis temporibus idem ordinauit. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magistri Petrus et Nicolaus filii Phile fideles nostri ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium nostrum sub priori et antiquo sigillo nostro super exempcione seu prerogatiua libertatis inferius suo modo expressa, per «os eis concessa confectum, petentes nos, ut ipsum priuilegium super huiusmodi gracia ratum habere et nostro dignaremur sigillo nouo et autentico

confirmare. Cuius priuilegii tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Karla od 23. sepiembra 1332.)* Nos itaque ad iustam et legittimam peticionem predictorum magistrorum Petri et Nicolai fidelium nostrorum, prescriptum priuilegium nobis reportatum in nulla sui parte viciatum, prout hic est insertum approbamus, ratificamus et superius expressam exempcionis et libertatis prerogatiuam et graciam, quia idem Paulus vocante deo celi extremum diem clausit sue vite, nunc eisdem Petro et Nicolao ac eorum heredibus perpettm tenere valere et habere presencium patrocinio confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dicti duplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Ouinqueecclesiensis, aule nostre vicecanceilarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°. CCC°. XX°. tercio, secundo ydus decembris, regni autem nostri anno similiter XX° tercio; venerabilibus in Christo patribus et dominis Bogezlao(!) Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi, aule nostre cancellario, archyepiscopis, Johanne iSTitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Synniensi, Ladizlao Quinque-ecciesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi, dominis episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Phylippo palatino, comite Scepesiensi et de Wywar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, comite Bachyensi et Trinchiniensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woywoda Transilwano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Suproniensi et de Kamarun, Paulo bano de Machow, comite Syrmiensi de Wolkow et de Budrug, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agasonum nostrorum, Nicolao comite Posonierisi et aliis quam pluribus regni nostri comitatibus tenentibus et habentibus[1].

Iz originalnog prijepisa kaplola Aosanskog od 10. januara 1321. u kr. ugar. drlavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.571 — Stara sign. N. R. A. fasc. 1506. no. 23.

[1] Mjesto »honores« prepisač je zlo čitao i prepisao.

132.

1323, 19. deeembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje Mikoli i Petru sinovima File posjede u vukovskoj i požežkoj županiji.

[K]arolus dei gracia Hungarie; Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus quam futuris noticiam presencium habituris salutem in omnium saluatore. Cum virtus premio et fidelitas remuneracionis beneficio nullatenus carere debeat, nichilominus malefactorum insoleneia per condignam regalis sentencie vindictam debet edomari, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod quia Johannes rufus et Mychael filii Dominici quondam palatini a via fidelitatis nobis et sacre corone regie debite diuertendo, aduersos processus contra nostram maiestatem non attendentes, quod qui naturali domino resistere moliuntur, diuinis disposicionibus manifeste videntur obuiare, pluribus vicibus committere non formidarunt, specialiter in eo, quod nouissime istis temporibus iidem filii Dominici possessionem Pauli filii Emerici Irygh vocatam, et possessiones Pauli et Nicolai filiorum magistri Phyle Scentmartun vocatam, fidelium nostrorum, et alias villas ad eandem pertinentes, nitentes animo contumaci nostre maiestati iniuriari, omnibus bonis spoliantes, destruxerunt in possessione ipsius Pauli filii Emerici sex homines, in possessionibus vero ipsorum filiorum Phyle septem homines interimi miserabiliter cum hostili seuicia facientes in nostri regii honoris dedecus et pudorem, quibus mille marcarum dampna iidem filii Dominici absque iniuriis et interfeccionibus hominum supradictis manifeste videbantur intulisse, '.((precipueque prout per inquisicionem iuxta regni nostri consuetudinem mediantibus nostris litteris legitime factam in litteris capituli ecclesie Boznensis nobis more consueto rescriptam, quas fide vidimus occulata, recepimus veritatem, iidem filii Phille in destruccione dicte possessionis ipsorum Scenthmartun vocate per eosdem filios Dominici ablacionem . nonnullarum litterarum et instrumentorum suarum(!), quas super possessione eorum Wylak uocata habuissent passi extiterunt, in quarum litterarum seu instrumentorum magnum indicium ipsi filii Phyle quoddam priuilegium ex dictis litteris

[1] Što ovdje slijedi u dvostrukoj zaporci, toga ueraa u drugom izvorniku ove listine. Vidi opis listine na kraju.

et instrumentis ab eis ablatis de quodam ad ipsos filios Dominici pertinente, tandem pecunia redemerunt)). Nos atiendentes, quod publice utilitatis intersit, ne crimina remaneant inpunita, et ne per inpunitatis audaciam aliis presumptoribus similia facti peruersitas transeat in exemplum, eosdem filios Dominici pro inconuertibili et indomaoili infideljtatis eorum nota, qua eciam perpetrata vnus eorum, scilicet Mychael vitam finiuit, quibusdam possessionibus eorum Borh, Benchench, Lypoch, Chenkez, siiua fifrglud, Wylak et Scenthamas uocatis in comitatu de Wolko, item Roholch et Dobolch nominatis in comitatu de Posoga existentibus, de consilio baronum nostrorum duximus prout malemeritos spoliandum, quas quidem possessiones prius Paulo filio Emerici, item magistris Paulo et Nycolao filiis Phyle predictis fidelibus nostris tam pro eorum fidelibus seruiciis, quam eciam pro dampnis, destruccionibus possessionum et iniuriis, que et quas iidem nobis iugiter adherendo perpessi extiterunt, ab eisdem filiis Dominici infidelibus nostris manifestis propter infidelitatis perpetuam ipsorum notam, vt perpetuo laborent egestate et regia indignacione, quam promeruere puniantur, auferentes mediantibus litteris nostris patentibus antiquo sigillo nostro consignatis, licet communiter possidendas contulerimus et habendas, Tandem tamen accepta super hoc certissima veritate et visa firma certitudine, quod iidem filii Phyle per destruccionem et deuastacionem dictorum filiorum Dominici infidelium nostrorum maiora dampna, que fere ad mille marcas extendebantur, acerioresque iniurias quam ipse Paulus filius Emerici perpessi fuisse dinoscebantur, seruiciaque plura dicti filii Phyle ipso Paulo filio Emerici grandiora et accepciora ac magis continua nostre maiestati inpendere studuerunt, prenominatas possessiones filiorum Dominici infidelium nostrorum predictorum, in toto scilicet eciam ipsi Paulo filio Emerici collatas, ab eodem Paulo auferendo dictis Paulo et Nicolao filii Phyle similiter mediantibus litteris nostris patentibus tam maiori et antiquo, quam anuleo sigillis nostris consignatis, perpetuo possidendas duxeramus conferendas, excepta vna earundem possessionum, scilicet Borh nominata, que ipsi Paulo filio Emerici, item Paulo et Nicolao filiis Phyle memoratis communiter habenda per nos perpetuo commissa fuerat et collata, excepto foro ipsius possessionis Borh et teloneo, quod in eadem possessione Borh per fluuium Danubii huc illuc a transeuntibus seu per eiusdem fluuii cursum a descendentibus et ascendentibus exigi est consuetum, quod quidem forum et teloneum eciam eisdem filiis Phyle et non Paulo filio Emerici per nos collatum habebatur et commissum, qui quidem magister Nycolaus filius Phyle postmodum mortuo ipso Paulo fratre suo vnacum magistro Petro altero fratre suo vterino ad nostre maiestatis accedentes presenciam

exhibuerunt nobis predictas litteras nostras patentes, antiquo sigillo nostro consignatas, omnia premissa seriatim continentes, a nobis humili cum instancia postulantes, vt donacionem predictarum possessionum eis vltimo per nos ex integro factam ratam habere et sub appensione noui sigilli nostri et autentici ad maiorem conseruacionem huiusmodi donacionis eisdem scilicet Nycolao et Petro filiis Phyle ac eorum heredibus dignaremur nostro priuilegio confirmare. Nos itaque in_ predictis litteris . nostris patentibus antiquo sigillo nostro consignatis super totali collacione ipsarum possessionum ipsis filiis Phyle per nos facta confectis, donacionem supradictarum possessionum eisdem filiis Phyle fidelibus nostris fuisse rite factam et habitam, intuentes, fidelitatibusque et fidelium seruiciorum meritis ipsorum continuis laboribus nobis exhibitis recordatis, dampnisque ipsorum tam maximis pensatis, et iniuriis ferocibus quas pro nostra maiestate passi extiterunt consideratis et in memoriam nostram reuocatis, supradictas possessiones sicut tunc sic et nunc ab ipsis filiis Dominici infidelibus nostris auferentes eisdem Nycolao et Petro filiis Phyle ac eorum heredibus perpetuo possidere et habere in toto de consilio baronum regni nostri cum omnibus earundem vtilitatibus et pertinenciis vniuersis sub eisdem metis et terminis, quibus per [eosdem] filios Dominici et eorum predecessores [eedem habite ext]iterunt et possesse, presentis priuilegii nostri patrocinio conferentes, eciam de nouo peremniter confirmamus, dempta tamen et excepta ipsa possessione Borh, quam ipsis filiis Phyle et Paulo [filio Emerici communiter] donauimus et dam[us perpetuo possidere et tenere; forum quidem et] teloneum ibidem habita ordine prescripto eisdem filiis Phyle et ipsorum heredibus tenere et habere committendo, nichilque iuris de ipso foro et teloneo eidem Paulo filio Emerici vel suis [posteris conferentes. In cui]us rei mefmoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras] dupplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fide[lis nostri, anno domini millesimo CCC°. vigesimo terćio, quarto decimo kalendas ianuarii, regni autem nostri similiter vigesimo t]ercio; venerabilibus in Christo patribus et dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi auleque nostre cancellario, archyepiscopis, Johanne Nytriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao [Jauriensi, Georgio Syrmiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transsiluano, Herrico Wespri]miensi et Chanadino Agriensi dominis episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Phillippo palatino, comite Scepusiensi et de Wywar, [Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite

Chanfadiensi et Nytriensi, Thoma woywoda Transsiluano et comite de Zolnuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Sopruniensi ct [de Kamarun, Paulo bano de Machou, comite Syrmiensi de Wolkou et de Bodrugh, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio] magistro agasonum nostrorum, Nycolao comite Posoniensi et aliis quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original odozdo s desna manjkav nalazi se u kr. ug. drž. arluvu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.736. — Stara signatura N. R. A. fasc. 1534. no. 54.

Otpala je vrvca i pečat.

Drttgi original ove listine, takodjer na pergameni, dobro sačuvan, nalazi se u istom arkivu: M. 0. D. L. no. 33.575. — Stara signatura : N. R. A. fasc. 646. no. 24.

Na listini visi 0 crvenoj i žutoj svilenoj vrvci ulomak dvostrukog pečata. Po ovoj je popunjeno što manjka u gornjoj listini.

133.

1323, 30. deeembra. U Krku.

Knez krčki Nikola dariva. samostanu sv. Ciprijana de Murano crkvu svoju kod grada Vrbnika u Rogozimću.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo tricentesimo vigesimo tertio, indictione sexta, die penultimo mensis decembris. Actum est hoc Vegle in sala egregii et magnifici viri domini comitis Frederici Veglie, Modrtisse, Vinodoli atque Gazche[1] comitis, necnon Segne dominatori perpetuo Coram dicto domino comite Frederico et dominis Nicolao iudice communis Vegle filio olim domini Marini coridam Marchesii, et Jacobacio de Monte Rubiano habitatoribus Vegle iudicum dominorum comitum de Vegla, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum ad infrascripta specialiter congregatis, videlicet domino Jacobo vicecomite supradicti domini comitis Frederici, domino Justo vicecomite Vegles prenominati domini comitis Frederici, domino Francinello canonico ecclesie Veglensis, Cleto primicerio dicte Veglensis ecclesie atque notario prelibati domini comitis Frederici, domino Dymo filio naturali condarh borie tnembrie domini Bartholomei comitis Vegle, Quari(!) et Braxi, domrno condaifi iudice Almoro de Veriefiis habitatore Vegle, •domirid Boriizzo coridam iudice Nicolao de Vegla dicto Gospodino, domino

[1] Kod Farlata štampano Vrebe-Vrbice.

condam iudice Cosme .filio olim Barbenno de Vegla, Joanne dicto Soh . . . ena de Vegla, Natali advocato communis Vegle, Dominico subdiacono et notario filio olim magistri Jacobi notarii de Ripatrasonis habitatore Vegle, et Nicolao notario filio condam domini Bartholomei mercatoris de Venetiis habitatore Vegle, et aliis testibus ad hec specialiter congregatis. Magnificus vir dominus Nicolaus comes Vegle, Ouaris et Brazis(!) fecit infrascriptam donationem et submissionem-monasterio sancti Cypriani de Muriano Torcellane diocesis, quod est membrum sancti Benedicti de Padalirono, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, de eccles>a sui oratorii, quam idem comes Nicolaus fundavit et hedificari fecit in honorem beati Nicolai in suo patrimonio apud castrum Verbenicum insule Vegle in loco, qui dicitur Rogosinich, sic dicens: Ego Nicolaus de dei misericordia comes Vegle, Quaris et Brazis. In Christi nomine ad honorem dei et beate Marie matris eius et beati Cypriani martiris atque beati Nicolai confessoris mirifici patroni et advocati mei. In presenti dono, offero, concedo et submitto monasterio sancti Cypriani de Murano Torcellane diocesis in manibus fratris Paschalis prioris sancti Joannis de Vegla procuratoris predictorum abbatis et monasterii ad hoc specialiter constituti, recipientis ipsorum abbatis et monasterii nomine, ut apparet clare per quoddam instrumentum procurationis confectum. Qui tenor hic interserui(!) ad maiorem rei evidentiam de verbo ad verbum: *(Slijedi listina opata Moranda od 28. septembra 1322.)* Ecclesiam sive oratorium, quam ego pro remedio anim-arum parentum predecessorum meorum, et meorum peccaminum interventu fundavi et hedificari ieci in honorem beati Nicholai apud castrum Verbonicum insule Veglensis in loco, qui dicitur Rogosinich, cum omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus, videlicet domo de petra et alias domos, curiam cum orto viridario et toto territorio circumstante, usque ad dragam sive vallem, que dicitur Terraraz, et usque ad piros, qui sunt 'n via publica, qui dicuntur perarii draschie versus aquilonem, cum tota •eosteria, monte sive colle, usque ad viam publicam, qua vadit de Bonouicho Dobregnum, desuper versus orientem costeriani, versus austrum usque ad territorium heredum condam domini comitis Marci olim fratris nostri. Item campum magnum de ponte usque ad fontem cum tota costeria, monte sive colle, usque ad terras sancte Marie de Castillione, in parte occidentali versus Veglam tantum, quantum dur-at campus magnus, usque ad territorium domini comitis Frederioi -et domini Andree Michaelis de Veneciis versus aquilonem. Item terras et totam contratam, *que* est et dicitur P-rapragnach, quam contratam sivfi terras buius a plebano de Verbonich tertiam partem, aliam

tertiam partem huius a filiis condam Ruciz, alia tertia pars mea est. Item terram que dicitur Marrinus vealas, cuius confines sunt hii: Ab uno latere est territorium domini comitis Frederici, ab alio territorium domini dicti Andree Michaelis, ab alio territorium nepotum meorum predictorum, ab alio latere est via publica. Item partem meam de prato, cuius hii sunt confines: Ab uno latere scilicet pars prati est nepotum meorum hcredum comitis Marci condam fratris nostri, et a parte superiori versus Veglam sunt terre domini comitis Frederici, ab alio est via publica, et quicquid aliud territorii habeo in contrata Rogosnich predicta. Item vineam unam, que fuit fratris nostri comitis Schinelle in valle Dobregni super sanctum Maurum,~ quam tenebat Cozich, cum domo et omnibus suis pertinentiis, cuius hii sunt confines: Nam ab omni parte est territorium meum et nepotum meorum filiorum condam comitis Marci fratris mei. Item unam aliam vineam in magna valle dicti castelli Dobregni, que vinea fuit Bratnich cum domo, et aliis suis pertinentiis, confines cuius sunt hii: Ab uno latere est vinea plebani de Dobregno, ab alio latere est vinea Ujenich, ab alio latereest vinea Sitogna Solisiza, et ab alio latere est via publica. Item unatn vineam sub sancto Mauro prope Verbonicum, cuius confmes sunt hii: Scilicet vinee dicti sancti Mauri a duobus lateribus, ab uno latere vinea Manzestavich, ab alia parte est via publica. Item terram que dicitur Raponiulglodaz prope dictum castrum Verbonicum, cuius hii sunt confines: Scilicet vinea Belzedragha, ab uno latere vinea Ghitpoliza, ab alio latere via publica. Item unum neresium supra ortos prope civitatem Vegle, qui dicitur neresius domini Rainerii, cum aulivariis et aliis arboribus. Item dono quadraginta pecudes magnas, triginta capras, viginti anuclos pecurinos et decem anuclos caprarum. Item duas magnas vacas cum duobus vitulis. Item duas vacas terzaninas. Item quatuor boves magnos arantes. Item unum equum, unam asinam, et unum asinum. Reservans michi et filiis meis, heredibus et proheredibus legitimis de meo corpore per lineam masculinam descendentibus in ipsa ecclesiabeati Nicholai plenum iuspatronatus et ellectionem et presentationem capellani sive rectoris et rectorum, qui pro tempore fuerint perpetuo, et examinatio et confirmatio, visitatio, et amotio, prout postulaverit ordo iuris, sit penes monasterium sancti Cypriani predicti et abbatem, qui nunc est et abbates qui pro tempore fuerint perpetuo. Quibus heredibus supradićtis deficientibus dicta ecclesia sancti Nicholai cum omnibus bonis mobifibus et immobilibus suppradictis, que ad presens dono et offero, et que temporibus domino annuente habere contigerit, remaneant in dispositione et libera potestate abbatis monasterii sancti Cypriani predicti, qui pro tempore fuerint. Hiis insuper condicio-

nibus adiectis, quod dominus abbas sancti Cypriani, qui est vel qui pro tempore fuerit, ecclesiam predictam ad honorem sancti Nicholai constructam, teneatur et debeat eam facere et consecrare, et hoc cellerius et commodius, ut potest, non prolongando tempus aliquo dolo vel ffaude, quod si facere obmitterit vel neglexerit, volo hanc donationem sive obligationem penitus irritam esse et nullam. Hanc autem consecrationem quantum ad episcopum, qui eam consecraverit, et alia que in ipsa ecclesia tunc temporis sunt fienda, volo fieri meis expensis; volo etiam eligere capellanum sive rectorem eiusdem ecclesie unumcunque et quemcunque mihi placuerit, et hoc inde inteligo de heredibus meis et proheredibus si habuero. Item volo, quod si capellanus et rector, qui pro tempore fuerit, si se male haberet, de ecclesia quantum ad officium et bona ecclesie predicte amoveatur per dominum abbatem qui pro tempore sancti Cypriani fuerit, cum sibi significatum fuerit per me vel heredes meos, si habuero. Volo etiam, quod ipsa ecclesia nunquam sit quod non habeat capellanum sive rectorem, et ille, qui electus et confirmatus, fuerit, in vita sua remaneat et post obitum meum, si bene se habuerit, nisi renuntiaret Hoc etiam addito, quod rector, qui pro tertipore fuerit in dicta ecclesia sancti Nicholai in festivitate eiusdem teneatur facere cunctis venientibus unam ellemosinam sive caritatem pro anima mea et antecessorum meorum de una vaca vel bove, sex castratis, quatuor modiis ffumenti, et octo modios vini, et ad hanc faciendam deputari specialiter campum magnum de ponte et vineas de Dobregno, vineas de Verbonico, vacas et pecudes. Quam caritatem sive elemosinam si capellanus sive rector, qui pro tempore fuerit, facere obmitteret vel negligeret, volo, quod amoueatur per dominum abbatem qui tunc fuerit, et eius loco alius instituatur, qui hec compleat. Item volo, quod de territorio, quod dedi ipsi ecclesie, capellanus sive rector qui fuerit pro tempore laborando per se quantum, quod vel quale voluerit aliud residuum, alia parte residui quantum petivero pro me laborare possim facere dando terraticum sicut daret alius quicunque. Omnia autem bona, que dicta ecclesia in futurum annuente domino poterit acquirere liberalitate comitum, largitione fidelium, pontificum oblatione, seu aliis iustis modis, firma sibi et illibata permaneant absque mea et meorum heredum et proheredum contradictione; quod si unquam contra hanc donationem venire temptavero ego sive heredes vel proheredes mei, si quos me habere contingerit, vel si abbas qui pro tempore fuerit, pacta predicta non observaverit, mille libras denariorum venetorum parvorum teneamur. Ego si contra hanc donationem et pacta suprascripta venero, vel heredes vel proheredes mei, domino abbati dandas, et si ipse dominus abbas contra hec suprascripta pacta fecerit, teneatur

michi vel heredibus vel proheredibus meis solvere. Qua pcna soluta vef non, presens instrumentum nihilominus in suo perpetuo robore mancat et firmitate. De hoc etiam fieri volui et mandavi duo publica instrumenta unius eiusdemque tenoris, unum domino abbati, aliud michi reservans in perpetuam rei firmitationem et evidentiam,

Ego comes Fredericus manum misi.

Ego iudex Nicholaus manum misi.

_- _jEgo Blasius. filius condam Serachatabene de Pedraffitis de Forlivio imperiali auctoritate iudex ordinarius hiis omnibus interfui, scripsi et coroboravi.

Farlati Illyr. sacr. V. p. 644.— 645.

134.

1323, 31. deeembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje na molbu Ivana opata topuskoga darovnicu Stjepana bana, o zemlji izmedju Grangje, Bročine i Maje, prepisanu po kaptolu zagrebačkovi.

Karolus dei gracia Hungarie rex- ect. omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod accedens ad nostre serenitatis presenciam frater Johannes abbas monasterii Toplicensis, exhibuit nobis quoddam transscriptum capituli Zagrabiensis continens donacionem cuiusdam terre per Stephanum banum et filios ipsius dicto monasterio Toplicensi factam, petens, ut tenorem eiusdem transsumpti ratum habere et ipsam donacionem dicto monasterio dignaremur nostro priuilegio confirmare. Cuius quidem transscripti tenor talis est: *(Siijedi listina kaptola zagreb. od 15. jula 1315.)* Nos igitur iustis et legitimis peticionibus eiusdem fauorabiliter inclinati tenorem ipsius transscripti non abrasum non cancellatum nec in aliqua parte uiciatum de uerbo ad uerbum presentibus insertum ratificauimus et approbamus, dictamque donacionem terre suprascripte eidem monasterio de Toplican(f) presentis scripti patrocinio perpetuo confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree lectoris ecclesie Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC⁰ vicesimo tercio, secundo kalendas ianuarii, regni autem nostri

similiter vicesimo tercio ; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigonicnsi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nycolao Jauriensi, Georgio Simiensi(!) Ladyzlao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transsiluano, Herrico Wesprimiensi, aule domine regine consortis nostre karissime cancellarii, ac Chanadiensi(i) Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite Scepsensi et de Vyvvaar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, magistro Lamberto iudice curie nostre, comite Chanadiensi, Thoma waywada Transiluano, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Suppruniensi, Mikch magistro tawarnicorum predicte domine regine, Blasio magistro agazonum nostrorum, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum Nicolao comite Posoniensi et aliis quampluribus comitatus nostri tenentibus et honores.

Iz koileksa: Priuilegia mon. b. vir. Mariae de Topiica no. 41. Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije ɛl Zagrebu: I B. XI. 15.

135.

1323.

Pred kaptolom kameničkim (banoštorskim) poklanja Nikola sin Grgurov sestri svojoj Margareti imanje Pačintu.

in secunde quoque littere, videlicet ipsius capituli de Kw in predicto[1] anno domini M° CCC° vigesimo tercio emanate continencia inter alia taliter habitum fuisset, quod magister Nicolaus filius magistri Gregorii filii Nicolai ad ipsius capituli de Kw personaliter accedens presenciam, sana mente, clara voce liberaque voluntate quandam possessionem suam Pachynta vocatam in comitatu de VVlkow existentem, ad eundem Gregorium patrem suum acquisicionis titulo pertinentem, ad ipsum siquidem magistrum Nicolaum iure successionis deuolutam, domine Margarethe consorti magistri Mychaelis filii Nicolai de sancto Mychaele sorori sue, et per eam suis heredibus ex eodem magistro Mychaele progenitis et procreandis, cum omnibus vtilitatibus et pertjnenciis vniuersis eiusdem possessionis confessus fuisset perpetuo dedjsse et donasse tali modo, quod si ipsum magistrum Nicolaum ad aliquem prosperum(l) Statum peruenire vel morte preueniri aut statum suum mutare contin-

[1] Sr. listinu Karlovu od g. 1304.

geret, extunc eadem domina Margaretha ipsam possessionem in perpetuam successionem heredum per heredes optineret possidendam; promittens idem magister Nicolaus priuilegia seu instrumenta, quorum vigoribus idem magister Gregorius pater eius eandem possessionem optinuisset et sibi donandi potestas competisset, eidem sorori sue assignare; retulisset eciam idem magister Nicolaus, quod per huiusmodi donacionem suam ipsam dominam sororem suam legitima sua porcione, que-eidem in possessionibus sepedicti magistri Nicolai iure geniture expeteret, minime intenderet defraudare, salua sepedicte domine suisque posteris agendi pro ipsa legitima porcione sua facultate.[1]

Doslovno iz izvorne listine Ivana Sepuskoga, kurijalnog suca vrhu posjeda Pachynte od 24. maja 1377. u uarodnom muzeju u Budimpešti pod g. 1377.

Fejer morao bi imati, jer na nju 24. maja 1377. upućuje.

136.

1324, 2. januara. U Zadru.

Tomo de Cucillo prodaje svoju zemlju u Rači Vulcinji de Marhnussio.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indiccione septima, die secundo mensis ianuarii, Jadere. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadera venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Hugolini Justini egregii comitis. Fateor per hoc presens instrumentum ego Thomas de Cucillo ciuis Jadere, quomodo do, vendo et transacto tibi Vulcigne de Martinussio ciui Jadere totam vnam meam terram positam in confinio Racche, de qua terra sunt decem gognay, cui de borea est terra Agapis de Sloradis sororis mei dicti Thomasii, de quirina est via publica, de austro est terra munda et inmunda tui dicti Vulcigne, et de trauersa est nemus; quam quidem terram cum omnibus suis pratis, pascuis, siluis, aquis et nemoribus tu dictus Vulcigna a modo in antea plenam habeas potestatem ad intromitendum, habendum, tenendum, gaudendum, vsufructuandum, donandum, vendendum et pro libitu alienandum sicut de re tua propria; precio cuius vendicionis ego predictus Thomas plene habeo et recepi a te dicto Vulcigna libras quinquaginta denariorum venetorum paruorum, quas mihi integre persoluisti; quam terram, ut premititur, et cum omnibus suis predictis et omnibus aliis suis pertinenciis et iuribus tam subtus terram quam supra terram ego predictus Thomas per me meosque heredes et successores me obligo' et promitto tibi dicto Vulcigne, tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in raeiene super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo filio Johannis Piscopi et Matheo filio Sergii de Cesamo ciuibus Jadere et aliis.

(Dmgi rukopisi).

Ego Grisogonus Viti Jacobi C^a^dulini examinator manum misi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1324.

[1] Slijedi dalje sadržaj listine biskupa koločkog Ladislava od 24. juna 1330.

137.

1324, 10. januara. (U Djakovu).

Kafttol hosanski prepisuje povelju kralja Karla od 13. decembra 1323., kojom se potvrdjuje •povelja istoga kralja od 23. septembra 1322-, glede oslobodjenja posjeda Pavla i Nikole sinova File od plaćanja kunovine (Orahovica i Dubovac.)

Capitulum Boznensis ecclesie memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod nobiles viri Petrus et Nicolaus magistri filii Phile ad nostram personaliter accedentes presenciam, exhibuerunt nobis litteras priuilegiales excellentissimi principis domini Karoli dei gracia illustris regis Hungarie super possessionibus ipsorum Roholcb et Dobolch nominatis in prouincia de Posoga existentibus confectas, petentes a nobis diligenti cum instancia, ut quia idem propter viarum discrimina publice munime(!) presumpmerent portare, vbicunque, quandocunque et quocienscunque fore oportunum videretur in ipsorum causis uel negociis urgentibus et presencia cuiuslibet capituli regni Hungarie aut quoram(!) quouis iudice curie domini regis vel quoram quibuslibet aliis iudicibus et quarumlibet prouinciarum pro

tempore constitutis presentandas, dignaremur nostris litteris priuilegialibus easdem ratificare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od 13. decembra 1323. kojom potvrdjuje svoju povelju od 23. septembra 1322.)* Nos itaque iustis, legitimis et condignis peticionibus ipsorum annuentes, easdem de uerbo ad uerbum presentibus inserendo auctoritate presencium duximus transcribendas. Datum tercia feria proxima post festum epyfanie(l) domini, anno domini M°. CCC° vicesimo quarto.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.574. — Stara sign. N. R. A. fasc. 1506. no. 23.

Na listini visi o crvenoj i ljubičastoj vlaknatoj svilenoj vrvci pečat.

138.

1324, 12. januara. U Zadru.

Mila kći Milovanova firavi svoju pporuku.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo tercio, indicione septima, die duodecimo mensis ianuarii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepišcopi, ac domini Vgolini Justiniani egregii comitis. Cum morte nil sit cercius uitaque nichil incercius et dies mortis ab omnibus ignoretur, decens est atque secundum, ut quilibet Christianus se et sua negocia sit sollicilus taliter ordinare, ne propter negligenciam ipsius anima ledatur et de suis bonis questio inter posteros aliqua oriatur. Idcirco ego Milla filia condam Milouani habitatrix Jadre, licet infirma corpore sanam tamen per dei graciam habens mentem, memoriam et intellectum, considerans suprascripta, tale meum de omnibus bonis meis facio et ordino ultimum testamentum, in quo meos fideicomissarios esse constituo, ordino et dimitto dominam Stanam relictam Lompri de Ziualellis, Paulum condam Viti de Sloradis et Jacobum condam Desse de Fafogneis ciues Jadre, ut sicut in hoc testamento meo de bonis meis ordinauero darique iussero, sic ipsi comissarii mei post mortem meam adimpleri faciant, firmumque sit in perpetuum atque ratum. Primum quidem uolo et ordino, quod dicti comissarii mei statim post mortem meam apprehendant omnia bona mea mobilia et immobilia, iura, credita et actiones et ipsa bona mea uendi faciant ad incantum, et accepta peccunia de predictis bonis meis dicti comissarii mei ipsam dispensari debeant, prout inferius ordinauero, item dimitto fratri Petro Nonensi

ordinis Predicatorum conuentus Jadre soldos duos grossorum pro missis canendis pro anima mea; item fratri Symoni de Osilla dicti ordinis soldos viginti denariorum paruorum pro missis canendis pro anima mea; item dimitto Marco archipresbitero Jadrensi patrino[1] meo[1] grossos duodecem; item scole presbiterorum Jadrensium grossos duodecim, item scole sancti Siluestri uerberatorum grossos duodecim; item dimitto cuilibet comissario meo grossos duodecim pro suo labore; item dimitto (Jfite. filie Jiatura-li. oonda-m -Raue grossos quindecim, meum -frixorium-et pelligonum meum nouum; totum uero residuum pecunie dictorum bonorum meorum prefati comissari mei dispensari debeant in missis, pauperibus, helemosinis et aliis operibus misericordie pro anima mea et meorum defunctorum. Et hec est mea ultima uoluntas. Quibus comissariis meis prelibatis do et concedo post mortem meam illam plenam uirtutem et potestatem, quam aliquis uerus et legitimus comissarius alicuius habet uel habere potest tam in iudicio quam extra agendi, petendi, citandi, placitandi, defendendi et respondendi, aduocandi, aduocatorem tollendi, litem contestandi, in causa concludendi, sacramentum calumpnie et de ueritate dicenda, et cuiuslibet alterius generis iuramentum in animam meam prestandi, sentenciam petendi et audiendi et breuiter omnia alia et singula faciendi, que egomet testatrix uiuens, si adessem, facere possem et deberem. Et hoc uolo esse meum firmum et stabile testamentum, et quod valeat iure testamenti, et si iure testamenti non ualet, saltim ualeat iure codicillorum uel cuiuslibet alterius ultime uoluntatis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet C,oillo diacono ecclcsie sancti Stephani, et Andrea filio Helie sartoris Jadrensibus et aliis.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis intcrfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 52.

139.

1324, 17. januara. U Križevcima.

Ban Nikola potvrdjuje meštru Jakobu posjed Canjevo.

Nicolaus banus tocius Sclauonie, comes Sopruniensis et de Kaminin(J), dilectis sibi omnibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis ama-

[1] pisano dva puta.

tore(!). Cum humane mentis discrecione repertum est, vt ea, que aguntur in[1] tempore, ne cursu temporum elidantur, litterarum testimonio solent confirmari. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam thenore(f) presencium harum serie uolumus peruenire, quod nobilis vir magister Jacobus dictus paruus, in congregatione nostra generali, quam vna cum nobilibus regni Sclauonie, secunda feria, ex precepto et mandato domini nostri Karoli dei gracia illustris regis Hungarie duximus celebrandam, in eadem congregatione nostra predictus magister Jacobus supradictus exhibuit nobis litteras priuilegiales Andree quondam regis Hungarie, et capituli Chazemensis(i) ecclesie, in quibus conperimus, quod possessio Chanow vocata in comitatu Crysiensi existens, per eundem emptionis titulo per Matheum filium Nicolai filii Juan predicto paruuo(!) Jacobo pro quinquaginta marcis denariorum banalium uenditam fuisse irreuocabiliter et iure perpetuo possidendam. Vnde cum nos litteras prescriptas non abrasas non cancellatas nec in aliqua partes(!) sui corporis viciatas comperimus, nec aliquem contradictorem contra litteras priuilegiales ipsius magistri Jacobi adinvenimus, preterea predictam possessionem Chanow vocatam, cum omni plenitudine sui iuris, sicut prius, sic et nunc, predicto magistro Jacobo auctoritate presencium duximus roborandam et eciam confirmandam, prout in congregatione nostra generali vna cum nobilibus regni Sclauonie, in Crisio, tercia feria ante quindenas epiphanie domini celebrata, discursum extitit illud idem. Datum in Crisio, tercia feria ante quindenas epiphanie domini, anno domini M°.CCC°.XX quarto.

Iz originala obitelji Ferića prepisao Ivan Kukuljevic'.
Kukuljević jfura regni I. 101.

140.

1324, 18. januara.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje svoju povelju od god. 1319.. kojom je potvrdio povelju kralja Andrije od god. 1298. Mihajlu Moroviću za posjed u vukovskoj županiji.

[K]arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris

Dva puta pisano.

ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentihus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Mychael filius Stephani de Morouch, castellanus de Wythan dilectus et fidelis noster ad nostre serenitatis accedens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium nostrum priori et antiquo sigillo nostro consignatum, confirmans priuilegium domini Andree condam regis Hungarie felicis recordacionis predecessoris nostri karissimi super exempcione sua et yobagionum suorum a iudicio et iurisdiccione quorumlibet iudicum et comitum pharochialium(F) et specialiter de Wolkow pro tempore constitutorum, confectum et concessum, petens a nobis humili precum instancia, ut idem priuilegium ratum habere et appensione sigilli nostri noui et autentici nostro nouo priuilegio de regia benignitate dignaremur confirmare. Cuius quidem prioris priuilegii nostri tenor talis est: *(Slijedi isprava kralja Karla od god. 1319., kojom se potvrdjiije privilegij kralpa Andrije od g. 1298.)* Nos itaque iustis et legitimis peticionibus predicti magistri Mychaelis filii Stephani regio inclinati cum fauore, predictum priuilegium non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum de verbo ad verbum presentibus insertum approbamus, acceptamus et presentis scripti patrocinio in perpetuum valere confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii, anno domini M°. CCC°. vicesimo quarto, quinto decimo kalendas februarii, regni autem nostri anno similiter vicesimo quarto; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi, eiusdemque loci comite perpetuo, et fratre Ladizlae Colocensi, aule nostre cancellarii, archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgyo Scyrmiensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Henrico Wesprimiensi, Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transiluano, Chanadino Agriensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite de Scepus et de Wywar, Demetrio magistro thawarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thome(!) woywada Transiluano et comite de Zownuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Suproniensi et de Kamarun, Paulo bano de Machow, comite Syrmiensi de Walkow et de Budrug, magistro Nicolao comite Symigiensi, Mychaele magistro tawarnicorum domine regine karissime consortis nostre, comite de Sarus et de Zemlen, magistro Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Dyonisyo magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agazonum nos-

trorum, magistro Nycolao comite Posoniensy(l) et aliis quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u kr. zem. arkivu u Zagrebu : Doc. medii aevi, a. 729S.

Na listini vise dva pečata 1. đvostruki kralja Karla o žutoj i crvenoj svilenoj vrvci (razbijen): 2 kralja Ljudevita na crvcnoj svilcnoj vrvci (razbijen;, koji spada izvornom pripisku kralja Ljzidevita stavljenom na dotnjem i-tibu izprave, Itojim sepbd novim pecatom potvrdjuje Karlova povelja za Mihajla sina Stjepanova a унука Mihajlova 29. febrtiara 1366.

141.

1324, 20. januara.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje na molbu Mihajla, i Klementa Morovića listinu kralja Ladislava od 4. decemhra 1275., kofom se riješavaju njihovi iobagioni od podavanja banskih daća kunovine i zalazme.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in salutem(l)[1] in salutis largitore. Justis petencium desideriis facilem prebere consensum ius inuitat et regalis sublimitas exortatur. Eapropter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Michaei[2] castellanus de Vytan et Clemens de Moroth filii Stephani filii Michaelis dilecti et fideles nostri ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quoddam priuilegium domini Ladfizlai] quondam illustris regis Hungarie felicis memorie predecessoris nostri tenoris infrascripti, petentes nos humiliter supplicando, vt ipsum priuilegium ratum habere et acceptum ad perpetuam rei memoriam appensione sigilli nostri noui et autentici de benignitate regia dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ladislava od 4. decembra 1275.J.* Nos siquidem iustis et legitimis peticionibus ipsorum Michaelis et Clementis fidelium nostrorum aures regie benignitatis inclinare volentes, fidelitatibus et seruiciorum multimodis meritis eorundem Michaelis et Clementis, quibus nostre maiestati continuis locis et temporibus oportunis studuerunt complacere ct se reddere graciosos vtique et acceptos, consideratis, predictum priuilegium domini Ladizlai nobis exhibitum in nulla sui parte viciatum de verbo ad verbum presentibus insertum ratificamus, acceptamus, approbamus et prcdictam graciam per ipsum dominum Ladizlaum regem factam et concessam ipsis et eorum heredibus perpetuo valere et persistere auctoritate presencium confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri noui et autentici muniminc roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endjreje lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXX° quarto, tredecimo kalendas februarii, regni eciam nostri anno similiter XX° quarto; venerabilibus in Christo patribus Bolezlao Strigoniensi et fratre. Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Iwanka Waradiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Syrmiensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Herrico Wesprimiensi, Chanadino Agriensi, Andrea Transsiluano episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Phillippo palatino, comite Zepesyensi et de Wywar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, comite Bachyensi et Trinchyniensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyuoda Transsiluano et comite de Zonuk, Nycolao bano tocius Sclauonie, comite Sproniensi et de Kamarun, Paulo bano de Macho, -comite Syrmiensi de Walko et de Bodrug, Mykch magistro tawarnicorum domine regine consortis nostre karissime, Dyonisio magistro •dapiferorum, Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Blasyo magistro agasonum nostrorum et magistro Nicolao comite Posoniensi, aliis•que quam plurimis regni nostri comitatus tenentibus et honores.

[1] Nije u izvoru ispravljeno, niti točkama naznačeno, da se ima ispustiti.
[2] Izmedju a i e nalazila se rupica, koju je pisar preskočio.

Origiitai u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpeštt: M. O. D. L. no. 912. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 643 no. 35. — Na listini vise •o svilenonoj vrvci itUe i zelene boje dva odlomka dvostmkoga kraljeva pečata.

Na hrptu rukom XV. vijeka: »Graciosa super eo, qtiod lobagiones nobilium de Moroth in Sclauonia existentes exaccionem marturmarum non nisi dominis suis facere possunt.«

142.

1324, 21. jairaara.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje za Mihajla sma Stjepana Morovića darovnicu kralja Stjepana od god. 1263, za posjed Borotku u županiji vukovskoj učinjenu Mihajlu sinu Mihajlovu.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostre serenitatis presenciam magister Mychael filius Stephani dictus de Morouch, castellanus de Wytan dilectus et fidelis noster. exhibuit nobis priuilegium domini Stephani quondam illustris regis Hungarie predecessoris nostri karissimi felicis memorie super collacione et donacione cuiusdam possessionis seu ville Borotk vocate confectum et concessum, petens nos humili precum cum instancia, vt idem priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi darovnica mladoga kralja Stjepana odg, 1263J* Nos itaque iustis et legitimis eiusdem magistri Mychaelis peticionibus fauorabiliter inclinati, prefatum priuilegium domini Stephani regis non abrasum non cancellatum non abolytum, nec in aliqua sui parte viciatum, prout hic de verbo ad verbum est insertum ratificamus, acceptamus, approbamus et presentis scripti patrocinio perpetuo confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras noui et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°.CCC°.XX°. quarto, duodecimo kalendas februarii, regni autem nostri anno similiter vicesimo quarto; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Georgio de sancto Ireneo, Nicolao Jauriensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transiluano, Herrico Wesprimiensi, Chanadino Agriensi, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi, Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woyuoda Transiluano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, Paulo bano de Macho, comite Syrmiensi et de Wolko, Mykch magistro tauarnicorum domine regine consortis nostre karissime, Deseu iudice curie eiusdem domiue regine, Blasio magistro agasonum nostrorum, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum et Nlcolao comite Posoniensi, aliisque quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O, D. L. 110. 33.718. Stara sigu. N. R. A. Jasc. 1502. no. 4.

Na hstmi visi o crvenoj i zelenoj svileno] vrvci prilično sačuvan kraljevski- dvostruki pečat.

143.

1324, 26. januara. U Zagrebu.

Nikola ban potvrdjuje Turopoljcima sloboštine popisane po banu Nikoli god. 1278., kako ih g. 1279. potvrdio kralj Ladislav.

Nicolaus banus tocius Sclauonie, comes Suproniensis et de Kamarun dilectis sibi vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est vera salus dans quietem omnibus et salutem. Prouida discrecione repertum est, vt ea que aguntur in tempore, ne cursu temporum elabentur siue tempore, litterarum testimonio solent confirmari. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod vniuersi iobagiones castri Zagrabiensis, videlicet Jacobus filius Wlkuta comes terrestris, Petrus filius Neprechouich, Rade filius Staulen, Phyle filius Endre, Mylvan filius Crikan et Johannes filius Stephani cum vniuersis iobagionibus castri pretaxati ad nostram personaliter accedentes presenciam, exhibuerunt nobis litteras priuilegiales Ladizlai dei gracia quondam regis Hungarie felicis recordacionis et Nicolai quondam bani tocius Sclauonie, petentes nos precum cum instancia, vt litteras ipsorum priuilegiales de verbo ad verbum inseri faceremus et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi tistina od god. 1279. i od g. 1278.)* Nos itaque precibus et peticionibus predictorum iobagionum castri aures nostre magnitudinis aduertentes, litteras eorundem non ab[s]cisas non cancellatas nec in aliqua sui parte corporis viciatas de verbo ad verbum insertas nostris litteris priuilegialibus eisdem duximus confirmandas. Vt

igitur huic nostre confirmacionis series robur optineat perpetue firmitatis presentes concessimus Htteras priuilegiales pendentis nostri sigilli autentici munimine roboratas. Datuni Zagrabie, in crastino conuersionis sancti Pauli, anno dominice incarnacionis millesimo CCC°. XX° quarto.

Iz prijepisa bana Mikca od 4. jula 1326. u arkivu pl. općine Turopolja.

Laszowski Spotn. Turop. I. 41. '

144.

1324, 31. januara. U Avignoira.

Ivan XXII: ftapa podaje biskupu kotorskomu Domniju za konzervatore nadbiskupa barskoga i dubrovačkoga te biskupa trogirskoga.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus . . . Antibarensi et . . . Ragusino archiepiscopis, ac . . . episcopo Traguriensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc nos deus pretulit in familiam domus sue, ut oportuna singulis provisionis auxilia fidelis servitutis iniuncte prudencia pro tempore dispensantes, eorum presertim necessitatibus intendamus, occurramus dispendiis, ipsosque ab oppressionibus relevemus, qui assumpti in partem sollicitudinis potioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane venerabilis fratris nostri Dompnii Catharensis episcopi conquestione percepimus, quod nonnulli clerici et ecclesiastice persone tam religiose quam seculares in dignitatibus et personatibus constitute, necnon duces, barones, marchiones, comites, nobiles, milites, universitates castrorum, villarum et locorum Catharensis civitatis et diocesis ac partium vicinarum occupaverunt et occupari fecerunt castra, villas, casalia, terras, possessiones, vassallos, homines, iura, iurisdictiones et nonnulla alia bona mobilia et immobilia ad mensam suam episcopalem Catharensem spectantia, et ea detinent occupata, seu huiusmodi detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem. Nonnulle quoque alie persone ecclesiastice seculares et regulares, duces, comites, barones et nobiles ac universitates et singulares persone castrorum, villarum et locorum civitatis et diocesis ac partium predictarum de redditibus, proventibus, censibus, iuribus et rebus aliis ad dictam mensam spectantibus eidem episcopo, vel eius vicariis seu procuratoribus nolunt atiquatenus respondere. Nonnulli etiam civitatis et diocesis et partium predictarum, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, eidem episcopo in castris, villis, casalibus, terris, possessioni-

"bus, vassallis, hominibus, libertatibus, immunitatibus, iurisdictionibus, iuribus, bonis et rebus aliis ad mensam predictam spectantibus multiplices molestias inferunt et iacturas. Quare dictus episcopus nobis humiliter supplicavit, ut cum valde difficile reddatur eidem pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere sibi super hoc paterna diligencia dignaremur. Nos igitur adversus occupatores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes ei remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, et aliis aditus commictendi similia precludatur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, •quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, -etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis, conservatores et iudices prefoto episcopo efhcacis defensionis presidio assistentes non permittatis eum super premissis ab eisdem, vel quibuscumque aliis occupatoribus, detentoribus, molestatoribus et iniuriatoribus indebite molestari, vel sibi gravamina seu dampna vel iniurias irrogari, facturi dicto episcopo, cum ab eo vel vicariis aut procuratoribus suis vel eorum aliquo fueritis requisiti, et predictis et aliis personis quibuslibet super xestitutione dictorum castrorum, villarum, casalium, terrarum, possessionum, vassallorum, hominum, iurium, iurisdictionum ac bonorum immobilium, reddituum quoque ac proventuum, censuum et aliorum quorum- •cumque bonorum suorum, necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis atque dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exegerit, iusticie complementum, occupatores seu detentores, molestatores seu iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores •quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis extiterint, quantumcumque et quocienscumque . expedierit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato :ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, qua cavetur, ne iudices et conservatores a sede deputati predicta extra civitatem et •diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas commictere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorumdem trahere presumant, seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis et molestiis et aliis, que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis, conseryatores se nullatenus intromictant, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis quam conservatoribus aut aliis editis, que vestre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet -obviare, dummodo ultra duas. dietas aliquis extra suam civitatem et dio-

cesim auctoritate presentium non trahatur; seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenarn et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac eorum personis, locis et ordinibus et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia indulgencia dicte sedis generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a data presentium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis presentibus et futuris et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et iurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus.et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Avinione, II. kalendas februarii, pontificatus nostri anno octavo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 202. str. 155.—156. Iz reg. an. VII. com. par. 1. ep. 650. fol. 211.

145.

1324, 8. marta.

Karlo Roherto kralj ugarski i hrvatski iznova potvrdjuje privilegija. zagrebaika.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gailicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, salutem in eo, qui regibus dat salutem. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod magister Thomas

notarius civitatis nostre de monte Grech ac civis de eadem, vice et nomine universitatis civium de eodem monte Grech, ad nostre serenitatis accedens presenciam, exhibuit nobis quoddam privilegium nostrum veteri sigillo nostro consignatum, confirmans privillegiurn domini Bele quondam illustris regis Hungarie, proavi nostri, super libertate et terra per eundem ipsis civibus concessis, confectum, petens nos precum instancia subiectiva, ut ipsum ratificare et approbare, ac nostri novi et autentici sigilli apposicione ad maiorem cautelam de benignitate regia dignaremur confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina od 14. oklobra 1322.)* Nos igitur iustis et legitimis admissionique dignis eiusdem magistn Thome peticionibus favorabiliter inclinali predictum privilegium nostrum non abrasum non cancellatum, nec in aliqua sui parte viciatum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes ratificamus et approbamus et prescriptas libertates cum pretacta terra ipsis hospitibus nostris de monte Grech et suis posteritatibus apposicione novi sigilli nostri et autentici presencium patrocinio perpetuo confirmamus. In cuius confirmacionis seriem et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras novi et autentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endree lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCCXX quarto, octavo ydus marcii, regni autem nostri anno similiter XXIIII; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi, archiepiscopis; Johanne Nytriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de Syrmio, Ladizlao Quinque--ecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transilvano, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei ieliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite Scepusiensi et de Vywar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchinensi, Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nytriensi, Thoma voyvoda Transilvano et comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie et comite Supruniensi, Paulo bano de Machou, comite Syrmiensi, de Wolko et de Budrug, Mykch magistro tavarnicorum domine regine consortis nostre karissime, Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Blasio magistro agasonum nostrorum, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum et Nicolao comite Posoniensi, aliisque quam pluribus comitatus regni tenentibus et honores.

Original ti arkivti grada Zagreba. Vrvce bijele i zelene boje, pecat jjtpao.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 108.—109.

146.

1324, 9. marta. **D Zadru.**

Ivan Draginić prodaje Frani smu Stjepanovu gradjanmu zadarskom dva komada svoje zemlje kod sv. Gjurgja i kod Maloga Lisca.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimotrecentesimo vigesimo tercio, indicione septima, die nono mensis marcii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Fateor ego Johannes filius olim Dragine Peruoslaui de Draginich, quomodo cum uoluntate et consensu Radoslaue matris mee ibidem presentis do, uendo, trado et transacto tibi Francisco condam Stephani ciui Jadre pro te tuisque heredibus et successoribus recipienti duas pecias meas terre positas in Draginich districtus Jadre; vna quarum est sub ecclesia sancti Georgii, que est circa vnius gognai et dimidii ad mensuram comunis Jadre, cui de austro est terra infrascripti Martinussii testis, de quirina terra heredum Petri, de borea terra tui dicti Francisci et heredum Gradini, et de trauersa terra ecclesie predicte; alia posita est prope puteum uocatum paruus Lisac, que est circa duorum gognaiorum, cur de austro terra infrascripti Georgii testis, de borea terra tui dicti Francisci, de trauersa terra Marini condam Disislaui et de quirina terra Radeni olim Dmincussi; ita, ut a modo in antea plenam habeas potestatem dictas pecias terre cum suis pertinenciis et iuribus ad habendum,. tenendum, gaudendum, donandum, vendendum et pro libitu alienandum sicut de tuo proprio. Precio cuius vendicionis ego idem Johannes recepr a te dicto Francisco libras quatuor denariorum venetorum paruorum, quas mihi integre persoluisti. Quas pecias terre cum suis pertinenciis et iuribus ego idem Johannes per me meosque heredes et successores rne obligo et promitto tibi dicto Francisco tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defendere ab omni persona super me dictum Johannem et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Michaele de Zigalo ciue Jadre, Obrado condam Petri, Georgio Helie Martinussio filio condam Peruoslaui et Marmogna filio Jurse omnibus de Draghinich.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Dacaloni examinator manum missi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfu rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkhm u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. III no. 51.

147.

1324, 16. marta. U Trogiru.

Radine Smoko .dodaje svojoj oporuci kodicil.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentessimo vigessimo quarto, indicione septima, regnante domino Karlo(!) serenissimo rege Vngarie. Temporibus venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et nobilis viri domini Marini Mauroceni de Veneciis honorabilis comitis ciuitatis Tragurii, ac nobilium virorum dominorum Desse Bastiani, Johannis Desse et Johannis Petri et Federici Mathei iudicum dicte ciuitatis die XVI. mensis marcii. Constat Radine Smoco suum condidisse testamentum scriptu.m manu mei notarii infrascripti, set(!) quia circa quedam que in dicto testamento continentur voluntatem mutauit, quia licet cuilibet usque ad finalem vite sue voluntatem mutare . . . presentibus codicillis dictum testamentum obtinere possit plenissimam firmitatem. Hoc tamen addito, quia voluit, quod totum naulum, quod percipietur post hobitum(!) ipsius de medietate canipe, de medietate pamenti, quam habet Duimus positum(l) Tragurii iuxta mete(!) Julle Crepissan caliga[rium] detur opere ecclesie sancti Laurentii de Tragurio, quousque quod Jadre eius filius erit presbiter et postquam . . . Jadre erit presbiter dictus Jadre percipiat naulum dicte medietatis dictarum canipe et pamenti, donec ipse visserit, post ipsius hobitum totum dictum naulum dicte medietatis, dicte canipe et pamenti in opere . . . . ecclesie semper causa si ipse Jadre hobierit(!) antequam esset presbiter al . . . postea et quod dicta medietas dictarum canipe et pamenti non possit per aliquam personam modo aliquo vendi, obligari nec allienari. Et hanc asseruit suam esse ultimam voluntatem, quam va!ere voluit iure condicillorum et iure cuiuslibet alterius ultime voluntatis quo melius valere potest. Actum Tragurii, in domo s . . . . dul dompno Stoiano Syme et Peruisa Mathei testibus rogatis et Gausigna Petri examinatore.

(Drugi rukopis.J

Ego Gausigna Petri examinator conscius examinaui.

(Signum not.J

Ego Andreas Petri de Ancona autontate inperiali notarius, iuratus notarius communis Tragurii hiis omnibus interfui et [rogatusj scripsi et publicaui.

Origmal n arkivu kaptola u Trogiru no. 45.

148.

1324, 29. marta. U Zagrebu.

Pred zagrebačkim kaptolom prodaje Zupan Valentin svoj posjed Zamlačje za 40 maraka Hektoru Grebenskomu.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruemre, quod accedentes ad nostram presenciam comes Valentinus iobagio castri Varosdiensis ex vna parte, magister Hector filius Wlkozlai de Greben ex altera coram nobis personaliter constituti, idem comes Valentinus quandam possessionem suam hereditariam Zamlacna vocatam in comitatatu Warosdiensi existentem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis ad eandem vniuersis, metis distinctam infrascriptis. annuentibus commetaneis et vicinis viua voce dixit et confessus est se predicto magistro Hectori vendidisse, tradidisse et assignasse, sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tenendam irreuocabiliter et habendam pro quadraginta marcis bonorum denariorum banalium, singulas marcas cum singulis quinque pensis computatis receptis ab eodem, sicut dixit, ple[narie]. Cuius quidem possessionis mete, prout nobis discretus vir magister Johannes socius et concanonicus noster, quem ad reambulandam eandem miseramus, in scriptis reportauit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit ab orie[nte iuxta] puteum ante villam, et ibi est meta terrea et tendit contra meridiem per metas sepe sitas, et veniens transit aquam que vocatur Plituicha et venit in arborem, que vocatur tulfa, sitam inter duas vias crucesig[natam], et ibi est ab oriente commetaneus J[o]achin filius Manche, et vadit contra meridiem per viam' quandam et tenet metas per arbores cruce signatas et transit quoddam flumen nomine Churnuk et per eandem viam [te]ndens peruenit ad aliud flumen eiusdem nominis et intrans in viam vadit per eam vsque dum perueniens conterminatur terre Jacobi fili(!) Vichen, et tenet metas cum eo et diuidunt metas due arbores, [vna] vocatur tul, altera gertean cruce signate, habentes sub se metas terreas, et uertitur ct vadit contra septemtrionem in via per arbores cruce signatas mixtas metis terreis per longum spacium et peruenit ad arborem que vocatur tulfa et ad arborem piri cruce signatas, inter quas est meta terrea, et exiens de via tendit ad septemtriofiem et tendit ad antedictum Plituicha et transit snb. molendino predicti Jacobi ad ictum lapidis et ibi est arbor tul cruce signata, sub qua est meta terrea et vadit ad septemtrionem et peruenit ad arborem tul habentem duas cruces et ibi exit de silua et tendit per campum per metas terreas, et transit vnam viam et fine cuiusdam fossati, ab oriente in eodem campo per longam terram vadit per metas terreas et ibi desinunt mete Jacobi et conterminatur terre Martini filii Nezdesa et tenet metas cum eo a septemtrione, et vadit contra orientem in longitudine vnius diete et ibi sunt iterum tres mete terree, et vertitur contra meridiem ad longitudinem alterius modice diete et est ibi magna meta terrea iuxta frutices qui wlgo dicuntur horozt, et desinente terra Martini conterminatur terre dicti Joachyn et tenet metas cum eo et vadit per metas terreas contra meridiem vsque dum veniens priori mete conterminatur. Verum quia nobilis vir magister Nicolaus filius Petri de Ludbreg racione dotis domine consortis predicti comitis Valentini vice et nomine ipsius domine dictam vendicionem prohibebat coram nobis, nos ad peticionem predicti magistri Hectoris et eciam communi iusticie obtemperare cupientes, discretum virum socium et concanonicum nostrum magistrum Martinum ad ipsam dominam duximus destinandum ad faciendum et inquirendum super hoc ipsius Voluntatem, qui socius noster demum ad nos rediens nobis retulit, quod ipsa domina super hoc presente predicto m[agistr]o Johanne similiter socio nostro, qui ipsam possessionem ex destinacione nostra reambulabat, per eum palam et oculte requisita respondit, quod in nullo ordinacioni mariti sui contradicit, ynio quidquid fecit in uen[dici]one possessionis antedicte ratum habere intendit atque firmum. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes ad peticionem parcium contulimus litteras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum feria quinta proxima ante dominicam iudica, anno domini M°. CCC°. vicesimo quarto.

Iz originalnog prijepisa zagrebackog kaptola od 9. novemira 1372. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2337. — Stara sig-n. N. R. A. fasc. 1597. no. 24.

149.

1324, 2. aprila. U Trogiru.

Vijeće irogirsko izabire neke svoje gradjane poslanicima za dogovor s knezovima hrvatskim u Šibeniku.

In Christi nomine amen. Anno eius nativitatis 1324., indictione 7., die lunae *2.* aprilis, regnante domino Karolo serenissimo rege Hungarie, tempore venerabilis patris domini Lampredii episcopi, nobilis et sapientjs viri domini Marini Mauroceni honorabilis comitis et capitanei, et nobilium virorum dominorum Desse Bastiani, Joannis Desse Petri, Joannis Petri Duymi, et Federici Mattei Lucii iudicum civitatis Traguriensis in pleno et generali consilio communis et civitatis Traguriensis voce preconis et sono campane more solito congregato de mandato dicti domini comitis et capitanei, et voluntate dominorum octo iudicum et consiliariomm dicte civitatis. Supradictus dominus comes et capitaneus pro se et successoribus suis de voluntate et consensu omnium et singulorum in dicto consilio existentium, et ipsum consilium universum cum ipso domino comite et capitaneo et eius auctoritate, qui omnes dictam civitatem et commune Traguriense totaliter representant, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt unanimiter et concorditer et ex certa scientia nobiles et sapientes viros dominos, Danielem Jacobi Victuri, Casoctum Nicole, Michaelem Stephani et Federicum Mathei Lucii honorabiles cives Tragurinos absentes tamquam praesentes suos et dicte civitatis et communis Traguriensis solemnes ambassiatores et certos nuntios et sindicos specialiter ad comparendum pro ipso domino cormte et capitaneo et dicto consilio generali, et dicte civitatis et communis Traguriensis, et se praesentandum in colloquio sive parlamento, quod fieri debet in Sybenico,. vel alibi per magnificos et sapientes viros dominos, Bartholameum Michaelis, Justinianum Justiniano et Jacobum Gradonico de Venetiis honorabiles ambassiatores magnifici domini incliti ducis Venetiarum in partibus Dalmatiae et Sclavoniae, et per nobilem et sapientem et potentem virum dominum Alexandrum Maurocenum de Venetiis honorabilem comitem et capitaneum Sibenicensem, et ipsius Sibenicensis civitatis nobiles, per quampluries egregios comites et magnates et barones, ac nobiles viros Sclavoniae sive Croatiae atque Dalmatiae et ad dicendum, tractandum etc. in dicto colloquio sive parlamento, et cum illis, qui erunt in dicto colloquio omnia et singula, quae ipsis dominis, sindicis, vel maiori parti ipsorum videbitur fore utile pro

bono statu dictae civitatis Traguriensis, et eius districtu, et totius Dalmatiae et Croatiae etc. Promittentes etc.

Lucius Memorie di Trau. 176.

150.

1324, 11. aprila. U Zagrebu.

Pred zagrebačkim kaptolom daruje ban Ivan Diomzu Kostajmčkom posjed Grgjen.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod magnificus vir Johannes banus a nobis per suas litteras et nuncios pluries postulauit, vt ad ipsum aliquos ex nobis transmittere dignaremur, coram quibus super donacione cuiusdam possessionis magistro Dyonisio filio comitis Petri de Coztanicha nepoti suo facta, suam exprimeret voluntatem. Nos vero iustis et congruis peticionibus eiusdem fauorabiliter inclinati, discretos viros magistros dominum Jacobum prepositum ecclesie nostre et Bonoram archidiaconum de Kemluk ac decanum ad ipsum duximus transmittendos, qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod predictus dominus Johannes. banus coram ipsis, pensatis fidelitatibus et meritoriis seruiciis nobilis viri magistri Dyonisii filii comitis Petri de Coztanicha nepotis sui predicti,. quibus eidem tam in partibus Sclauonie, quam in partibus Theotonie,. Boyemie, Seruie, Bozne necnon ultra mare, et specialiter in curia Karoli illustris regis Hungarie non absque effusione sui sanguinis et suorum fidelium seruientum ab euo puerili non parcendo rebus et persone multipliciter se gratum exhibuit et acceptum, quandam possessionem suam empticiam Gergen vocatam in diuisione cum fratribus suis habita ipsum porcionaliter contingentem, confessus est se dedisse, donasse, tradidisse et assignasse cum omnibus suis utilitatibus, videlicet vineis, siluis, pratis nemoribus, aquis, piscaturis et quibuslibet aliis adiacenciis ad ipsam possessionem spectantibus vniuersis, predicto magistro Dyonisio filio-. comitis Petri de Coztanicha nepoti suo et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tenendam,. irreuocabiliter et habendam. In cuius eciam donacionis certitudinem. maiorem instrumenta seu priuilegia nostra, quibus predictam possessionem possidebat eidem magistro Dyonisio fecit coram nobis assignarL

Nec hoc eciam uolumus pretermitti, quod predictus dominus Johannes banus coram predictis domino Jacobo preposito et Bonora archidacono prout iidem nobis recitarunt, obligauit se predictum magistrum Dyonisium et heredes suos expedire ab omni, si quam racione dicte possessionis processu temporis contingeret oriri questione, in propriis suis laboribus et expensis. Cuius quidem possessionis mete, prout in predictis nostris litteris uidimus contineri, prima meta incipit a quodam riuulo a parte occidentali ubi est arbor tylie in uicinitate terre Nicolai fili(!) Miko, inde uadit ad orientem et peruenit ad arborem harazt dobrouezt uocatam. ubi vicinatur terre Leuchini filii Isip, inde per berch uadit ad arborem iohor cruce signatam, deinde in uia eundo cadit per berch ad caput cuiusdam riuuli Belipotok uocati, ct per ipsum uadit et cadit ad alium riuulum Gergen uocatum, per ipsum cadit ad aquam Solna, inde per locum molendini exit de aqua Solna et peruenit ad arborem harazt cruce signatam meta terrea circumfusam, inde paruum(! i insula ad arbores harazt et nar meta terrea circumfusas, exinde ad arborem harazt meta terrea circumfusam iuxta riuum Voich, deinde ad arborem harazt meta terrea circumfusam, exinde ad montem ad arborem tylie meta terrea circumfusam, inde ad septemtrionem in via uadit ad arborem gertan meta terrea circumfusam, inde ad arborem tilie cruce signatam iuxta viam, deinde ad viam cruce signatam, exinde versus orientem ad metam terream iuxta viam, inde in magno spacio eundo in via uenit ad arborem harazt meta terrea circumfusam, transeundo metas Jaco fili(!) Zoriani vbi vicinatur terre Mathee, inde ad lapidem angularem, inde versus meridiem in semitta ad arborem harazt ubi est meta terrea, deinde per tres arbores harazt cadit ad vnum vsuin, inde cadit ad riuulum Turicha in loco molendini, inde per pratum ad duas metas terreas in berch inter arbores, exinde uersus occidentem venit ad arboreni graberk meta terrea circumfusam, inde eundo per uiam in magno spacio peruenit ad aliam viam, per quam uadit ad meridiem ad arborem harazt meta terrea circumfusam, inde ad aliam viam, de qua ad occidentem eundo venit ad metam terream, que est meta inter terram T . . . a et Gergen, inde ad aliam metam, que separat terram Gergen et Zagula, inde infra ad siccam vallem, per quam ad portum aque Dobren, inde ascendit supra et exit ad puteum, inde per campum Borch directe eundo cadit ad aquam Zolna in loco molendini, inde eundo paruum ad septemtrionem venit supra montem ad arborem tilie, iuxta quam est meta terrea, inde directe per berch versus occidentem in valle venit ad arborem harazt cruce signatam, vbi cadit in riuulum Koligna vocatum et per ipsum vadlt supra versus septemtrionem et peruenit ad metam primitus nominatam. Ceterum, quia ex relacione

predictorum sociorum nostrorum et plures litteras predicti domini bani nobis missas super predicta donacione nobis consHtit veritas omnimoda, ad perpetuam rei memoriam et firmitatem presentes eidem magistro Dyonisio contulimus litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria quarta proxima post dominicam ramispalmaium, anno domini M°. CCC° vicesimo quarto.

Iz originalnog prijepisa istog kaptola od 18. marta 1325. u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.338. — Stara signatura N. R. A. Jasc. 458. no. 15.

151.

1322, 22. aprila. (U Napulju).

Izvoz žita iz Napulja.

Doptšta se »Karolo Ungarie regi« *izvesti* »frumenti salmarum centum, ferendarum ad terram Spalati de provincia Sclavonie.«

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pr. 3. 58.-59.

152.

1324, 13. maja.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Ivanu, Jakovu i Petru sinovima Lovre svoju darovnicu od 29. marta 1318., koja sadržaje darovnicu kraljice Elizabete od g. 1290. za ftosjed Sv. Martina.

[Kjarolus dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris salutem in omnium saluatore. Solet a principe confirmari quod licite postuhtur, quia sicut iuris est occupata indebite in statum debitum reuocare, sic est equitati consonum optenta legitime regio patrocinio roborare. Proinde vniuersorum noticie harum serie volumus peruenire, quod Johannes filius magistri Laurencii dicti de Suprunio pro se et pro Jacobo ac Petro fratribus suis vterinis, item pro Petro filio Nicolai fratris ipsorum ad

tnostram accedens presenciam, exhibuit nobis. priuilegium nostrum sub priori et antiquo sigillo nostro confirmans priuillegium domine Elizabeth -clare memorie quondam regine Hungarie super collacione vyznicatus sancti Martini in comitatu de Wereuche existentis facta confectum, .petens nos humili precum cum instancia, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro dignaremur sigillo nouo et autentico confirmare. Cuius -quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od g. 1318., .koja potvrdjuje listinu kraljice Elizabete od'-§-. 1290., ddrovnicu za Lovrti sina Lovre).* Nos itaque ad peticionem ipsius magistri Johannis pro se •et fratribus suis supradictis nobis porrectam, prescriptum priuilegium nostrum in nulla sui parte uiciatum presentibus insertum approbamus, ratificamus acceptamus et dictum vyznicatum de consilio baronum nos-•trorum eisdem Jacobo, Johanni, Petro filiis Laurencii et Petro filio Nicolai ipsorumque heredibus sub appensione noui sigilli nostri perpetuo possidere et habere presencium patrociriio confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem piesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti. et fidelis nostri, anno domini M°. CCC°.XX.° quarto, tercio ydus maii, regni autem nostri anno similiter vigesimo quarto; venerabilibus in Christo patribus Bolezlao .Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi, auleque nostre cancellario, archyepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauri--ensi, Gregorio Syrmiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transsiluano, Herrico Wesprimiensi •et Chanadino Agriensi dominis episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Phillippo palatino, comite Scepusiensi et de Wyv/ar, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum, comite Bachiensi •et Trinchiniensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadiensi et Nitriensi, Thoma woywoda Transsiluano et comite do Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Sopruniensi et de Kamarun, -Paulo bano de Machow, comite Syrmiensi, de Wolkow et de Budrugh, JDyonisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agasonum nostrorum, Nicolao comite Posoniensi et aliis quarn pluribus regni nostri -comitatus tenentibus et honores.

Onginal u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. Mo. 34.092. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1504. no. 13.

Na hshni visi o zuto-crvenoj svilenoj vrvci slomljeni dvostruki pečal.

153.

1324, 16. maja.

Ivan XXIJ. papa imenuje Toшu kanonika, Eskalanskoga nadbiskupom dubrovačkim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto fiiio Thome electo Ragusino, salutem et apostolicam benedictionem. Regimini universalis ecclesie etc. Dudum siquidem Ragusina ecclesia per obitum bone memorie Laurentii archiepiscopi Ragusini, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris solatio destituta. Nos vacatione ipsius ecclesie fidedignis relatibus intellecta, cupientes regimini eiusdem ecclesie personam utilem per nostre solicitudinis studium presidere, provisionem ipsius ecclesie ea vice dišposicioni nostre ac sedis apostolice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum autem dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie, huiusmodi nostre reservationis forsitan ignari, dilectum filium Marinum de Martonsio canonicum Ragusinum in Ragusinum archiepiscopum elegerunt: huiusmodi autem electionis negotio ad noticiam nostram deducto, nos electionem ipsam, utpote post et contra reservationem et decretum huiusmodi attemptatam, irritam, prout erat, decrevimus et inanem, ac deinde de ipsius ecciesie ordinatione celeri, ne prohxe vacacionis subiaceret incommodis, solicite cogitantes, et talem ilii preesse pontificem cupientes, per quem posset dicta Ragusina ecclesia utiliter dirigi et salubriter gubernari, post deliberacionem, quam super hoc cum fratrjbus nostris habuimus diligentem, demum ad te canonicum Esculanum, in sacerdocio constitutum, litterarum sciencia preditum, morum et vite honestate decorum, et multiplicium aliarum virtutum dotibus, prout ex testimoniis fidedignorum accepimus, insignitum, direximus aciem nostre mentis. Intendentes igitur tam dicte Ragusine ecclesie, quam gregi dominico eiusdem salubriter et utiliter providere, et sperantes in domino, quod per tuum ministerium studiosum eadem Ragusina ecclesia poterit salubriter regi et utiliter gubernari, de persona tua nobis et eisdem fratribus accepta de dictorum fratrum consilio eidem ecclesie Ragusine auctoritate apostolica providemus, teque ipsi in archiepiscopum preficimus et pastorem, curam et administrationem illius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie commictendo, firma concepta.. fiducia, quod eadem Ragusina ecclesia sub tuo felici regimine, dextera domini tibi assistente propicia, salubriter et prospere

dirigetur, et grata spiritualiter et temporaliter suscipiet incrementa Quoćirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino suscipiens reverenter in ipsius Ragusine ecclesie ampliandis honoribus et profectibus promovendis sic te reddas sine intermissione solicitum, gregem dominicum in illa vigilancie tue commissum doctrina verbi et operis infonnando, ut exinde apud remotos et proximos tui fama clareat per effectum, et in delectationem nobis veniaf ~opb*ftuno terripore gratiose te prosequi, et tuis desideriis favorem benivolum impertiri. Datum Avinione, XVII. kalendas iunii, pontificatus nostri anno octavo.

In eodem modo. Venerabilibus fratribus universis suffraganeis et dilectis filiis capitulo ecclesie Ragusine, clero et populo civitatis et diocesis Ragusine, necnon universis vassallis ecclesie Ragusine.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 203. str. 156.—157. Iz reg. orig. an. VIII. par. 2. ep. 1535.

154.

1324, 21. maja. U Napulju.

Filifi knez Albanije i Drača •poivrdjuje Babonićima sva dobra darovana im od njegova rodjaka kralja Karla Roberta.

Philippus illustris principis Tarentini primogenitus, magnus Romanie despotus, regni Albanie ac civitatis Dyracii dominus universis presentes literas inspecturis tam presentibus quam futuris. Subiectorum fidei probata constantia et experte devotionis integritas laudabilibus operibus, coad(!) vite digne, apud principes promerentibus votivum inveniunt in eorum petitionibus exauditionis affectum. Sane pro parte nobilis viri Johannis bani quondam totius Sclavonie illustris regis Ungarie, reverendi consobrini nostri carissimi, fidelis nostrique devoti fuit celsitudini nostre noviter supplicatum, ut terras, possessiones, castra, fortallitia et omnia alia bona feudalia, que ipse et consanguinei eius possident, illis confirmare benignius dignaremur. Nos igitur attendentes grata, utilia pariter et accepta servitia, que idem Johannes illustri regi Ungari prefato patruo nostro gratanter exhibuit, que non minus, quam si ea nobis corporaliter prestitisset, grata quamplurimum et placida reputamus, ipsius supplicationi benignius inclinati sibi pro se et consanguineis suis dictas terras, possessiones, castra, fortallitia et omnia alia bona feudalia, que ex concessionibus cathoH*-corum regum Ungarie seu alio quocunque iusto rationis titulo in eisdem

partibus tenent et possident seu acquirere, possidere et tenere modo quo supra poterunt in futurum, quantum in nobis est, de certa nostra scientia et gratia speciali tenore presentium confirmamus, reservato verumtamen prefati regis Ungarie, sub cuius potestate et maiori dominio bona ipsa consistere dinoscuntur, beneplacito et assensu, iuribus ctiam curie nostre et cuiuslibet alterius semper salvis. In cuius rei testimonium presentes patentes literas fierLet magno pendenti sigillo nostro iussirrfus communiri. Datum Neapoli, in absentia cancellarii paterni et nostri, anno domini millesimo CCC. XXIIIL, die XXI. maii, VII. iudictionis.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 95.—96. — Mi ispravismo neke nebitne možda i Hskarske pogreške.

155.

1324, 27. maja. U Trogiru.

Vijeće trogirsko daje nafiutke svojim poslanicima glede izmirenja Zadra i Šibenika.

[In Christi nomine amen. Anno a nativitate eius]. 1324., indictione 7., die 27. madii. Nos Marinus Mauroceno comes et capitaneus Traguriensis cum nostris iudicibus et consilio a vigenti committimus vobis nobilibus viris Gregorio Salinguerre et Vicentio Ampleusi dilectis fidelibus et ambassiatoribus nostris, quod eatis Jadram, et quod dominum comitem Jadrensem, nobiles et commune dictae civitatis ex parte nostra et nostrorum nobiliurn et communis Traguriensis salutetis cum illis pulchris et decentibus verbis, quibus vobis videnitur convenire. Item, quod ex parte nostra et communis Traguriensis exponatis eis, quomodo dicitur per nobiles Sybenzanos, quod super eo, quod ipsi detinent Sibenzanis quasdam insulas, quas dicti Sibenzani dicunt ad se spectare, nolunt se compromittere in dominum ducem, nec in communes amicos, nec volunt, quod per sapientes iuris ipsarum insularum questio terminetur, offerentes se Sibenzani iura sua, que habent superinde sigillata transmittere Venetias, Paduam, Bononiam, Parisam, vel quocumque placet Jadratinis, et ipsi Jadratini sua iura similiter mittant ad hoc, quod dicta questio sine debito terminetur; de quo, si ita est, nobis displicet cupientibus, quod ipsi Jadratini et Sybenzani quiete et amorose vivant ad invicem, sicuti debent facere boni vicini; et quia ipsi Jadratini sunt amici hominum Traguriensium et ipsi Sybenzani etiam sunt non solum amici, sed tamquam fratres

hominum Traguriensium, utpote fraternitatis unitate ligati, et quia tam ipsi Jadratini et Sybenzani, quam nos sumus omnes Dalmatini, et sub alarum umbra domini ducis, et eius dominio suppositi; ideo rogamus ipsos Jadratinos ut amicos karissimos, quod in dicta questione taliter se habeant et in predictis talem modum et viam inveniant, quae deo et hominibus mundi placeat, et quod inter ipsos Jadratinos et Sybenzanos omnis scandali/materia, quae oriri possct, quod deus avertat, tota tollatur. Item, quod offeratis nos ipsi domino comiti fadrensi, nobilibus et civitati Jadre ad faciendum in predictis et aliis omnibus, quae scimus et possumus omnia, quae spectant ad utriusque communis et civitatis commodum et honorem. Item, quod faciatis transitum per Sybenicum dicentes domino comiti, iudicibus et nobilibus Sybenzanis, qualiter Jadram ex parte nostra itis super negotio insularum suarum, quas Jadertini eis tenent, ab eis accipientes superinde informationem, si quam voluerunt vobis dare. Item habita responsione a domino comite Jadre et suo consilio comittimus vobis, quod postea tangatis verba eis super nostro negotio dicentes eis, quod ipsi possunt, prout eis placet, ad nos venire, et nos ad ipsos non possumus mittere gentem nostram propter represalias non rationabiles, quas habent contra nos, quod eis placeat ipsas represalias removere, et super ista materia dicere prout vobis videbitur convenire. Item, quod debeatis requirere eos ex parte nostra, quod super damnis datis nostris hominibus per gentem suam provideant facere quod iustum sit et decens, super quibus damnis et super negotio dictarum represaliarum rogavimus dominos, dominum Bartholomeum Michael, Justinianum Justiniano et Jacobum Gradonico ambaxiatores domini ducis, quod se debeant interponere, et eis dedimus superinde petitionem nostram in scriptis, qui domini ambaxiatores eos requisiverunt super praedictis, et ipsi responsionem non congruam dederunt eisdem; de quo miramur, et ipsos Jadratinos rogetis ex parte nostra, quod super dictis damnis per ipsos datis hominibus nostris taliter se habere debeant,et taliter modum et viam inveniant, quod inter ipsos et nos nullum scandalum oriatur; quia parati sumus in praedictis facere quod conveniat, ut amorem et amicitiam, quam secum hactenus babuimus, diutius conservemus.

Lticius Mem. di Trau. 178.—179.

156.

1324, 29. maja. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački i red Ivanovaca- mire se posredovanjem priora-Filipa od Granane glede desetine.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis presencium noticiam habituris salutem in domino. Sicut dicit beatus Augustinus Decime sunt tributa egencium animarum, que ex debito requiruntur, et qui eas dare nolunt, -res dicuntur inuadere alienas, quas quidem deus in signum vniuersalis dominii suas esse asseuerans pro suo cultu concessit vsibus clericorum. Clericos autem, pro quibus huiusmodi decime in Zagrabiensi exiguntur dyocesi suo modo consueto antiqua consuetudo a iure eciam approbata intelligere uoluit dominum nostrum Zagrabiensem episcopum et capitulum nostrum, ac archidiaconatus habentes in ecclesia antedicta. Et quoniam nequaquam a iure inhibitum reperitur, qui inter personas ecclesiasticas iure ecclesiastico fungentes pacta in huiusmodi percipiendis uel exigendis decimis interuenire ualeant pro annua pensione. Hac -consideracione olim nostri antiquiores ducti cum priore regni Vngarie et fratribus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ad pacta huiusmodi deuenerunt, quod videlicet ipsi fratres de nouem domibus seu cellariis earundem domorum, quas in Zagrabiensi dyocesi habere noscuntur, pro decimis nostro capitulo racione premissa debitis nouem fertones, singulos per sexaginta banales denarios computatos annuatim, sexto kalendas .octobris plenarie persoiui facerent per preceptorem de sancto Martino prope Zelnam; alias si solucionem huiusmodi facere in dicto termino obmitterent, ipso iure nos ad percipiendas decimas, de quibus premittitur in specie essemus restituti, pactis non obstantibus quibuscumque. Cum igitur a solucione huiusmodi census uel pensionis a dictis fratribus uel eorum nomine facienda fere per sex annos preteritos cessatum omnino extitisset, nosque vigore pactorum initorum repetere ab eisdem fratribus omnes decimas illius temporis in specie et de cetero nos poni ad percepcionem decimarum omnium, de quibus predicitur procurari cepissemus, tandem vir religiosus et deo amabilis frater Philippus de Granana sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani prioratuum alme Vrbis et Hungarie prior humilis ad nostram acce•dens presenciam supplicauit, vt rigore huiusmodi temperato, habita solucione tocius census pro preterito tempore per negligenciam suorum fratrum omissis, eisdem pactis olim factis, que superius exprimuntur, •contenti esse dignaremur. Nos igitur deuota instancia inclinati ob per-

*

sone eiusdem reuerenciam et sui ordinis, ad quem specialiter afficimur, recepto censu totali pro tempore in solucione omisso, pacta olim inita reuocare noluimus[1], et ualida reputari. Ad maiorem certitudinem ea iterum exprimentes, vt videlicet nobis annuatim VI. kalendas octobris nouem fertones per LX. denarios fertonem quemlibet[2] conputando in bonis denariis banali denario computato per preceptorem de sancto Martino soluere teneantur fratres domorum superius expressarum; quod si obseruando premissa in aliquo negligentes extiterint, eo ipso rupta pacta intelligantur et nos extunc libere percipiendi decimas in specie antedictas habebimus facultatem. Datum feria tercia post ascensionem domini, anno eiusdem MCCCXXIIII°. •-

Iz potvrde Filipa od Granane, priora ivanovačkoga od 29. maja 1324. sve skupa prepisano po samostanu Cistercita u Zagrebu 20. januara 1328.

Prijepisi kao i ova listina iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 22.—23. Kodeks ti arkivu nadb. u Zagrebu I. B. IX. 167.

Farlati Ilfyr. sacr. V. 416.—417. — Feje'r Cod. dipl. Ilung. VIII. 7. 170,-172.

157.

1324, 29. maja. U Zagrebu.

Filip od Granane prior reda ivanovačkog potvrd,ju je ugovor od 29. maja 1324. izmedju kaptola zagrebalkog i svoga reda vlede desetme.

Nos frater Philippus de Granana sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani prioratuum alme Vrbis et Hungarie prior humilis significamus quibus expedit presencium per tenorem, quod cum ex debito nostri officii ad partes regni Vngarie in Zagrabiensem dyocesim venissemus, grauem discordiam exhortam(l) inter capitulum Zagrabiense et nostros fratres commendatores et preceptores domorum in ipsa dyocesi existentes racione decimarum inuenimus, quas ipsi a dictis fratribus repetebant. Et quoniam ipsos fratres nostros contra dictum capitulum in solucione censuum annuorum racione decimarum per pacta olim inita debitorum non de modico tempore cassasse reperimus, et propter hoc multum excessisse, ad composicionem et quietudinem remediis oportunis cepimus sollicitari capitulum antedictum; et tandem volente domino ad plenam concordiam cum eisdem deuenimus, vt in litteris eorum sigillo

[1] Pisano pogrešno : voluimus.
[2] Pieano: quodlibet u kratici.

consignatis, quas penes dictos fratres nostros conseruare fecimus, plenius continetur. Quarum quidcm tcnor dinoscitur esse talis: *(Slijedi listina kaptola sagrebačhog od 29. maja 1324.j* Nos uero considerantes quietum statum fratrum nostrorum et ius predicti capituii illesum seruari, facta omnia prcmissa per pacta in fomia Iitterarum superius expressarum rata et firma volentes habere, auctoritate, quam in talibus et eciam maiorcm plenam habere dinoscimur confirmamus et in huiusmodi confirmacionis et approbacionis certitudincm sigillum nostri prioratus Hungarie et proprium presentibus duximus appendendum. Datum Zagrabie, XXIX° die exeunte mense maio, anno domini MCCCXXИИ.

Iz prijepisa samoslaua Cistercita kra-j Zagreba od 20. januara 1328.

Prijepis kao i listina ova iz kodeksa: Liber privil. episc. Zo,g. list. 22. Kodeks u atk. nadb. u Zagr. I. B. IX. 167.

Farlati lllyr sacr. V. 416. 117. — Fejer Cod. dipl. Ilung. VIII 7. 169.—172.

158.

1324, 13. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. papa polvrdjuje benediktinskom samostanu na otoku Mljetu hrisovulj pokojnoga srpskoga kralja Uroša II.

Johannes episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii Melite ordinis sancti Benedicti Ragusine dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat,. quod clare memorie Orosius secundus, rex Rascie, de propria salute cogitans et cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici comercio commutare, insulam Melite, casalia Blate, Babinopolle et Verchemelet et quasdam terras et possessiones sitas in eadem insula Melite et Janine, Ragusine diocesis, tunc ad eundem regem pertinentes, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis uobis et successoribus uestris ac monasterio uestro pro suo et parentum suorum animarum remedio pia et prouida deliberatione donauit, prout in priuilegio inde confecto ipsius regis aureo sigillo munito, plenius dicitur contineri. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem rege pie et prouide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et

presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominurrr liceat lianc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, idibus iunii, pontificatus nostri anno nono.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIV. — Pečdtotpao.. Jireček Spom. srp. br. 7, 25.

159.

1324, 16. juna — 1333, 17. jula. U Trogiru.

Izvadak notarski iz oporuke Drage žene Gjurine.

Hec est copia particule testamenti Drage Georgii scripti per magistrum Andream olim notarium Tragurii, cuius tenor talis est: In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigessimo(l) quarto, indicione septima, regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie, temporibus venerabilis patris domini Lampredii episcopi et nobilis viri domini Nicolay Venerii de Venetiis honorabilis comitis ciuitatis Tragurii,. ac nobilium virorum dominorum Petri facobi, Gregorii Salinguerre, Michaelis Stephani et Gregorii Macthei(!) Lutii(!) iudicum dicte ciuitatis. Drage Georgii per dei gratiam sana mente et sensu etc. Et inter cetera reliquid (!) in ipso, reliquid operi ecclesie sancti Laurentii de Tragurio decem libras paruorum etc, item reliquid suum procuratorem dictum Thomixam suum fratrem. Actum in domo dicti Thomixe, die XVI. iunii, presentibus Mengatio Desse et Marroyo Macthei testibus et Jadrice examinatore.

(Signum not.J

Ego Superantius Ranaldutii de Cingulo auctoritate imperiali notarius et nunc communis Tragurii iuratus ut inueni hanc particulam in quatermoto seu memoriale notarii communis scripto per dictum magistrum Andream olim notarii(!) comunis in testamento dicte Drage, ita hic fideliter [exemjplaui nil addens uel minuens fraudulefiter quod sensum mutet uel variet intellectum, set auctoritate et mandato nobilis et sapientis viri' domini Johannis Gradonico honorabilis comitis ciuitatis Tragurii in publicam formam redegi in millesimo trecentesimo trigessimotertio, indictione prima, die XVII. mensis iulii.

Original u arkivu kaptola u Trogiru. no. 46.

160.

1324, 9. jula. U Trogiru.

Trogiram daju naputak kapeianu svoje vojske.

[In Christi nomine- amen. Anno a nativitate eius] 1324, die 9. iulii. Nos Nicolaus Venerio commissarius et capitaneus et iudex et consiliarius. Tragurii cum nostro consilio generali committimus tibi Duymo Stephani, quod sis capitaneus exercitus ducentorum hominum, quem ad presens mittimus Georgio voevode, et Nelipitio voeuode, et filiis Curiacii, siue eorum lige, et quod vadas cum dicto exercitu ad ipsos Georgium et Nelipitium et filios Curiacii, et suam ligam, et ipsos salutare debeas ex parte nostra cum illis plenis verbis, quibus credideris expedire, et eis retractes verba magnae et antiquae amicitiae diutius habite et ostense inter nos et ipsos de modo, quod ipsum Duymum et dictum nostrum exercitum tamquam firmis amicis transmittimus, offerendo sibi dictum exercitum ad sue beneplacitum voluntatis, et fn predictis vtendo pulchris verbis, prout tue prouidentie videbitur expedire. Item, quod esse debeas cum dicto exercitu in ipsorum Gregorii et Nelipitii et filiorum Curiacii, et sue lige auxilium et fauorem contra comitem Steposium de Bosna, et fratrem Steposii, et gentem suam, faciendo in ipsorum Georgii, Nelipitii et filiorum Curiacii territorio quidquid sciueris spectare et pertinere ad honorem et commodum contra ipsum Stephanum et fratrem suum et eorum gentem non exeundo territorium ipsorum Gregorii voyuode et filiorum Curiacii, nisi forte causa dandi bellum, vel accipiendi cum ipso Steposio et fratre suo et eorum gentem ; dum tamen non vadas in Bosna causa agredi aliquid pro ipsis Georgio, Nelipitio et filiis Curiacii contra ipsum Steposium et fratrem suum et gentem suam. Item, quod ad damnum Clissi vel alterius loci vel hominis non accedas, pieterquam dictum comitem Steposium et fratris sui et eorum gentem..

Lucius Memorie di Trau 17/.

161.

1324, 19. jula.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuju prijepis listtne kralja Bele od god. 1225. učinjen f>o kaptolu čazmanskom g. 1323. 22. oktobra, u kojem Bela os'lob'adja Čakana i dr. od podložništva gradu Kriievcu.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus, et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habiturys (!) salutem in omnium saluatore. Cum a nobis petitur quod honestum est, decet maiestatem regiam facilem prebere consensum in hiis precipue, que subiectorum commodis videntur utiliter conuenire. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Georgius filius Georgii et Elyas filius Gregorii de Sebnuche fideles nostri pro se, pro Stephano filio Petri, Andrea filio Iwahun, Mark filio Hegun et Andrea filio Georgii filii eiusdem Hegun consaguineis suis ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis tenorem priuilegii felicissime recordacionis domini Bele quondam illustris regis Hungarie aui nostri karissimi in litteris capimli ecclesie Chaznensis (!) transcriptum et transsumptum super exemptione Chakan filii Mergen, Turduzlo et Tyba ac aliorum in tenore seu continencia ipsius priuilegii expressorum, auorum videlicet suorum et predictorum consaguineorum ipsorum de iobagionatu castri nostri Crisiensis in numerum et cetum nobilium regni nostri emanati et confecti, petentes precum instantia subiectiua, vt ipsum tenorem priuilegii eiusdem domini Bele regis ratificare et approbare ac appensione noui et autentici sigilli nostri de benignitate regia dignaremur confirmare. Quarum quidem litterarum predicti capituli memoratum tenorem continencium tenor talis .est: *(Stijedi listina kaptola čazmanskog od 22. oktobra 1323.).* Itaque nos attendentes, quod iusta et modesta peticio auribus regie benignitati displicere non debet, sed ad exaudicionis graciam admitti meretur, iuxta eorundem Georgii filii Georgti et Elye filii Gregorii peticionem predictum tenorem dicti domini Bele rcgis priuilegii pretactam exemptionem continentem ratificamus, approbamus et presentis scripti priuilegio et auctoritate regia ad perpetuam rei memoriam confirmamus, vtque nostre approbacionis et confirmacionis series absque cuiuslibet contradictionis obstaculo perpetua ualeat firmitate

consistere, presentes concessimus litteras nostras priuilegiales noui et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roborando. Datum per manus discrcti viri magistri Andrce lectoris ecclesie Quinqtieecclesiensis, aulc nostre vicecancellarii dilecti e fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, decimo quarto kalendas augusti. regni autem nostri anno similiter vicesimo quarto; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigonicnsi et iratrc Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitrensi, Benedicto Chanadiensi, fratre Petro Boznensi, Georgio dc sancto Ireneo, Nicolao Jauriensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, Herrico Wesprimiensi, Chanadino Agriensi et Andrea Transiluano ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite dc Sccpus et de Wywar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorurn, comitc Bachiensi et Trinchiniensi, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Suprunicnsi et de Kamarun, Paulo bano de Machou, comite Sirimiensi de Wolkou et de Budrugh, Thoma waywada Transiluano, comitc de Zonuk, Mykch magistro tawarnicorum domine regine consortis nostre karissime, Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agasonum nostrorum et Nicolao comite Posoniensi aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Orisrinal u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata л. 1225.

Na listini visi nešto svilene žute vrvce ; peeat je otpao.

Na hrfitu istom rukom : »Super exempcione iobagionam castri Crisyensis.*

162.

1324. 5. augusta. (U Kotoru).

Drago de Balduino sa stnovima svojima izabire Sergipa župntkom crkve sv. Lovre u Pladinu.

Anno domini 1324., mensis augusti die quinto, coram testibus ibi•dem notatis. Nos quidem Drago de Balduino una cum filiis mei Marco et Nicolao, atque Marinus Philippus nepos quondam Junii de Calisto haereditarii ecclesiae sancti Laurentii de culpho Catharensi in Pladino, de bona voluntate nostra eligimus presbyterum Sergium filium quondam Domane de Bolizza, canonicum ecclesiae cathedralis, abbatem et rectoxem dictae ecclesiae, ut ipse tamquam verus et legitimus abbas et

rector eiusdem, ipsam ecclesiam gubernet, disponat et regat in conscientia sua, sicut convenit et decet, et sub tali conditione, quod si aliquis ex filiis meis dicti Dragonis Balduini haeredem haberet clericum, dictus Sergius teneatur dare partem introitum ecclesiae superstitem. Hi sunt testes: Cerce de Giga, et Paulus Nicolai iurati iudices civitatis. Et ego Petrus Viti communis Catharensis iuratus notarius his omnibus interfui et rogatus me subscripsi et roboravi.

Farlati Illyr. sacr. VI 4-13-444.

163.

1324, 4. septembra. 0 Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim daruje Ladislav de Neona Iri dijela svojih posjeda u županiji vukovskoj svomu zetu magistru Nikoh.

Capituium ecclesie Boznensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad universorum noticiam scilicet presencium et futurorum harum serie volumus pervenire, quod comite Ladislao de Neona filio quondam comitis Seruesde ab una parte, et magnifico viro magistro Nicolao comite nunc Posoniensi genero eiusdem ex altera, coram nobis personaliter constitutis, per eundem comitem Ladislaum propositum extitit viua voce et relatum, quod cum ipse per Josyp filium Johannis in presencia magnifici viri magistri Lamperti, quondam iudicis curie excellentissimi principis domini Karoli dei gracia illustris regis Hungarie, processu et ordine iudiciario in sentencia seu condempnacione persone et capitis sui et ad amissionem omnium possessionum et rerum suarum convictus extitisset, predictus magister Nicolaus gener suus in huiusmodi periculo suo seu causa sua periculosa prescripta et caput et personam suam taliter periclitantem propriis laboribus et speciali bonitate ac filiali dileccione occurrendo erga excellentissimum dominum Karolum regem Hungarie predictum et iudicem [curie] sue prescriptum iuxta debitum proximitatis tanquam fiiius pro patre partes suas diligentissime apponens, rebus, labori et proprie persone sue non parcendo racfionabiljiter liberasset et a predicto Josyph(!) in presencia eiusdem domini regis et iudicis curie sue prescripti in premissis penis seu gravaminibus iudicialibus, in quibus contra ipsum Josypli premisso modo remanserat, eidem perpetuum silencium super hoc inponendo defendisset; advertens igitur idem comes [Ladislajus predictum magistrum Nicolaum generum suum omni dileccione et amore

filiali in premissis causis suis periculosis sibi astitisse, volensque eidemdebite dileccionis vicissitudine et amore paternali respodere, tres partes possessionum suarurn Neona et Zeulche vocatarum, in Wolko existencium, ac castri similiter Neona vocati et omnium aliarum villarum et possessionum ad predictas possessiones Neona et Zeulche pertinencium, per ipsum acquisitas et ipsum solum contingentes, sicut dicit, tam pro eo quia idem magister Nicolaus ipsum a perdicione capitis sui liberavit et possessiones suas propriis iaboribus restauravit, quam in recompensacionem quingentarum marcarum, quas idem comes Ladislaus per eundem magistrum Nicolaum generum suum in execucione premissi periculosi negocii sui et aliarum quamplurium causarum suarum sepius diversimode expendisse asserebat, quam eciam in signum proximitatis et dileccionis paternalis, cum omnibus earumdem utilitatibus et pertinenciis vniuersis sub antiquis metis distinccionibus et terminis, quibus ab olym habite extiterunt et possesse, simulcum ecclesiis, videlicet beate Marie virginis et sancti Georgii martiris in eadem Neona constructis et patronatibus earumdem prenominato magistro Nicolao genero suo et suis heredibus, heredumque suorum successoribus, confessus est se dedise, donasse et' contulisse, ymo dedit, donauit et contulit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas et habendas. Preterea quartam partem earumdem possessionum Neona et Zeulche vocatarum et castri similiter Neona vocati, ac aliarum omnium villarum et possessionum ad predictas possessiones spectancium similiter cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet idem comes Ladislaus nobili domine Katherine filie sue, consorti eiusdem Nicolai pro quarta. sua, quam in possessionibus suis eadem domina de iure et iuxta consuetudinem regni Hungarie habere dinoscitur, confessus est similiter perpetuo et in filios filiorum suorum se dedisse, donasse et contulisse, ymo dedit, donauit et contulit coram nobis; iitteras eciam et instrumenta super eisdem possessionibus quocumque acquisicionis titulo confecta ad manus eiusdem magistri Nicolai dando et assignando, ct si aliqua ex ipsis forsitan forent reseruata, cassa reddidit et inania, ita, ut si processu temporum per quempiam coram quouis iudice fuerint presentata, vires non habeant aliquales. Datura feria tercia proxima ante festum nativitatis virginis gloriose, anno domini millesimo CCC° vigesimo quarto.

Original u kr. ugar. driav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. «.».. 225 Г. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 952. no. 7.

Na listini visi svilena vrvca žute boje; pečata više nema.

Na hrptu istom rukom: •»Priuilegiam super Neunai..
Ispod toga savremeno: »Non esl, rescrii>tum (to se za cijeio odnosi ма regislraciju ti kaptoiu).*

Nagv Codex dipl. Andeg. II., 756.—157.

164.

1324, 15. septembra. U Zadru.

Madije de Petrigo potvrdjuje Marinu de Peloso, plebanu sv. Stje- •pana u Zadru, da mu je otplatio treći rok duine svote.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem miitesimo trecentesimo vigesimo quarto, indictione septima, die quintodecimo mensis septembris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Confiteor ego Madius filius Jacobt Madii de Petrico, ciuis Jadrensis, me recepisse a te Marino de Peloso plebano .sancti Stephani de Jadra; ciue Jadrensi, libras centum denariorum venetorum paruorum de libris quadringentis, quas michi debes per publicum instrumentum, scriptum per Michaelem Leonardi Jadrensem notarium, sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo, indictione quarta, die sextodecimo mensis nouembris, Jadre et cetera, ut in eo legitur. Quas libras centum recepi pro tercia paca seu solucione tercii anni et tercii termini dictarum librarum quadringentarum. Super quibus et de quibus libris centum plenam et irreuocabilem securitatem et quietacionem facio tibi predicto Marino de non petendo ipsas libras centum tibi predicto plebano, tuisque heredibus et successoribus uel alteri tuo nomine per me meosque heredes et successores uel per alium meo nomine in perpetuum per dictum instrumentum uel per aliquam aliam uiam pro dicta tercia paca seu tercio termino sub pena quarti eius," quod peteretur, et omnium expensarum, que fierent in iudicio et extra. Hoc instrumento securitatis in suo uigore manente, obligans ad hoc ego predictus Madius me et bona mea omnia presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Stephano de Sloradis plebano sancti Mathei de Jadra, et Vulcigna condam Miche de Matafaro, ciuibus Jadre, et aliis.

(Drugi rukopts).

Ego Nicholaus Benedicti de Matafaro examinator manum misi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi [adrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Sign. not.J.

Original u gubernijat. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikote br. 726.

165.

1324, 26. septembra. U Avignonu.

Papa Ivan XXII. imenuje nadbiskupom spljetskim Bahana firije nadbiskupa kolockoga.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Baliano olim archiepiscopo Colosensi in archiepiscopum Spalatensem electo, salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis solicitudo requirit, ut ipse circa cuiuslibet statum ecclesie sic vigilanter intendat, sic proficiat diligenter, ut per eius circumspectionem providam et providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis accommode, prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur, sicque ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, votive prosperitatis successibus gratulentur. Dudum siquidem Spalatensi ecclesia per obitum bene memorie Petri archiepiscopi Spalatensis, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos, vacatione huiusmodi ecclesie prefate fidedignis relatibus intellecta, cupientes regimini eiusdem ecclesie utilem personam per nostre solicitudinis studium presidere, provisionem ipsius ecclesie ea vice dispositioni nostre ac sedis apostolice duximus specialiter reservandam, decernendo extunc irritum et **inane,** si secus super hiis per quoscumque scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Postea vero de provisione utili et salubri ipsius ecclesie, ne prolixe vacationis exponeretur incpmodis, solicite cogitantes, cum nullus preter nos hac vice de provisione huiusmodi disponere possit, reservatione huiusmodi obstante, post deliberationem, quam ad preficiendum eidem ecclesie ydoneam et approbatam personam cum fratribus nostris habuimus diligentem, in te tunc archiepiscopo Colosensi, consideratis attente grandibus virtutum meritis, quibus personam tuam divina gratia insignivit, noster **animus** requievit. Intendentes itaque **tam**

gregi dominico, quam dicte ecclesie salubriter providere, te a vinculo, quo tenebaris Colosensi ecclesie, cui tunc preeras, de dictorum fratrum •consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ad dictam Spalatensem ecclesiam te transferimus, ac te ipsi Spalatensi ecclesie in :archiepiscopum preficimus et pastorem, curam et administrationem dicte Spalatensis ecclesie tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie •committentes, liberam tibi dando licentiam ad eandem Spalatensem •ecclesiam transeundi, firma ducti fiducia, quod actus tuos et opera illius «lementia dirigente, a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Spalatensi ecclesie per tuam curiosam solerciam, tuumque ministerium studiosum honoris et prosperitatis multiplicis votiva proveniant incrementa. Iugum itaque domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipias, dicteque Spalatensis ecclesie commissum tibi regimen sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod eadem Spalatensi-s ecclesia sponso utili et gubernatori provido gaudeat se commis--Sam, tuque proinde premium retributionis eterne, ac nostram et dicte .sedis benivolentiam et gratiam uberius consequi merearis. Datum „Avinione, VI. kalendas octobris, anno nono.

In eodem modo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Spalatensis etc. Romani Pontificis etc. ut supra usque proveniant incrementa. Quocirca •discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, et exhibentes ei obedientiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

In eodem modo. Dilectis filiis clero civitatis et diocesis Spalatensis.
In eodem modo. Dilectis filiis populo civitatis et diocesis Spalatensis et universis vassallis ecclesie Spalatensis etc. ut supra in aliis similibus.

In eodem modo. Venerabilibus fratribus suffraganeis ecclesie Spalatensis etc.

Theiner Mon. Hung. I. no. 759. p. 496.—497. Iz reg. orig. an. IX. j:omm. ep. 239. U br. 760. preporuča ga papa kralju Karlu Robertu.

166.

1324, 26. septembra.

Zupan Pavao vukovski izvješćuje o nasiljima Ivana Buta.

Nos Paulus comes dc VVolko vice Pauli bani, judices . nobilium maioris castri et exercitus damus pro memoria, quod cum Stephanus filius Johannis filii Ivan ad nostram accedendo presenciam tam pro se, quam eciam pro Petro fratre suo dixit nobis per modum protestacionis, quod magister johannes dictus Butus ad villas ipsorum Melkafolua et Vezelinfolua vocatas potencialiter veniendo una cum iobagionibus et servientibus suis, feria quinta proxima post octavas nativitatis beate Marie virginis et dictas villas destruxissent, decem et octo boves ac viginti parvos pecudes recepissent et unum hominem vulnerassent et alias res mobiles et immobiles quam plurimas recipiendo, super quo ad peticionem eiusdem Stephani misimus ex nobis socios nostros Budam comitem et Marcus, qui demum ad nos reversi retulerunt nobis, quod dictas villas vidissent destructas, unum hominem vulneratum, et sicut certitudinaliter scire potuissent ista omnia idem Johannes fecisset. Datum feria quinta in profesto Cosme et Damiani martirum, anno domini M°CCC°XX^{c} quarto.

Original u arkivu grofova Festetića.
Nagy Cod. dipl. Andeg. II. 160.—161.

167.

1324, 18. oktobra. D Zagrebu.

Ugovor izmedju grada Zagreba i kaptola glede daća i carine.

Nos Pechmanus iudex civitatis, iurati et consiliarii, scilicet Nicola, Francha, Peterlin, Phile, Petrus, Georgius, Nicolaus et Georgius, ac uni^versi cives de monte Grech, significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod cum nos per honorabiles viros capitulum ecclesie Zagrabiensis ad presenciam domini nostri regis legitime evocati fuissemus super articulis infrascriptis, in quibus nos iniurias et dampna eisdem irrogasse dicebant, in eo primum videlicet, quod depositum eorum ac ad eos pertinencium, scilicet vinum, bladum vel quicquid aliud ac certas collectas vel dacia taxaremus, nec eos vel ad eos pertinentes

sua deposita apud nos permitteremus vendere quando vellent. Item, quod in terris eorum iurisdiccioni temporali subiectis homines caperemus, eos ad nostra iudicia pertrahentes. Preterea, quod nos eorum subditos pro debitis aliorum vel eciam propriis impediri sine ipsorum iudicio faceremus. Nos considerantes, quod cum ipsis dominis nostri antiquiores plenam pacis unionem servantes, de bono in melius profecerunt, et ideo eorum exemplo desiderantes eis obtemperare, ut debemus, ad mutue karitatis et amicicie vinculum observandum ad talem concordiam devenimus super articulis prenotatis: Primo videlicet eis promisimus, quod nullum tributum ad ipsorum iusti tributi diminucionem exigere intendimus vel constituere quandocumque, salvis filarchina et star vocatis, pro nobis ordinatis, apud nos remanentibus; sed quod eorum iusta tributa plenarie exigantur sine defalcacione aliqua, sicut hactenus extitit observatum; nec ad querelam quorumcumque solvencium tributa nos intromittemus, ymmo discussioni eiusdem capituli totum reliquirhus et ad ipsum transmittemus querelantes. Item, quod depositum eorum vel ad eos pertinencium in nostra civitate vel suburbio, videlicet vinum vel bladum, aut quicquid ibi aliud deferatur, numr quam calliabimus, nec ullas umquam collectas pro hiis vei dacia exigemus nec per aliquem exigi faciemus, sed contenti erimus de predicto. Quod nostri cives pro conduccione domorum vel camerarum suarum ab eis vel a pertinentibus ad eosdem recipient, secundum quod inter contrahentes pro tempore fuerit diffinitum, nec eos vel ad eos pertinentes impediemus, quin sua deposita in civitate vel suburbio, in quibuscumque rebus consistant, possint vendere vel vina tabernare semper, quando eorum placuerit voluntati. Item, quod nullum in terris eorum capiemus vel capi faciemus vel aliquam aliam iniuriam irrogabimus, ymmo eos pro posse iuvabimus, si alii hoc eis facere attemptarent; et quod eorum subditos pro debitis propriis vel quorumcumque aliorum nullo umquam tempore vel capi vel impediri sine eorum iudicio faciemus. Et hec omnia supradicta servare et tenere promisimus ad nostras animas et nostrorum successorum, hoc nostris iuramentis firmantes pro bono pacis et concordie observando. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam presentes eisdem contulimus litteras sigilli nostri communis appensione roboratas. Datum in festo beati Luce ewangeliste, anno domini MCCC vicesimo quarto.

Original veoma trošan u arkivu kaptola zagreb. fasc. 10. no. 65.
Pečat visi na svilenoj žutoj vrvci.
Imade i Liber stat. capit. zagrab. part. IV. cap. XVI.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 1S5. — Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I 109.—110.

168.

1324, 19. oktobra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski prima na molbu Grgura Kurjakovića iupana stolnobiogradskoga u svoju. zaštitu _ Farkaia^ Kemyna itd. od plemena Nebluh, plemiće iz Hrvatske, s jednakim pravicama, koje uivuaju plemići lapaekt.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie(J), Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Komanie(i), Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Justis petencium desideriis principis animum inclinari ordo iuris et vigor exigit equitatis, dummodo quod petitur iuri non preiudicet alieno. Proinde vniuersorum noticie harum serie volumus peruenire, quod quia magister Gregorius filius comitis [CJwriati comes Albensis et oastellanus de Haznus, strenuus et fidelis aule nostre miles ad nostram accedens presenciam Farkasium, Kemyn, Georgium et Hennych filios Hemyn faraulos suos de generacione Nebluch, nobiles de Croacia, tam fideliter nostre regie maiestati commendauit seruiuisse, quod possessiones ipsorum Chemenyk et Dolen vocatas contra Nebluh existentes, pro fidelitate obseruanda desolacioni et vastitati exponere seu relinquere non formidassent, petens a nostra maiestate cum instancia, vt dictis famulis suis, videlicet Farkasio, Kemynio, Georgio et Hennycz(!) quod in dictis possessionibus ipsorum pacifice valerent et possent residere, populosque ad easdem congregare de benignitate regia remedio occurrere dignaremur opportuno. Nos igitur peticionem dicti magistri Gregorii fidelis militis nostri, qui nos (!) longi temporis laboribus fidelissime studuit complacere et se reddere gratiosutn, effectui mancipare cupientes [eisdjem Farkasio, Kemyn, Georgio et Hennycz famulis ipsius magistri Gregorii fidelibus nostris de gracia speciali concessimus et commisimus, vt iidem cum tota eorum generacione, quibus dicte possessiones habentur participes, in ipsis possessionibus eorum resideant sub nostra proteccione speciali et tutela eadem libertate, qua nobiles de Lapch commorantur, dictas possessiones ipsorum cum omnibus suis vtilitatibus, man[sur]is, vallibus, pascuis, agris cultis et incultis, molendinis, pratis, siluis et aliis quibuslibet pertinenciis pleno iure percipientes; item apud quoscumque voluerint fideles nostros famulari ex nostra regia licencia liberam habeant- famulandi facultatem iuxta beneplacitam eorum

voluntatem prout curie nostre fideles familiares; item, nullus alter iudicum regni nostri nisi banus Sclauonie personaliter, item iudex curie nostre nunc et pro tempore constituti possint eos et ipsorum posteros iudicare, vices autem bani Sclauonie gerens vel quilibet comites parochiales et iudices prouinciales regni nostri in quibuslibet causis contra quospiam, vt premittitur, nullo vnquam tempore possint ipsos vel eorum posteros iudicare; item populos eciam ad easdem possessiones ipsorum congregent et seruent in eisdem possessionibus similiter sub nostra protectione, ita videlicet, quod ipsos et eorum posteros ac populos tamquam in regiam protectionem receptos nullus audeat molestare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre prepositi Budensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, decimo quarto kalendas nouembris, regni autem nostri anno similiter vifgesimoj quarto; venerabilibus in Christo patribus et dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi, auleque nostre c[ance]llario archiepiscopis. Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Sirimiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, Petro [Boznensi], Laurencio Waciensi, Andrea Transsiluano, Henrico Wesprimiensi, auleque domine regine consortis nostre carfissime] cancellario, et Chanadino Agriensi dominis episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philipo palatino, comite de Zepus et de Wywar, Demetrio magistro thauarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Crinchiniensi(l), magistro Aiexandro iudice curie nostre, Thoma wayuoda Transsiluano, comite de Zonuk, Nicolao bano tocius Sclauonie comite de Sopron et de Kamarun, Paulo bano de Machow, comite Sirimiensi de Walkow et de Bwdrwg, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agazonum nostrorum, Nicolao dicto Trewtel comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz potvrde kralja Matije od 17. marta 1463.
Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebit: Diplomata a. 13-24.

169.

1324, 28. oktobra. U Zadru.

Nikola de Piccha daje šesnaesli dio jedne svoje zemlje za nasad vinog-rada Cvitanu smu Druiine iz Ozrinja.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quarto, indictione octaua, die quarto exeunte mense octobris, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi. ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Fateor ego Nicolaus de Piccha, ciuis Jadre, quomodo do et concedo tibi Qfitano filio Condam Drusinne, iobagioni meo habitatori ad Osrignum, sextam decimam partem unius terre mee, posite ad Osrignum uocate Papoue Gomile, ad vineam pastinandam, quam tenearis perpastinare hinc usque ad duos annos completos nuper uenturos, et pro quolibet gonaio plantare viginti quinque pedes oliuarum sub pena sex iperperorum. Et si aliqua solucio erit facienda communi Jadre pro dicta pastinatione, tu dictus (^fitanus soiues. Et de omni usufructu dicte terre tenearis per te tuosque heredes et successores dare fideliter annuatim michi meisque heredibus et successoribus quartam partem, conductam Jadram ad domum meam tuis expensis. Et si in fraude manifesta contra meam rationem repertus fueris, sex iperperos nomine pene pro qualibet uice michi persolues. Et si fructus recentes uel siccos uendideris, quartum denarium michi dabis Et si ficus recentes domum pro comedendo competenter portaueris, licitum sit tibi. Si autem ius tuum de dicta vinea vendere uolueris, et ego eum emere uoluero, pro illo precio, quod ab •uno et ab altero habere poteris, michi et non aliis ipsum dabis; et si -eum emere noluero, tunc licitum sit tibi eum uendere et dare cui uolueris et pro anima et corpore indicare, saluo semper omni iure meo suprascripto secundum consuetudinem et formam statuti Jadre. Cui tocius terre de borea est terra Bendete, relicte Grisanni clobucarii, de trauersa, austro et quirina est terra Barti de Grisogono et partim de quirina terra dictc Bendete. Quam dictam sextam decimam partem terre predicte ego dictus Nicolaus promitto cum heredibus et successoribus meis tibi dicto Qfitano et tuis heredibus et successoribus excalumpniare ^et defensare in ratione ab omni homine et persona super me et pmnia bona mea presentia et futura. Et ego dictus C,fitanus omnia et singula . suprascripta laudo et confirmo. Actum est hoc et firmatum coram hiis

uocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Vulcinna sancti Mathei, et Bogdano Caligario filio condam Jurgii, Jadrensibus.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicholaus Benedicti de Matafaro examinatbr manum misi.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monog. not.).

Orignal u gubern. arkivu u Zattru: odio samostana sv. Nikoie no. 127.

170.

1324, 30. oktobra. U Spljetu.

Kaptol spljetski zamjenjuje zemlju svoju u Grippi za kuču Dujma Deše u Pusdinu.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, indictione septima, regnante domino nostro Karolo Roberto rege Vngarie, Spalatensi ecclesia uacante, temporibus nobilium et sapientum virorum dominorum Jancii Egidii. Nicole Theodosii et Nicole Duymi consulum rectorum et iudicum ciuitatis Spaleti, die penultimo octobris. Dominus Dominicus archidiaconus Spalatensis cum consensu et uoluntate maioris partis canonicorum de capitulo ad sonum campane more solito congregato, in quo fuerunt inter ceteros numero quindecim ibidem presentes et uice ipsius capituli, nemine ipsorum discordante, dedit, tradidit [et] permutauit Duymo Desse Auanci terram capituli, in qua uites habet ipse Duymus positam ad Grippe iuxta Dobrolum Junii et heredes Alberti Madii cum aliis finibus. Pro eo, quod dictus Duymus dedit, tradidit et permutauit eisdem in concambium vnam domum positam ad eiusdin terram iuxta' relictam Francisci Michanni et relictam Chengi cum aliis finibus. Dantes predicti permutantes per se suosque heredes et successores ad inuicem vnus alteri pro se suisque heredibus recipienti iure proprio in perpetuum quilibet eorum rem a se permutatam cum omnibus et singulis ad ipsam pertinentibus aut sibi pro ipsa et que quelibet earum . super se infra seu intra se in integium continentur et habet ad habendum, tenendum, gaudendum et possidendum et quicquid cuilibet eorum de re sibi permutata deinceps placuerit perpetuo faciendum, faciendo quilibet eorum in re a se permutata finem et quietacionem; promittentes predicti permutantes, uidelicet archidiaconus nomine capituli eorumque successorum et Duymus per se suosque heredes vnus alteri pro se suisque heredibus et successoribus recipienti quilibet eorum rem a se permutatam de iure legitime defendere et excalumpniare contra omnem personam in iudicio et extra cum reffectione dampni et expensarum litis et extra et sub obligatione dictus archidiaconus bonorum capituli, et dictus Duymus suorum bonorum. Actum ad fenestras Isdorii presentibus Marino Garbino et Damiano Marci testibus et Duymo Bertani examinatore.

Ego Alexander Johannis Albertonis de Firmo notarius et nunc comunis Spaleti, rogatus scripsi et publicaui.

(Monog. not.).

Original u arkivu kaptola u Spljetu XVI • I. 185.

171.

1324, 30. novembra. U Zadru.

Oporuka Miloslave žene Stephanella brijača.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quarto, indictione octaua, die vltimo mensis nouembris, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancio incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Cum morte nil sit cercius, vitaque nichil incercius et dies mortis ab omnibus ignoretur, jdcirco ego Miloslaua uxor Stephanelli barberii, Jadratina, sana corpore, sanam habens memoriam et intellectum, considerans suprascripta, tale de omnibus bonis meis mobilibus et inmobilibus ualentibus a libris centum infra denariorum paruorum, facio testamentum, in quo meos fideiconmissos esse constituo, ordino et dimitto dominam Branam relictam Stephani de Labbe, et dictum Stephanellum uirum meum, ut sicut hic in hoc meo testamento ordinauero darique iussero, sic ipsi commissarii mei post obitum meum de dictis bonis meis facere teneantur, firmumque sit in perpetuum atque ratum. Primum quidem dimitto omnia dicta Бona mea heredibus meis uel uni uel pluribus, quos uel quem habuero cum dicto viro meo, et si omnes heredes mei decedentur ante legitimam etatem, tunc celebrentur mille misse pro anima mea et totum residuum dictorum bonorum meorum et partem meam michi contingentem. bonorum paternorum [et] maternorum, positorum in insula G.ilani, dimitto. •dicto viro et commissario meo tam si uiduaret, quam si uxorem acci-

peret, et si aliquis heredum meorum peruenerit ad legitimam etatem, tunc celebrentur misse quingente pro anima mea et residuum dictorum bonorum meorum deueniat in dictum heredem meum uel heredes meos,. et hec est ultima mea uoluntas. Quibus supradictis commissariis meis do< et concedo post obitum meum illam plenissimam uirtutem et potestatem, quam aliquis uerus et legittimus conmissarius alicuius uel aliquorum habere potest, et quam ego testatrix uiuens habere et exercere possem, et tam in iudicio quam extra, ad agendum, deffendendum et respondendum ac eciam iurandum, de calumpnia et ueritate dicendum, in anima mea et cuiuslibet alterius generis iuramentum prestandi, et ita hoc ultimum testamenium firmum et stabile esse adiudico in perpetuum, et si iure testamenti valere non potest, saltem ualeat iure codicillorum uel cuiuslibet alterius ultime uoluntatis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Madio de Muto, et Thomanno filio condam Striche Jadrensibus et aliis.

Ego Duymus de Spaleto Jadrensis iuratus notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernialnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 128.

172.

1324, 5. decembra. U Veneciji.

Sibencani se tuie na otimačme Zadrana.

In Christi nomine amen. Dum die infrascripta post missarunr solennia et ante tertiam magnificus dominus Joannes Superancius dei gratia inclytus dux Venetorum, Dalmatie atque Croatie, dominus quarte partis et dimidie terre imperii Romanie, in loco, qui dicitur cancellaria palatii ducalis, cum suis consilariis pro tribunali sollenniter more solito resideret, de voluntate dominorum suorum consiliariorum, nec non prout asseruit, ex deliberatione, dispositione et diffinitione consiliorum de quadraginta et rogatorum civitatis Venetiarum, die infrascripta perhemtorie pro infrascriptis statuta, infrascriptam sententiam, diffinitionem et pronunciationem fecit et tulit ut inferius continetur, eamque ego-Joannes notarius infrascriptus de mandato ipsius domini ducis, presentibus providis viris, dominis Radino Joannis, Radoslavo quondam Michicti et magistro Bogdano quondam Dissini] civibus Sibinici, sindicis-

et procuratoribus nobilis viri domini Alexandri Mauroceni comitis, iudicum, curie, consilii, communis et hominum Sibinici, ut de ipsorum sindicatu apparet publico instrumento scripto manu Angeli Amici de Yteillis de Escullo imperiali auctoritate iudicis ordinarii et notarii et communis Sibenici iurati, sub millesimo trecentesimo vigesimo quarto, indictione septima, mensis iulii die quinto decimo, ex parte una, et proviais et discretis viris dominis Cande Cerni de Ragno, Thomasio de Petrizo et Cerne de Frison[is] civibus Jadre, sindicis et procuratibus nobilis viri domini Marci Michaelis comitis, iudicum, consilii, communis et universitatis Jadre, ut de ipsorum sindicatu apparet, publico instrumento scripto manu Nicolai condam Joannis Jadrensis notarii, sub anno domini miliesimo trecentesimo vigesimo quarto, die vigesima mensis augusti, indiction.e septima, Jadre ex parte altera, publicaui et in scriptis legi sic dicens: In questione, seu questionibus, causis et litibus, que alias fuerunt et coram nobis verse sunt, et adhuc vertuntur inter dictas partes, occasione quarumdam insularum, pro quibus coram nobis et nostris consiliariis et nostris sapientibus ad hoc deputatis, porrecta fuit petitio et supplicatio pro parte illorum de Sibenico, cuius tenor per omnia talis est: Nobili, illustri et magnifico domino domino Joanni Superancio dei gratia inclyto duci Venetorum, ac viro honorabili, consilio, Radinus Joannis, Radovanus Helie, Bogdanus Dissini et Radoslavus Michicti, syndici et procuratores cummunis Sibinici, nostri fidelissimi, cum omni humilitate et reverentia subiectiva exponunt et dicunt sindicorum et procuratorum nomine dicti communis, quod prout est omnibus publice manifestum, illa nostra civitas et commune dicte civitatis Sibinici iam a longo tempore elapso fuit sub pessima tyrannia et subiectione banorum olim Pauli et Mladini, propter quam illi, qui linguam habebant in eadem civitate, ausi non erant loqui in aliqua utilitate, seu ad aliquem bonum statum civitatis predicte, nec presumebant facere extra ac contra voluntatem tyrannorum predictorum, et sic civitas illa fuit continuo in pessimo statu, et aliquis ius suum petere non potuit temporibus retroactis; nunc vero ex gratia illius, a quo cuncta bona procedunt, postquam dicta civitas et homines Sibinici, divina inspiratione sub vestra dominatione et protectione se adhaesit, et sub umbra alarum vestrarum se submisit et venit in statu libertatis, vigilant ad recuperationem rationum et iurisdictionum dicti cemmunis secure et audacter coram vestra benigna magnificentia aperire corda eorum, et considerantes, qualiter vestra benigna dominatio semper consuevit suos fideles in suis iuribus conservare, dicti sindici nomine quo supra, cum affectione devotissima supplicant et cum gravi querela . conqueruntur, quod cum iam sint anni circa quadraginta sex, quod habentes guerram

cum civitate Traguriensi, prout prospera et diuersa[1] huius mundi procedunt, dicta civitas Sibinici in conflictu remansit, et dum esset ita afflicta tunc temporis, commune et homines civitatis Jadre addere voluerunt afflictionem afflictis, deum pre oculis non habentes, contra dictum commune et homines Sibinici contra deum et iustitiam absque aliqua debita causa violenter et contra voluntatem dicti communis et hominum Sibinici insultauerunt et occuparunt tres insulas, scilicet Srimag, Sirie[2], et Jafte,~cufn earum pertinentiis, que-sunt de ratione et iurisdictione communis et hominum Sibinici, dum esset tunc temporis pro comite civitatis Jadre dominus Jacobus Teupolus, et tenuerunt a dicto tempore dictas insulas, et nunc tenent indebite et iniuste in non modicum preiudicium et gravamen dicti communis et hominum Sibinici. Quapropter ad vestram excellentiam, tamquam ad iustam et equam stateram supplicant et petunt dicti sindici nomine quo supra, ut per commune et homines Jadre restituantur eis dicte insule cum omnibus earum pertinentiis, prout ordo iuris postulat et requirit, . . . Christi nomine invocato sedentes pro tribunali in hys scriptis sic dicimus, diffinimus senienciamus, pronunciamus et confirmamus, videlicet, cum ostensum sit, et constet Jadratinos violenter spoliasse Sibinicenses, prout in petitione Sibiniensium continetur, quod ipsi Sibinicenses in possessionem insularum Srimicz, Zirie et Jarte restituantur et ponantur infra spatium unum mensis postquam requisitum fuerit per vestras litteras commune Jadrense salvo iure omnium. Hanc autem summariam diffinitionem, pronunciationem et condemnationem nostram, nos dux prefatus auctoritate nostre ducalis potestatis et comitis Venetorum in hys scriptis precipimus et mandamus partibus predictis in nostra presentia constitutis et cuilibet earum, ut prout ad ipsas partes et quarumlibet earum pertinet et tangit, dictam sumariam diffinitionem et pronunciationem, secundum quod in suis quibuscunque capitulis continetur, fideliter et inviolabiliter debeant adimplere et observare. Lecta et pronunciata fuit dicta sententia anno dominice incarnationis milesimo trecentesimo vigesimo quarto, die mercurii, quinta mensis decembris, octave indictionis. Presentibus reverendis viris domino Ricardo de Malumbra et Arpolino de Mantua legum doctoribus, ac prudentibus viris Nicolao Pistorino cancellario, Baxano Andrea de Capite Agg[eris], Nicolao Geco, et Francisco Bono notario et ducatus Venetiarum scribis, ac Junio de Dersa, et Junio de Lucano de Ragusio, Gregorio Salinguerre de Tragurio, Michaele de Sguagno de Jadra et. aliis pluribus testibus ad hoc vocatis et rogatis. Et presentibus partibus supradictis. In cuius rei fidem, certitudinem et

[1] Mjesto: Adversa.
[2] Mjesto: Suri-<Juri.

evidentiam pleniorem presens instrumentum sentencie nostra pendenti bulia plumbea fecimus communiri.

Ego Joachimus Lambardo dictus Calderarius imperiaii auctoritate notarius et ducatus Venetiarum scriba, predictis omnibus interfui, et de mandato predicti domini ducis scripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, meoque solito signo signavi.

Origmal na ogromnoj pergameni utiarod. muzeju u Budimpešti (prije zbirkcc Jankovićeva).

Na listini vidi se trag, gdje je o uzici visela olovna bula.

Farlati Ш. sacr. V. 611.

• Fejćr Cod. di.pl. VIII. 2. 592.-596.

Ljubić I. 351.— 359. štampao dobro u tekstu po diplomataru šibeničkom s nekoliko pogrješaka, koje se mogu po ovom nasein originalu ispraviti.

173.

1324, 18. decembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa zapovijeda Jakobu biskupu zagrebaćkom, da podje na svofu biskupiju.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Jacobo episcopo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitatis tue litteras per dillectum filium Rogerium ordinis Predicatorum nobis noviter destinatas solita benignitate recepimus, que habebant quasdam alias scriptas in vulgari gallico litteras interclusas, quarum tenoribus seriose perlectis, et que idem Rogerius nobis pro parte tua oretenus retulit, intellectis etiam diligenter, proculdubio de relatione huiusmodi non mediocriter fuimus admirati. Quocirca missas taliter litteras tibi clausas, ut petisti, sub signo per eundem Rogerium remittentes, quia tempus est, ut commissa tibi ecclesia iam sui pastoris desiderata presentia gratuletur, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus quam cito commode poteris, ad ecclesiam properes memoratam. Nos enim carissimo in Christo filio nostro Carolo regi Jngarie illustri per litteras noviter, quas alias ei dirigimus, tam te quam predictam tuam ecclesiam et bona eiusdem efficaciter commendamus, et similiter commendare curabimus, quotiens ad id se facultas obtulerit opportuna. Datum Avinione, XV. kalendas ianuarii, anno octavo.

Theiner Mon. Hьm%. I. no. 756. str. 494.—495. Iz reg. orig. Au. VIII. sacr. ep. 925.

174.

1324, 21. decembra. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim biva izmjena ze?nlje.

Nos capitulum Chazmensis ecciesie memorie commendantes significamus quibus expedit presencium per tenorem, quod Stephanus comes Crisiensis et Emericus frater eius filii Sandur a parte una, ab altera autem Mykael et Petev filii Aldumas personaliter coram nobis constituti, eedem partes de possessionibus eorum concambium huiusmodi inter se retulerunt se.fecisse, videlicet, quod Mykael et Petev iamdicti porcionem possessionis eorum Karan vocate in districtu Simigiensi existentem ipsos pro porcione contingentem totaliter et omnino cum suis omnibus vtilitatibus et pertinenciis predictis Stephano comiti et Emerico fratri eius ac per eos eorum heredibus dedisse, tradidisse et assignasse sunt confessi irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. E converso vero Stephanus comes et Emericus superius nominati possessionem eorum Lachynafeu vocatam in comitatu de Wereuche existentem, ubi capella beate Elene virginis est edificata, similiter cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, sub eisdem metis, terminis, signis "et libertatibus quibus idem(!), habuerunt, tenuerunt et possederunt in concambium predicte porcionis prefatis filiis Aldumas dedisse et assignasse sunt confessi similiter iure perpetuo ac irreuocabiliter possidendam. Litteras eciam regum et reginarum ac quorumlibet conventuum seu iudicum ad easdem possessiones confectas, quorum vigore ipsas obtinebant, pars parti reddidit coram nobis, et si aliquas maliciose aut fraudulenter aliqua parcium reserufasset] et reddere denegasset, auctoritate presencium mortuas relinquerunt et iuribus carituras, si unquam per quempiam in lucem perferentur. Datum in festo beati Thome apostoli, anno domin millesimo trecentesimo XX^{0} quarto.

A B C D

Original u knjižnici narodnoga muzeja u Budimpešti.
Na hrptu se vidi trag ovalna pečata. Listina je cirograf.
Nagv Cod. dipl. Andeg. II., 170.

175.

1324, 30. decembr-a. U Zadru.

Gruhiša Praskvić i Radoslav Cudonja zalažu Frani siuu Stfepa.novom svoje zemlje u Luci.

In Christi nomine amen. Armo incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quarto, indicione octaua, die penultimo mensis decembris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano dc Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Confitemur nos Grubisa filius olim Miroslavi condam Thomasii Prasquig et Radoslauus filius olim Chudogne fratris predicti Grubise, quomodo plene habemus et recepimus pro nostris neccessitatibus et agendis arduis expediendis a te Francisco condam Stephani ciue Jadre libras denariorum venetorum paruorum viginti octo in denariis numeratis. Pro quibus denariis damus, subpignoramus, tradimus et assignamus tibi dicto Francisco tuisque heredibus et successpribus circa terciam partem nostrarum terrarum positarum in Luka districtus Jadre circa confines ipsius districtus uocatarum Maslofschina, que terre nostre site sunt inter terras castrenses, scilicet inter Prasquig et Domachofci; quam terciam partem sic tibi confinamus et assignamus: de borea siue occidente sunt terre Domachofci, de quirina seu meridie est uia magna uocata cesta tendens per Lukam, a parte orientali siue australi usque ad quandam vineam nostram, et sicut dicta vinea iacet, ita a predicta uia magna. eundo recto tramite iuxta predictam vineam uersus trauersam penes sacxum(!) uocatum Gusare, videlicet a parte orientali dicti sacxi ita, quod dictum sacxum est et manet in tui parte et sic in trauersam usque in nemus per totam terram nostram, et de trauersa est predictum nostrum nemus; ita, ut a modo plenam habeas potestatem per te tuosque heredes et successores dictam terram tibi modo predicto confinatam cum pascuis in Berda et omnibus pertinenciis eius ad habendum, tenendum, gaudendum, usufructuandum, locandum, uendendum, alienandum et pro anima et corpore indicandum cum ista condicione et ea salua, quod tu et heredes et successores tui et tua iura exinde habituri teneamini predictam terram nobis et heredibus et successoribus nostris dare, dimitere et relinquere^ quandocunque post annos nouem completos proxime futuros nos uel heredes aut successores nostri dabimus, soluemus et assignavimus tibi uel tua iura habituris hic in Jadra libras viginti octo paruorum

in bona pecunia cum effectu, soluendo videlicet ipsam pecuniam a festo sancti Michaelis et usque festum omnium sanctorum, alio autem tempore anni et ante predictos nouem annos eciam si assignabitur tibi predicta pecunia integre uel tua iura habituris, ad recipiendum eam et reliquendum dictam terram non teneamini. Quam quidem terram cum omnibus suis predictis teneamur semper tibi et heredibus et successoribus tuis et tua iura exinde habituris per nos nostrosque heredes et successores excalumpniare, et defendere in racione ab omni homine et persona super nos ambos et quemlibet nostrum et bona nostra presencia et futura. Actum est hoc et firmatum. coram hiis uocatis et rogatis • testibus, scilicet Matheo de Rastiso, et Dominico de Stella, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego CJoiilus Butouani examinator examinaui.

Ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et. roboraui.

(Signum not.j.

Original u s;ubernialnom arkivu u Zadru, odio samoslana sv. Krše-•vana. Capsula XIX. no. 488.

176.

1325, 12. januara. U Zadru.

Samostan sv. Kuzme i Damjana daje Luki iz Zadra punomoć, da ga zastupa pred du&đem, zbog toga, što ovaj hoće dati otok Zirje općini Sibeničkoj.

In dei nomine amen. Nouerint vniuersi, quod nos frater Dominicus, frater Johannes, frater Thomas, frater Franciscus et frater Grosulus monaci monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte Jadrensis diocesis ordinis sancti[1] tanquam conuentus dicti monasterii et nomine ipsius facimus, constituimus et ordinamus discretum virum Lucam Nacasii(!) de Jadra nostrum et dicti monasterii procuratorem. sindicum, actorem et nuncium specialem ad comparendum coram excellentissimo domino domino Johanne Superangio inclito duce Venecie, Dalmacie acque(!) C[r]oacie, domino quarte partis et dimidie tocius imperii Romanie, et ad protestandum coram eo super eo, quod dictus

[1] Očito ispušteno: »Benedicti«,

dominus dux mandauit comuni Jadre, quod deberet disgoborare insulam Quri et eam disgoboratam assignare comuni Sibinici, cum dictum monasterium dictam insulam C"" pacifice et quiete tenuerit per XL. et quinquaginta annos; et generaliter ad omnia alia et singula, que in predictis et circa predicta sibi visa fuerint expedire, et que nosmet facere possemus, si presentes essemus. Promittentes firmum et ratum habere quidquid et totum per predictum procuratorem in predictis et quolibct predictorum factum fuerit acque gestum sub obligatione bonorum dicti monasterii. In cuius rei testimonium et euidenciam clariorem presentes licteras sigilli nostri conuentus fecimus appensione muniri. Data Jadre, sub тШешпо tricentesimof!) vigesimo quinto, indictione VIII., die XII. mensis ianuaris.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana rogovskog no. 52.

Na listini nalazi se končana uzica. Pečat otpao.

177.

1325, (ili po indikeiji 1333) 22. jaimara. U Pologu.

Stjepan Uroš prodaje Dubrovniku Rai^ Ston, Prevlaka i primorje od Prevlake do Dubrovnika za godišnjih pet stotina perpera.

Господь с невесе призре видети сини улωвечаскиє и ȣсли-шати глась всехь ȣпваюшехь на нь, дрьжеи ωбластию всȣ тварь, имже цариє царствȣють и мȣчителиє дрьжеть землю, богь єдинь Исȣ Христ вьчера и данась тажде и ва векн, изабравии светеє рωдителе и прарωдителе кралевства срьскиє земли и пωморскиє и прωслави ихь паче всехь царь земалних на земли и пакь на невеси вьнир свтанеми ȣкрасивь ихь слвсными светнеми, ιакω не ȣтанла се єсть всеи васеленеи блажена ихь памеѣть. Ѡт нихже племене и азь изабрань вихь помωщию вωжьею и преȣнстеи єго матере и молитвами ихь Степань, милωстию вожьею краль всиехь срьпсцихь земаль и пωмωрскихь, иже не далече ωть нихь пльтию, на правьнȣк и виниȣкь, син же и сьнаследникь истини ωть светаго ихь коренє, повеленинемь и сȣдωмь божиемь прнемь всȣ државȣ срьпскиє земле и седь на прнестωли кралевства срьскаго

тако царь и владика всемꙋ стежанию светнехь родитель моихь, и оть свиехь приемле част и славꙋ и дари многие, вь сьхже всихь видѣхь срьчнꙋ любавь и вѣрно поработанье родителемь и прародителемь кралевства ми и самомꙋ кралевствꙋ ми властель славнаго града Дꙋбровника, и ва прьвое мое пришастье кралевство дари, иже ми дароваше, .И. тисꙋщь перперь нине многие потреби бесчисленние са любовью ихь неличемѣрною, и за ꙋм(о)леннѣ ихь ради, кьди послаше кралевствꙋ ми свое властеле и братью свою Павла Мартинꙋшевика и Климета Гочетиħа и Николꙋ Лꙋкаревиħа, и дах нимь с милостию и с ꙋтврьжденьемь Рать Стонски са всѣми меħами своими и заселки и с людми, и да сꙋ областни зидати га на Прѣвлаци и на дрꙋгомь мѣстие, гдѣ нимь бꙋде хтѣние; и още нимь придахь одь Прѣвлаке ꙋс-кран мора до дꙋбровачке меħе и селища, кои сꙋ тѣизи вила, и Посреħницꙋ, како оитече Неретва до мора: и тоизи все да нимь кралевство ми ꙋ вашинꙋ и дѣцамь ихь и ꙋнꙋчью ихь, а опħина дꙋбровачка да ми дае на всако годище на велик дань .Є. сать перперь бнетачкихь одь тоганзи мѣста дохотка кралевства ми и всѣмь, коихь вогь изволѣ господствовати кралевствомь срьбскимь по мнѣ, и да пошила кралевствꙋ ми вьнꙋ на велик дань ꙋзети доходакь више писани .Є. сат перперь, како и дрꙋги доходакь дꙋбровачки ꙋзима кралевство ми: ако ли ми не плат(ет)ь на рокь, да даде двоинꙋ. И ту нимь милость ꙋчини кралевство ми ꙋ Полозѣ ва лѣто .,SѠЛГ. мѣсеца генвара .КВ. дань, а тѣи вѣхꙋ всеосвещени епискꙋпь призренски Арсение, казнаць Кальдовинь, воевода Градиславь, жꙋпань Кратко, кнезь Грьгꙋрь Кꙋрьѣковиħь, ставилаць, Милошь, воевода Девинь Маньѣвь, Градиславь Сꙋшеница, Никола Бꙋкꙋ, архидиѣкь Маринь Бараниинь. И егоже вогь изволѣ господьствовати по нась, молю яко господина и брата, сиегаи писанѣ не потворити, еже дароваxь за правꙋ любавь васеломь дꙋбровачемь, за поработанье и за часть ихь. Тко ли сие потвори, да е проклеть одь господина бога вседржителя и одь пречисте его матере и одь .ВІ. светихь апꙋстола и оть .Д. еванħелисте и оть .ТИІ. светиехь отаць иже ва Никеи, и да есть причтень Иꙋди предателю христовꙋ, и одь кралевства ми да е проклеть,

а таковии да приме гиневь и наказанье одь кралевства ми, и да плати .Є. тисꙋħе перперь, и да ми е невѣрань.

Стефань по милости вожнеи краль все срьске земле и поморске.

Miklosuh Mou. Serb. 103.—105.

178.

1325, 24. januara. U Zadru.

Kunta sin Belin s otoka PaSmana, prodaje Vulcinji Martinusiću zemlju na recenom otoku.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quarto, indicione octaua, die vigesimo quarto mensis ianuarii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaetis egregii comitis. Fateor ego Cunta filius condam Bele habitator in insula Pistumani, quoniam uendo et transacto tibi quidem Vulcigne condam Miche de Martinussio, ciui Jadre, quatuor gognaios terre mee posite in dicta insula Pistumani in loco uocato Grebba, et si plus fuerit, tuum sit; cui de quirina et austro est mons, de borea et de trauersa est terra Petri Buisinich. Pro precio librarum quinque denariorum venetorum paruorum, quas mihi plene dedisti ct integre persoluisti; cum omni longitudine et latitudine sua cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram qua[m] supra terram; a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis ex dicta terra libere facere possis tuam omnimodam pro anima et corpore uoluntatem absque contradicione alicuius persone de mundo. Vnde ego prenominatus Cunta cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dictis Vulcigne tuisque heredibus et successoribus dictam terram cum omnibus suis proprietatibus, iuribus, habenciis et pertinenciis, ut premittitur, excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est lioc et firmatum coram hhs vocatis et rogatis testibus, scilicet Antonio filio Petri pictoris, et Christoforo 3flarangono filio condam Andree casellarii Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Grisogonus Francisci Qadullini iudex examinator manum misi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u biblioteci Paravia u Zadru no. 53.

179.

1325, 25. januara. U Višegradu.

Alexander iudex curiae fiiše kaptolu poieSkomu neka ispita. o pravom imenu Andnje Benedikiova, koji je po sudhenoj odluci imao izgabiti sve svoje posjede.

Amicis suis reuerendis capitulo de Posoga comes Alexander iudex curie domini regis amicicie debitum cum honore. Vestre discrecioni presentibus declaramus, quod, cum Nicolaus filius Benedicti, quem rnagister Andreas nomine fiiii Benedicti de Sagh[1] ordine iudiciario in sentencia capitali et amissione omnium suarum possessionum conuicerat, in suis conprovincialibus se filium Benedicti non de Saagh vocari, s[et] nomine filii Benedicti de Zueyboch nuncupari, et eundem Benedictum patrem suum non de Sagh sed de Zueyboch nominari elegasset(l), prenominatus vero magister Andreas eundem Benedictum patrem dicti Nicolai sue etatis tempore semper de Saagh et non de Zueyboch appellari a suis conprovincialibus et aliis affirmasset, nosque ad huiusmodi segregacionis dubii uberiorem cautelam hominem domini nostri regis sub vestro testimonio decreuerimus transmittendum, ne alicui parcium per iudiciariam sentenciam derogetur, amiciciam vestram presentibus requirimus diligenter, quatenus unacum Fyl filio Byze vel si ipse defuerit Laurencio filio Bor homine domini nostri regis vestrum hominem pro testimonio fidedignum transmittatis, qui sciant et inquirant, utrum prefatus Benedictus pater dicti Nicolai de Sagh appelletur, aut Benedictus de Zueyboch per suos conprovinciales nominetur; post hec scitam et inquisitam huius rei ueritatem domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Visegrad, in festo conversionis beati Pauli apostoli, anno domini M°CCC°XX° quinto.

[1] Interesantni podatak, da pojedini plemenski drugovi već u ovo vrijeme dobivaju imena po svojim obitavalištima.

Na lirptu: »Capitulo de Posoga pro magistro Andrea inquisicionalis«.

Original u kr. tigar. državnom arkivu u Rudimpešti: M. O. I). L. no. 228-1. — Stara signatura: N. Ji. A. fasc. 1507. no. 10. Vide sc tragovi, da je listina bila pečatom zatvorena.

Nagy Cod. dipl. Audeg. L, 170.—177.

180.

1326, 7. februara. U Višegradu.

J\arlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjujc pravo Zagrebu, da si bira sucd i da vršl sudhenost.

Karolus dei gracia rex Hungarie. Fidelibus suis magistro tavarnicorum suorum, iudici curie sue, bano tocius Sclauonie, comitibus parochyalibus seu provincialibus, castellanis, item quarumlibet civitatum et villarum iudicibus seu villicis, ac qualiscumque preeminencie et status hominibus eorumque vices gerentibus, presentibus et futuris, quovis nomine vocitentur, quibus presentes ostenduntur, salutem et graciam. Cum libertas fidelium civium nostrorum de monte Grecyensi seu Zagrabyensi, per dominum Belam, quondam inclitum regem Hungarie, proavum nostrum karissimum clare memorie, mediante suo privilegio data eis et concessa, per nosque tam priori et antiquo. quam novo et autentico nostro sigillo ipsis confirmata, id requirat, ut nullus extraneus seu eiusdem civitatis homo in quibuslibet causis cives predicte civitatis nostre Grecyensis seu Zagrabiensis et quemlibet ex eisdem, pariter iobagiones et populos villarum dicte civitatis in territorio existencium., ad nostram seu quorumlibet iudicum seu iusticiariorum regni nostri presenciam valeat evocare seu trahere ordine iudiciario in causam, sed si quid aliquid accionis contra eos, aut aliquem ex ipsis vel ad ipsos pertinentes habuerint, in presencia iudicifs] seu villici dicte civitatis nostre exequi debeant. Qui quidem iudex seu villicus ipsius civitatis simul cum pocioribus eiusdem civitatis, si quibuspiam ex parte suorum concivium et ad eos pertinencium vel alicuius ex eisdem aliqualiter iusticiam facere neglexerit, non hii vel is contra quos agitur, ymmo idem iudex seu villicus dicte civitatis ad nostram presenciam debeat evocari eo facto. Et nos dictos fideles cives nostros in iamdicta libertate inviolabiliter conservare intendamus, vestre fidelitati firmiter precipiendo mandamus per presentes, quatenus cives predicte civitatis nostre et ad eos pertinentes vel aliquem ex eisdem in quibuslibet causis motis et movendis corttra quospiam iudicare nullatenus audeatis, sed ut premit-

titur, quicumque contra eosdem vel aliquem ex eis accionerh habuerint in presencia iudicis seu villici eiusdem civitatis - prosequantur, qui si iusticiam cuiquam non fecerit, non hii, contra quos agitur, sed idem iudex seu villicus, sicut prescribitur, ad nostram presenciam evocetur. Datum in Vyssegrad, quarta feria proxima post festum beate Agate virginis et martiris, anno domini millesimo trecentesimo XX quinto.

Origtnal 11 arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.
Pecat na ledjima listine pritisnut oipao.
Kukuljević Jura regni I. 102.
Tkalčic Монит. civ. Zagrab. I. 111. pogrešno pod 6. januara.

181.

1325, 3. marta. U Ostrogonu.

Kaptol ostrogonski na molbu kaptola zagrebačkoga prepisuje povelju kralja Ladislava od god. 1273. danu kaptolu zagrebačkom.

Nos prepositus et capitulum Strigoniensis ecclesie significamus tenore presencium universis, quod honorabilis vir et discretus, dominus Jacobus, prepositus Zagrabiensis ecclesie, nomine suo ac tocius capituli memorate ecclesie Zagrabiensis in nostri constitutus personaliter presencia, literas privilegiales Ladislai dei gracia illustris regis Vngarie nobis exhibere curavit, petens a nobis cum instancia, ut easdem nostris literis inseri faceremus. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina od g. 1273.)* Nos igitur eiusdem prepositi Jacobi iustis peticionibus annuentes, easdem literas privilegiales non cancellatas non abrasas non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas de verbo ad verbum presentibus nostris literis, sigillo nostro maiori autentico munitis, inseri fecimus uberiorem ad cautelam. Datum in dominica qua cantatur reminiscere, anno domini M°CCC°XX° quinto.

Liber privil. episcopatus Zagrab. fol. 64.
Kodeks u arkivu nadbisktipije u Zagrebu.

182.

1325, 9. marta. U Cazmi.

Kaptol (azmanski svjedoči o prodaji zemalja svoga predialiste Jurja.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Georgius filius Pauli filii Gyurke predialis de circuitu[1] Chasmensi a parte una, ab altera autem comes Petrus filiu» Wank, personaliter coram nobis constituti, idem Georgius dimidietatem possessionis sue in eodem circuitu[1] Chasmensi adiacentis a parte septemtrionali cum dimidietate magne vinee sue ac cum vinea certa Lippichani in terra Johannis filii Endre existentis, ceterisque utilitatibus, scilicet edibus, fenetis, aquis, terris arabilibus ad eandem dimidietatem possessionis pertinentibus universis, ex beneplacito et permissione honorabilis viri Petri prepositi ecclesie nostre, generalis vicarii venerabilis patris et fratris Jacobi dei gracia episcopi Zagrabiensis domini nostri, prout magistro ecclesie nostre et socio nostro ad hoc per ipsum dominum Petrum prepositum ad nos destinato intelleximus referente, more et condicione aliorum predialium domini episcopi dixit et confessus est: eidem comiti Petrus et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, pro viginti quinque marcis denariorum plene habitis et receptis ab eodem, ut retulit, vendidisse irrevocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. Mete autem ipsius dimidietatis possessionis, prout magister Johannes socius noster, quem ad reambulandam et limitandam eandem miseramus, ad nos rediens dixit coram vicinis et cometaneis, pacifice erecte sunt tales. In[cipit] prima meta a dumo avellanorum a quodam potok ubi est meta terrea circa vineam et vadit ad dumum eger, abhinc salit in arborem tul cruce signatam que est in medio pratis(l), circa quam tendit infra directe ad aquam Chasma, per silvam deinde exiens ad Nogata mlaka in vicinitate terre filiorum Stephani filii Ypoch, ad orientem tendens supra per potok Budyvoyzka mala nuncupata per magnum spacium salit in caput alterius Budyvoyzka magna circa arborem byk. Inde declinat ad magnam viam qua itur.in Naart, tendens ad meridiem in vicinitate terre Donk. Inde vadit per dumos avellanorum infra per planiciem iuxta metas eiusdem Donk ad orientem, per nemus cadit in vallem circa arborem gertan cruce signatam

i-;.' [x] Kukuljević čitao najprije: conventu, a zatim: ccitu.

ibique cadit in potok et per potok vadit infra et cadit in alium potok. Inde venit supra per arbores cerasarum in arborem piri cruce signatam. Inde ad arborcm cerasi, ab hinc ad montem ad arborem gertean cruce signatam, ad orientem deinde cadit in vallem Termech, venit supra usque ad magnam vineam eiusdem Pauli, ibique dividens vineam predictam a meridie Georgio antedicto, a parte vero septemtrionali Petrus comiti antedicto remanente exit ad arborem piri silvestris, inde ad aliam arborem piri silvestris in caput cuiusdam vallis, circumiens per valles „venit iterum in capite cuiusdam vallis ubi est arbor suas (?) cruce signata. Inde directe ad occidentem per montem venit ad arborem cerasi, abhinc salit vallem ad arborem harast cruce signatam in latere vallis et per eandem vallem venit supra ad terram eiusdem. Inde venit ad magnam viam iuxta quam est arbor suas cruce signata iuxta antiquam viam, abhinc declinat per eandem antiquam viam ad septemtrionem, deinde descendit per viam dividens villam eiusdem Georgii ad occidentem usque ad priorem metam et sic terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum sabbato proximo ante dominicam qua cantatur oculi mei, anno domini millesimo trecentesimo XX. quinto.

Original bio u pismohrani Tadije Ferića. — Pečat manjkao, visila vtvca žute i crvene boje. — Prepisao Ivan Kukuljević.

183.

1325, 12. marta. (U Križevcima.)

Stjepan župan kriievački objavljuj'e, kako je Stpepan Petrov u svojem testatnentu darovao posjed magistru Gjuri Pavlovu.

Nos Stephanus comes Crisiensis memorie commendamus, quod nobilis vir Stephanus filius Petri filius(!) Zacheus iacens in lecto egritudinis, existens tamen compos sue mentis, possessionem suam totaliter et omnino, prout in Htteris patentibus discretorum virorum capituli Chasmensis ecclesie plenius vidimus contineri, magistro Georgio filio Pauli contulisset perpetuo possidendam, et sicut eciam quamplures huiusmodi donaciones possessionarias secundum consuetudinem nobilium[1] inter Dravam et Zauam existencium fecerunt[2], iam idem magister Georgius in

[1] K. loše čitao : inobilium.
[2] Jamačno: fuerunt.

congregacione domini nostri Nicolay bani tocius Sclavonie, cum loco sui magister Mihael filius Keleed et magister Georgius notarius predicti domini nostri una nobiscum sederunt in Crisio, litteras suas super premissam donacionem exhibuit. Quam donacionem nobiles regni dixerunt(-), ut secundum iusticiam eorundem et legem iusta donacio extitisset eadem, tamen magister Georgius, sicut decet, per omnia in hac parte a nobis fuit expeditus. Datum feria tercia proxima post dominicam oculi, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto.

Oiiginalni prijepis od 29. juna 1329. bio u pismohrani Tadije Perica. Prepisao Ivan Kikuljević.

184.

1325, 17. marta. U Čazmi.

Kaptol čazmanski svjedoči, da je Stj'epan Petrov u svojem testamenfii darovao Gjuri Pavlovu svoj posjed Sveštenevac.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod nobilis vir Stephanus filius Petri filius(!) Zacheus, quia propter debilitatem sui corporis nostram in presenciam personaliter accedere nequiebat, per nuncium suum specialem a nobis cum instancia postuiauit, ut ad audiendam vocem et ordinacionem eiusdem, in cuius presencia et testimonio de bonis suis salubriter prouidere et disponere valeret, unum ex nobis ad eundem mitteremus. Cuius peticionibus congruis et honestis annuentes, discretum virum magistrum Thomam decanum, socium et concanonicum nostrum, ad audiendam vocem eiusdem duximus transmittendum. Qui socius noster tandem ad nos rediens nobis dixit, quod idem Stephanus iacens in lecto egritudinis, debilis corpore, sanus tamen et incolumis sue mentis, in presencia et testimonio eiusdem, prioris de conventu Crisiensi, Johannis plebano de sancto Michaele, magistri Stephani notarii Crisiensis, Finech filii Georgii, Labiani filii Izlay, Petri filii Jacobi, aliorumque quam plurimorum nobilium ad hoc specialiter vocatorum, inter alias ordinaciones suas possessionem suam Suezteneuch vocatam cum vineis, silvis, aquis, fenetis, terris arabilibus, molendinis, ceterisque utilitatibus ad eandem spectantibus universis, salva et excepta magna vinea patris sui, dixit et confessus est magistro Georgio filio Pauli proximo suo predilecto ob recompensacionem et remuneracionem dilleccionum suarum dedisse, donasse et legasse inrevocabiliter habendam et iure

perpetuo possidendam, litteras et instrumenta, quibus et quarum auctoritate ipsam possessionem obtinuit, asseruit coram eodem socio nostro in antea sibi tradidisse et eciam assignasse. Datum et actum in dominica letare, in anno domini millesimo CCC°XXV°.

Originalni prijepis bana Mikca od 29. funa 1329. bio ti pismohrani Tadije Ferića. Prepisao Ivan Kukuljevic.

185.

1325, 18. marta. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuj'e svoju povelju od 11. aprila 1324., kojom je ban Ivan darovao Dionizu Kostaj'ničkom posjed Gergjen.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus quibus expedit vniuersis memorie commendantes, quod accedens ad nostram presenciam nobilis vjr magister Dyonisius filius comitis Petri de Coztanicha, exhibuit nobis quoddam priuilegium tenoris infrascripti, petens a nobis ipsum priuilegium duplicari et transscribi, nostrique sigilli apposicione consignari. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi povelja istog kaptola od 11. aprila 1324.)* Nos igitur iuste et congrue peticioni predicti magistri Dyonisii fauorabiliter inclinati, predictum priuilegium non cancellatum non abrasum non abolitum presentibus de verbo ad verbum rescribi et nostri sigilli pendentis apposicione fecimus communiri. Datum feria secunda proxima post dominicam letare, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto.

Original u kr. ug. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. I. no. 33.338. — Stara signat. N. R. A. fasc. 458. no. 15. — Pečat i vrvce otpali.

186.

1325, 15. aprila. U Avignonu.

Papa Ivan XXII. nalaže zadarskoma nadbiskupu, da crkvenim sredstvima prisili nasljednike Mihe Scolature gradjanina zadarskog, te bi vratili otok Zir samostanu rogovskomu.

Johannes episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . . archiepiscopo Jadrensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram peruenit, quod quondam Micha de Scolatura ciuis Jadrensis insulam Zuri, nec non vineas, terras, possessiones, nemora et nonnullos annuos redditus existentia in dicta insula Jadrensis diocesis ad monastcrium sanctorum Cosme et Damiani de Monte ordinis sancti Benedicti eiusdem diocesis spectantia, sub false uenditionis spctie in fraude usurarum simulate concepte, dum uiueret, titulo pignoris detenuit obligata, et post ipsius Miche obitum Philippus et Petrus filii ac Maria relicta eiusdem Miche uidua, ciues Jadrenses, qui in omnibus bonis predicti Miche successisse noscuntur, detinuerunt et adhuc detinent eodem titulo insulam, vineas, terras, possessiones et redditus prelibata, et tam Micha quam Philippus, Petrus et uidua prefati perceperunt ex eisdem insula, vineis, terris, possessionibus, nemoribus et redditib'is ultra sortem de non ueniendo quoquomodo contra uenditionem predictam et non repetendis insula, uineis, terris, possessionibus, nemoribus et redditibus antedictis, ac fructibus ex eis percipiendis in sortem huiusmodi minime computandis, datis eisdem Miche a dilectis filiis . . . abbate et conuentu dicti monasterii litteris confectis exinde publicis instrumentis, renuntiationibus aliisque cautionibus factis et penes adiectis, dictorumque abbatis et conuentus fide super hoc prestita corporali, bone memorie Nicolai archiepiscopi predecessoris tui super predictis accedente consensu. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, eosdem Philippum, Petrum et uiduam, ut relaxent fidem huiusmodi monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas, eaque relaxata debita sorte contenti, insulam, vineas, terras, possessiqnes, nemora et redditus predicta et quicquid ultra sortem tam dictus Micha quam ipsi perceperunt ex illis, uenditione, litteris, instrumentis, renuntiationibus, cautionibus, penis et consensu predictis nequaquam opstantibus, abbati et conuentui restituant memoratis per penam in Lateranensi concilio contra usurarios editam, appellatione cessante, compellas. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtnaxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione, XVII. kalendas maii, pontificatus nostri anno nono,

Original u gubemialnom arkivu u Zadru, odio samostana rogovskog 7io. 55.
Uzica i pečal su otpali.
Na hrptti savremena glagolska bilješka: »Raziozi od Zira«.,

187.

1325, 15. aprila. U Avignonu.

Papa Ivan XXII. nalaže opatu samostana u Ninu, da crkvenim sretstvima prisili neke gradjane zadarske, te bi vratili posjed Vrbicu samostanu rogovskomu.

Johannes episcopus seruus seruorum dei dilecto filio . . . abbati monasterii sancti Ambrosii Nonensis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram peruenit, quod Domaldus Stephani de Zadulinis et Damianus Grisogoni de Mangaza ciues Jadrenses villam Verbizam nec non quedam: uineas, terras, ortos, possessiones, molendina ac nonnullos annuos redditus existentia prope dictam villam Jadrensis et Scardonensis diocesis ad monasterium sanctorum Cosme et Damiani de Monte, ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis spectantia, sub false uenditionis spetie in fraudem usurarum simulate concepte titulo pignoris detinent obligata, licet ex eis perceperint ultra sortem de non ueniendo quoquomodo contra uenditionem ipsam et non repetendis uilla, vineis, terris, ortis, possessionibus, molendinis et reditibus antedictis ac fructibus ex eis percipiendis in sortem huiusmodi minime computandis, datis a dilectis filiis . . . abbate et con-uentu dicti monasterii litteris confectis exinde publicis instrumentis, renuntiationibus aliisque cautionibus factis et penis adiectis, dictorumque abbatis et conuentus fide super hoc prestita corporali, venerabilis fratris nostri Johannis archiepiscopi Jadrensis super predictis accedente consensu. Cum autem predicti abbas et conuentus sicut asserunt potentiam dictorum ciuium merito perhorrescentes, eos infra ciuitatem seu diocesim Jadrensem nequeant conuenire secure, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, dictos pignerum detentores, ut relaxent fidem huiusmodi monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas, eaque relaxata sua sorte contenti pignora, ipsa et quicquid ultra sortem perceperunt ex eis uenditione, litteris, ihstrumentis, renuntiationibus, cautionibus, penis et consensu predictis nequaquam obstantibus abbati et conuentui restituant supradictis per penam in Laterensi (!) concilio contra usurarios editam, appellatione remota, compellas. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione, XVII. kalendas maii, pontificatus nostri anno nono.

Ori^inal u gubernialnom arkivu u Zadru odio samostana rogovskog no. 54.

Uzica i pečat su otpali.

188.

1325, 22. aprila. U Avignonu.

Papa Ivan XXII. potvrdjuj'e samosta.7iu rogovskom nj'egove posjede.

Johannes episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis . . . abbati et conuentui monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte ordinis sancti Benedicti Jadrensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas uestras et locum in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidetis ac in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; specialiter autem decimas, terras, domos, vineas, villas, insulas, salinas, prata, pascua, nemora, molendina, ortos, possessiones, iura, iurisdictiones et alia bona uestra sicut ea omnia iuste et pacifice obtinetis, uobis et per uos monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, salua in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, X. kalendas maii, pontificatus nostri anno nono.

Original « gubemijalnom arkivii u Zadru, odio samostana rogovskog no. 53.

Na listini naiazi se svitena vrvca crvene i žute boje. Pečat otpao.

Na hrptu se nalazi savremena bilješka: «Nicolaus Egidius de Meuania«.

Starine XXIII. Ljubid Libelius Policorion. p. 201.— 202. no. 116.

189.

1325, 5. maja. U Trogiru.

Progirani šalju svoje poslanike u Zadar, da prosvjeduju protiv uasilj'a Zadrana.

Propositum est, vadant ambassiatores Jadram ad petendas repressalias et cassari faciendas eas, quas Jadrenses pretendunt a commune

rragurii et protestandi. Eiectis damnificatis a consilio et eorum consanguineis soli 8. remanserunt; ideo omnes iterum ingressi ellegerunt ambassiatores: Casottum Nicole, Gregorium Salinguerre, Mengazza Desse Duymi.

Notae Joannis Lucii. fol. 11. a. Starine XIII. 231.

190.

1325, 10. maja. D Avignonu.

Ivau XXII. papa dopuSta inkvizitoru Fabijanu, da vrši svoju siužbu protiv nckih heretika.

Joannes papa XXII. etc. Dilecto filio Fabiano de ordine fratrum Minorum, inquisitori haereticae pravitatis in provincia Sclavoniae auctoritate apostolica deputato. Ad nostri apostolatus auditum etc. Cumque praefati canonici et alii super praedictis eorum complices et sequaces, quominus contra ipsos et eorum singulos, qui forsam de fide fore suspecti dicuntur, possis ex inquisitionis officio tibi commisso alias exigente iustitia procedere, nitantur, sicut accepimus, praetextu dictarum litterarum nostrarum praefato directarum episcopo se tueri, nos cupientes inquisitionis praedictae negotium ubique ad laudem divini nominis et exaltationem fidei catholicae prosperari, nequaquam nostrae intentionis extitisse vel existere, quod per dictas litteras vel alias quascunque negotium inquisitionis eiusdem impediatur quomodolibet, tenore praesentium declaramus. Datum Avinione, VI. idus maii, anno nono.

Eubel Bullarium Franciscanum. Tom. V. 386. no. 573.

191.

1325, 12. maja. U Avignonu.

h °an XXII. papa predaje Nlkoli Kazotiću na brigu crkvu sv. Marije u Trogiru i sv. Ivana u Biaču.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Nicolao nato dilecti filii Donati de Casocto civis Traguriensis, canonico et primicerio ecclesie Traguriensis, salutem et apostolicam benedictionem. Laudabile testimonium, quod tibi de honestate morum et vite et aliis probitatis ac virtutum meritis perhibetur, rationabiliter nos inducit, ut personam

tuam munificencia sedis apostolice prosequamur. Cum itaque primiceriatus maioris ecclesie Traguriensis ac beate Marie de Platea Traguriensi,. et sancti Johannis de campo Biag antiquitus sancte Marthe vocata Traguriensis diocesis ecclesie sine cura, quos venerabilis frater noster Lampredius episcopus Traguriensis, olim primicerius eiusdem maioris ac rector predictarum ecclesiarum, promotionis sue tempore per nos facte de ipso ad eandem Traguriensem ecclesiam tunc vacantem obtinuit, per promotionem ipsius et consecratibnis munus per eum apud apostolicam sedem de mandato nostro susceptum apud eandem sedem vacare noscantur ad presens, nullusque de illis preter nos hac vice disponere possit, pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi omnes dignitates, personatus, officia et ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem vacantia, et in antea vacatura collationi et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari: nos volentes personam tuam premissorum intuitu in eadem maiori ecclesia, cuius existis canonicus, amplius honorare, primiceriatum et beate Marie de Platea, et sancti Johannis de campo Biag ecclesias predictas sic vacantes cum omnibus iuribus et pertinenciis eorundem apostolica tibi auctoritate conferimus, et de illis etiam providemus, decernentes, prout est irritum et inane, si secus de illis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus, vel contigerit imposterum attemptari, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie maioris contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque alia firmitate vallatis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, personatibus vel officiis in dicta maiori ecclesia speciales, vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales sedis apostolice vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione primiceriatus et ecclesiarum predictorum te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum, personatuum et officiorum, ac ecclesiarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si episcopo, qui est pro tempore, et dilectis filiis capitulo Traguriensibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli non possint, quodque de dignitatibus et officiis ac beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem seu quamcumque aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto

huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus eiusdem maioris ecclesie ratione primiceriatus predicti solitum iuramentum, dummodo'"-fh absencia per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud prestes, aut quod in eadem maiori et Zagrabiensi ecclesiis canonicatus et prebendas, et ecclesiam sancti Stephani Traguriensis et quartam partem ecclesie sancti Georgii de Camposestino Traguriensis diocesis, quibus cura non imminet animarum, quorum omnium tam obtentorum quam tibi auctoritate presentium noviter collatorum redditus et proventus centum et trigenta florenorum auri valorem annuum, sicut asseris, non excedunt, nosceris obtinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre coilationis, provisionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Datum Avinione, IIII. idus maii, pontificatus nostri anno nono.

In eodem modo. Archiepiscopo Spalatensi, abbati monasterii sancti Johannis Traguriensis et magistro Johanni de Regio preposito ecclesie Parmensis, camere nostre clerico, ut predictas litteras exequendas curent etc.

Theiner Mon. Slav. Mer. I no. 210. p. 160.—161. — Iz reg. an. IX. par. 2. ep. 1119.

192.

1325\ 14. marta — 29. maja. U Zadru.

Ovršitelji oporuke Petra Zauatte i braća Jakov te Krševan sinovi Matije Zauatte, čine svojim mirovnim sucem Danijela sma Ciprijanova.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo(f) quarto(I), indicione octaua, die quarto decimo intrante mense marcio, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Supcrancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouanno venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Domina Zanetta relicta Petri Zauatte, Martinusius de Butouanno et Fredericus condam Damiani de Nasse ciues Jadre, comissarii dicti olim Petri Zauatte, ut continetur in suo testamento facto et roborato manu Johannis plebani sancti Mathei de Jadra Jadrensis notarii, sub millesimo trecentesimo vigesimo, indicione tercia, die tercio excunte mensis maii ex una parte, et Jacobus et Grisogonus fratres filii olim Mathei Zauatte ciues Jadre ex parte altera vnanimiter et concorditer compromiserunt se in Danielem condam Cypriani Zauatte ciuem Jadre tamquam in ipsorum iudicem arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem super omnibus et singulis questionibus, litibus, peticionibus et controuersiis inter ipsas partes uertentibus uel que uerti possent tam per cartas quam sine cartis quoquo modo ex quacumque de causa. Dantes et concedentes prefato eorum iudici, arbitro super premissis et quolibet premissorum plenam et liberam potestatem audiendi, componendi, statuendi, arbitrandi, laudandi et sentenciandi iuris ordine seruato et non seruato, partibus presentibus et absentibus, dum tamen citatis diebus feriatis et non feriatis stando, sedendo, ambulando qualitercumque, ubicumque et quomodocumque predicto eorum iudici arbitro uisum fuerit et placebit; promittentes predicte ambe partes firmum, ratum et gratum habere et tenere perpetuo quicquid per predictum iudicem arbitrum ipsorum laudatum, arbitratum uel sentenciatum fuerit de omnibus et singulis premissis, et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto modo aliquo uel ingenio sub pena librarum ducentarum denariorum venetorum paruorum, soluendarum per partem contrafacientem parti obseruanti, et nichilominus pena predicta soluta uel non, hoc instrumentum presente(f) compromissi et omnia alia et singula in ipso contenta firma perdurent sub obligacione omnium bonorum dicte comissarie ac predictorum fratrum Jacobi et Grisogoni presencium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo de Rasticio et Petro de Stella condam Dragoslaui Jadrensibus et aliis..

(Drugi rukopis).

Ego Coillus Butouani examinator examinaui.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.J

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1331.

[1] Listina je pogriješno po notaru datirana god. 1334. Za god. 1334. ind. je II. (odnosno III. po c. Flor.). Indikciji VIII. (naznačenoj po notaruj odgovara god. 1325 (c. Flor.), za koju govori i ime biskupovo, koji je umro g. 1331. (v. Farlati V. p. 94.) duždevo i kneževo (Vidi listinu od 30. decembra 1324.)

193.

1325, 25. maja. U Kljucu.

Vukoslav župan proglasuje slobodnim sina Gjure Hranića, što ga je imao sa služavkom Marijorn.

Nos comes Wlcosclaus filius Horuatini comitis significamus universis quibus expedit presentium per tenorem, quod accedentes ad presentiam nostram Ceperna, Georgius et Budec, postulantes a nobis libertatem nati Georgii supradicti, filii Chranic, qui idem prefatus Georgius genuit filium cum ancilla nostra nomine Maricha Chranic nuncupatum. Nos itaque considerantes servitia sepedicti Georgii una cum fratribus suis Andrea et Budec, que exercuit fideliter et efficaciter. persone nostre, misimus predictum natum Georgii et Mariche nomine Chranic liberum et exemptum ab omni servitute fide nostra mediante; si autem verba aliqua contrarietatis produxerint supra predictum Chranic nati mei, me decedente, scilicet Lato, Wlc, Paulus, . ira dei descendat supra eos et incurrant in sententiam paternalem. Secundum autem consuetudinem terre nostre atque fide firmiora stabilitatem preducentes ipsum sepedictum Chranic assecuravimus presentibus viris idoneis atque fidedignis magistro Damiano, Radoslao filio Radec, Ceperna, Georgio capellano nostro, Wlcosclao filio Wlcrner, Budona de generatione Cholunic, Budisclao filio Gerdomil. Pristaldi vero huius cause Dragos filius Mirus.et Radec comes noster. In cuius rei testimonium sigillum nostrum munim[i]ne roboratumduximus apponendum. Datum in castro nostro Cluc, in festo Urbani pape, anno domini M. CCC.XX. V.

Tkalloczy-Barabas. Cod. Blag. 96.—97.

194.

1325, 27. maja.

Kralj Karlo Roberto potvrdjuje sve posjede Mikiću banu.

Carolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, •quod quia magnificus vir Mykch filius Mychaelis de genere Akus, banus

tocius Sclavonie, comes Simigiensis et Supruniensis, dilectus et fidelis noster, quem intime fidei zelus nostri honeris(!j et laboris fecit non expertem, quique pro nostrorum rebellium confusione et pro reformacione pacis ac reintegracione et augmento reipublice, nobiscum pondus diei et estus in multis sumtibus et persone periculis comportans, a tempore introitus nostri in regnum nostrum Hungariam iure geniture nobis debitum, excellencie nostre et regno nostro tam grandia, grata et accepta servicia in cunctis nostris expedicionibus et processibus, pfesertim in infidelium et rebellium nostrorum et specialiter filiorum Omodey exterminacione, terras eorumdem et castra nostro regimini subiugando necnon pluribus vicibus ipsorum infideiium exercitus campestres belli certamine devincendo laudabiliter exhibuit et impendit, quod per indefessas vires et virtutis sue constanciam nobis ubique victorie titulum vendicavit, illas possessiones et iura, que pro tam meritoriis serviciis suis sibi hactenus nostra serenitas contulit pro minime reputantes, quin nedum ipsum pocioribus retribucionis beneficiis premiare, sed et ampliori bus favoris nostri gracia intendimus premunire." Volentes itaque, ut idem Mykch banus et filii sui ab eisque propaganda posteritas, omnes possessiones et iura a nostra celsitudine obtentas et obtinendas quocunque nomine censeantur et in quibuslibet comitatibus seu locis existant, absque ulla impeticione vel inquietacione habeant, possideant et teneant pacifice et quiete, tenore presencium duximus declarandum, quod huiusmodi possessiones et iura quelibet predicto Mykch bano collatas, sic contulimus et donavimus eidem ac collacionem nostram factam sibi vel faciendam permanere volumus, quod ad fratres et consanguineos eius non in aliquo extendatur atque referatur, nisi in instrumento huiusmodi collacionis et donationis de ipsis fratribus vel consanguineis suis fuerit expresse mencio habita vel donacio eis facta commuaiter exprimatur. Presenti edicto in perpetuum valituro, decernentes et ex speciali gracia ac de plenitudine potestatis nostre statuentes, quod in possessionibus et iuribus predicto Mykch bano et suis filiis ab eisque propagandis successoribus, precise et circumscriptis seu exclusis fratribus et consanguineis suis per nos collatis aut conferendis, nullus fratrum vel consanguineorum suorum pro se possit quicquam que iuris vel partem aut porcionem aliquam cuius iuris vel consuetudinis pretextu vendicare, aut eosdem Mykch banum, filios suos, ab eisque propagandas posteritates, super eisdem possessionibus aut iuribus aliquatenus in iudicio vel extra iudicium inquietare seu impetere valeat quandocunque, legibus seu consuetudinibus quibuslibet non obscantibus, quibus per hoc dictum nullum volumus preiudicium generare. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales duplicis

novi et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC° vicesimo quinto, sexto kalendas iunii, regni nostri anno simiiiter vicesimo quinto; venerabiiibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, fratre Ladizlao Colocensi, aule nostre cancellario, ecclesiarum archiepiscopis; Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de sancto. Ireneo, Ladizlao Quinqueequesiensi(l), fratre Petrd Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transilvano, Herrico Wesprimiensi, aule domine regine cancellario et Chanadino Agriensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Phylippo palatino, iudice Cumanorum, comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trenchiniensi, Thoma voyvoda Transilvano et comite de Zonuk, Alexandro iudice curie nostre, Paulo ' bano de Machou, comite Syrmiensi, de Wolkau et de Budrug, Blasio magistro agasonum nostrorum, comite Huntensi et Nitriensi, Nicolao comite Posoniensi et aliis quampluribus comitatus regni tenentibus et honores.

Original u narodnom muzeju u Hudimpesti s. a. 1325. — JVa hstmi -otdi se trag gdje je o vrvci visio pečat.
Zala vdrmegye tdrtenete. I. 182.—184. no. 136.

195.

1325, 2. una. U Trogiru.

Trogirani šal/u svoje izaslanike, da ugovaraju sa Zadranrma.

Cum duobus missis vadat tertius ad insulam Vergade cum examinatore et notario, et ibi cum tribus aliis Jadertinis desumendis de regno ; et quod per maiorem partem determinabitur, firmum maneat.

Notae Joannis Lucii Starine XIII. p. 231.

196.

1325, 5. juna, U Avignonu.

Opomena papinska kralju Karlu Robertu radi heretika bosanskih.

Johannes episcopus etc. Charissimo in Christo filio Carolo regi Hungariae illustri. Frequenter, fili charissime, fidedigna relatio apostolicae sedis pulsauit auditum, quod principe tenebrarum, humanae salutis aemulo, nocendique cupido, consuetis nequitiae stimulis procurante, magna haereticorum caterua de multis et variis partibus congregata, ad principatum Bosnensem in confinio Dalmatiae constitutum sub fiducia inibi seminandi obscoenos errores, tuteque nocendi confluxit, etc, vt in praecedenti bulla vsque ad rabiem bestialem. Cum igitur praedictorum haereticorum nefanda, sed eliminanda seductio in dicto principatu, sicut asseritur, iam multas animas labe resperserit, seu infecerit haereticae prauitatis, dictusque principatus tuae, sicut accepimus, sit ditioni subiectus, ac propterea deceat et expediat cum omni cautelae studio et prouisionis acceleratae medio de principatu praedicto pestem huiusmodi radicitus extirpare, ne passim vagari permissa intactas adhuc Christi oues morbo eiusdem prauitatis inficiat et in vicinis prouinciis periculosius dilatetur, serenitatem regiam rogamus et hortamur in eodem domino Jesu Christo tibi nihilominus per apostolica scripta mandantes, quatenus ob reuerentiam apostolicae sedis et nostram, ac pro salute animarum ad eliminandum et extirpandum dictos haereticos de principatu praedicto opem praepares et impendas congruentem, regio culmini et eiusdem prouinciae statui opportunam, ac piae solicitudinis zelum contra eosdem hostes saevissimos animarum ad requisitionem dilecti filii Fabiani ordinis fratrum Minorum inquisitoris pravitatis praedictae in partibus illis auctoritate apostolica deputati, aliorumque inquisitorum auctoritate praedicta deputatorum in illis partibus ac deputandorum in posterum et eorum cuiuslibet viriliter assumendo, praecipiendo etiam dilecto filio nobili viro principi eiusdem principatus, qui sicut dictum est, tibi subiectus esse dignoscitur, vt ipsos inimicos fidei de terra sibi subdita radicitus extirpet, vt non solum qui recti sunt incolumes perseuerent, sed etiam eorundem haereticorum seditione decepti confutatis et abiuratis erroribus ad lumen verae fidei reducantnr. Tuque propterea tanto acceptiorem te diuino conspectui repraesentes, quanto hoc opus fidei super omnia pietatis officia gratius diuinae oculis maiestatis accedet. Caeterum

praefatum inquisitorem et alios, etc. vt in superiori bulla vsque ad, valeant exercere. Datum Auinione, nonis iunii, anno 9.

Wadding Annal. Minor. III. 324—325. — Farlati Illyr. sacr. IV. 57. — Raynaldi Ann. eccl. ad. a. 1326. — Pray Annales III. 20. — Eubel Bullarium Franciscanum T. V. 288. no. 578. — Fcrmendžin Acta Bosnae str. 21.

197.

1326, 5. juna. D Avignonu.

Ivdn XXII. papa preporuča kralju Karlu Robertu biskupa zagrebačkoga Jakoba, a tako i kaptolu zagrebačkomu.

Johannes episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Exponente nobis venerabili fratre nostro Jacobo episcopo Zagrabiensi accepimus, quod dudum tibi, fili carissime, falsa relatione suggesto, dictum episcopum fore viam universe carnis ingressum, dilectis filiis . . . preposito et capitulo Zagrabiensis ecclesie per litteras regias scribere curavisti, ut ad electionem pastoris in eadem preficiendi ecclesia procedere procurarent, propter quod in castris et locis eiusdem ecclesie aliisque bonis ipsius episcopi nonnulle novitates fuisse facte dicuntur. Verum cum idem episcopus nuper pro certis negotiis ad nostram presentiam evocatus ad presens vita et incolumitate corporis perfruatur, excellentiam regiam rogamus attentius et hortamur, quatenus episcopum et ecclesiam memoratos habens pro nostra et apostolice sedis reverentia favori regio commendatos. novitates huiusmodi facias pro dei, nostra et apostolice sedis reverentia, quantum ad te pertinuerit, revocari. Datum Avinione, nonis iunii, anno nono.

In eodem modo. Dictis preposito et capitulo. Nuper accepimus admirantes, quod nobis per litteras carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Ungarie illustris dudum extitit intimatum, venerabilem fratrem nostrum Jacobum episcopum Zagrabiensem fuisse viam universe carnis ingressum, propter quod in castris et locis. eiusdem ecclesie aliisque bonis ipsius episcopi nonnulle facte fuerunt, sicut asseritur, novitates. Verum cum idem episcopus pro certis negotiis ad nostram presentiam evocatus ad presens vita et incolumitate corporis perfruatur, discretionem vestram requirimus et hortamur, vobis nichilominus per apostolica šcripta districtius iniungentes, quatenus, si que novitates per vos contra

•dictum episcopum et bona sua facte fucrint, eas revocare quantocius studeatis. Datum ut supra.

Theiner Mon. Ilung. I. no. 766. sfr. 199. — 500. — h reg. orig. an. IX. secr. ep. 455.

Tkalčić Moii. civ. Zagrab. I. 112.

198.

1325, 5. juna. U Avignonu.

I-van XXII. papa opominje Stjepana bana bosanskoga radi heretika.

Johannes episcopus etc. Dilecto filio nobili viro, Stephano principi Bosnensi. Repetita frequenter multorum fidedigna relatio nostrum et apostolicae sedis pulsauit auditum, quod principe tenebratum, humanae salutis aemulo, nocendique cupido procurante, magna haereticorum -caterua de multis et variis partibus congregata, ad principatum Bosnensem, sub fiducia inibi seminandi obscoenos errores, tuteque ibidem morandi confluxit, qui antiqui hostis imbuti versutia, ac veneno suae .falsitatis armati, catholicorum animas sub simplicitatis simulatae fallacia, praetensa, sed falsa christiani nominis professione, corrumpunt, dum eorum sermo serpit vt cancer, humiliter irrepunt, sed latenter occidunt, •et lupi rapaces interius existentes, vestitum ouium exteriori simulatione demonstrant, quia non possent fallere veras et simplices Christi oues, nisi sub nomine christiano tegerent rabiem bestialem. Cum igitur praedictorum haereticorum nefanda, sed eliminanda seductio in dicto prin•cipatu, sicut asseritur, iam multas animas iabe resperserit, seu infecerit haereticae prauitatis, ac propterea diligentiam tuam plurimum deceat, et tibi expediat cum omnis cautelae studio, et prouisionis acceleratae remedio de principatu praedicto pestem huiusmodi radicitus extirpari, :ne passim vagari permissa, ibi tantas adhu Christi oues morbo eiusdem prauitatis inficiat et in vicinis prouinciis periculosius dilaretur, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente in eodem domino Jesu Christo, tibi nihilominus per apostolica scripta districtius iniungentes, quatenus tu, qui, sicut fidedigna relatione percepimus, fidelis es nobis et ecclesiae, ac proponis esse cum dei adiutorio, quantum in te est, haeresum oppugnator, ob omnipotentis dei reuerentiam. et apostolicae sedis et nostram, ac pro conseruatione principatus praedicti, et salute animarum, diligentius etiam attendendo, quod, pro eo, quod dicti principatus regimini praesides, ad te praecipue pertinet, haereticos persequi supradictos,

cum non absque nota grandis infamiae possis in dicta prouincia labem non persequi supradictam, ad eliminandum et extirpandum exinde dictos haereticos, opem praepares et impendas, eiusdem prouinciae statui opportunam, ac piae solicitudinis zelum contra eosdem haereticos, hostes saevissimos animarum, ad requisitionem dilecti filii Fabiani ordinis fratrum Minorum inquisitoris haereticae prauitatis, in partibus illis auctoritate praedicta deputatorum in illis partibus, et deputandorum in posterum et eorum cuiuslibet viriliter assistendo, vt noxiis de principatu praedicto euulsis radicibus, non solum qui recti sunt, incolumes perseuerent, sed etiam eorumdem haereticorum seductione decepti, confutatis et abiuratis erroribus ad lumen verae fidei reducantur; tuque propterea tanto acceptiorem te diuino conspectui repraesentes, quanto hoc opus fidei super omnia pietatis officia gratius diuinae oculis maiestatis accedet. Caeterum praefatum inquisitorem, et alios in iis, quae ad praedictum inquisitionis officium pertinent, super quibus fauoris et auxilii tui partes fiducialiter duxerint requirendas, ob diuinam et apostolicae sedis reuerentiam atque nostram, habens propensius commendatos, teque eis propitium exhibens ac benignum, ita quod fauoris tui super praemissis assistente praesidio, commissae eis inquisitionis officium contra respersos labe praedicta ad laudem dei, et pro salute fidelium in decretis sibi prouinciis, securius et efficacius valeant exercere. In praedictis autem sic impendas viriliter contra dictos haereticos opportunae solicitudinis tuae partes, quod fructuosi laboris effectus te patenter ostendat feruidum fidei zelatorem, nec ex aliqua negligentia vel tepiditate remissa, quae est in tanto negotio plurimum reprobanda, possit contra te racionabiliter inuehi, quod eosdem haereticos, dum ipsos non persequeris, vt teneris, quodammodo foueas et sustineas tolerando. Datum Auinione, nonis iunii anno 9.

Simili modo uxor quoque eiusdem principis, Elisabeth, a sumno pontifice monetur.

Wadding Annales Tom III. 323.—324.
Farlati III. sacr. IV. 57. ima samo regest.
Eubel Bullarium Franciscanum lom. V. 287 no. 577.
Fermendžin Acia Bosnae p. 21.

199.

1325, 13. juna. U Avig-nonu.

Papa Jvan XXII. potvrdjuje samostanu benediktinskomu u Mljetu neka mjesta, darovana mu od srpskoga kralja Uroša II.

Johannes episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis abbati et con--uentui monasterii Melite ordinis sancti Benedicti Ragusine diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum S^ne petitio uestra nobis exhibita continebat, quod clare memorie Orosius secundus rex Rascie de propria salute cogitans et cupiens terrenna in celestia et transitoria in eterna felici comertio commutare, insulam Melite, casalia Blatte, Babinopolle et Verchmelec et quasdam terras et possessiones sitas in eadem insula Melite et Janine Ragusine diocesis, tunc ad eundem regem pertinentes, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis uobis et successoribus uestris ac monasterio uestro pro sua et parentum suorum animarum remedio pia et prouida deliberatione donauit, prout in priuilegio inde confecto ipsius regis aureo sigillo munito plenius dicitur contineri. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem rege pie et prouide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presenti scripti patrocinio communimus Nulli ergo omnimo hominum liceat hanc paginam nostre •confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auignone, idibus iunii, pontificatus nostri anno nono.

Original u dubrovaćkom arkivu. Pečat otpao. Zbirka Saec. XIV.

200.

1325, 14. juna.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu kralja Ladislava od 10. jula 1280., kojom se vraćaju zemlje Vrbovec i Obrež Junku i njegovu sinu Ivanu.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, •Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et

Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris salutem in omnium saluatore. Solet a principe confirmari, quod licite postulatur, quia sicut ^uris est occupata indebite in statum debitum reuocare, sic est equitati consonum obtenta legitime regio patrocinio roborari. Proinde cunctorum noticie harum serie volumus peruenire, quod Johannes et Paulus filii Johannis filii Jwnk fideles nostri, suorum et Petri fratris ipsorum nomine ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium domini Ladizlai quondam incliti regis Hungarie, fratris nostri karissimi ielicis recordacionis super facto terre Vrbouch et Ebrys vocate confectum et habitum, petentes nos prece subiectiua, vt ipsum priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ladislava od 19 jula 1280.)* Nos itaque prescripti priuilegii domini Ladizlai regis inspecta ueritate, ad iustam et iuriconsonam peticionem eorundem Johannis et Pauli idem priuilegium in nulla sui parte viciatum de verbo ad verbum presentibus insertum acceptamus, ratificamus, approbamus et de consilio prelatorum et baronum regni nostri predictas possessiones predictis Johanni, Paulo et Petro ac eorum heredibus eatenus, quatenus ipsas nunc possident, perpetuo possidere et habere presentis priuilegii nostri patrocinio confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri End[re] prepositi Albensis ecclesie, auleque nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°CCC°XX° quinto, X° octauo kalendas iulii, regni autem nostri similiter XX° quinto; venerabilibus in Christo patribus et dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi, auleque nostre cancellario archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio S^^rmiensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Laurencio Waciensi, Andrea Transsiluano, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis baronibus Phylippo palatino, comite de Wyuar et de Scepus, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum,. comite Bachiensi et Trinchiniensi, comite Alex[andr]o iudice curie nostre, Thoma wayuoda Transsiluano et comite de Zonuk, Mykch bano tocius Sclauonie, comite de Sarus, Suproniensi et Symigiensi, Paulo bano> de Machou, comite Syrimiensi de Wolkow et de Bodrugh, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasyo magistro agasonum nostrorum, Nicolao dicto Treutel, comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni riostri comitatus tenentibus et honoreš.

Iz potvrde kralja Ljudevita od 25. apiila 1359.

Original potonje potvrde u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1280.

201.

1325, 12.—15. juna. U Trogiru.

Izabrani izaslanici radi represalija na Zadrane.

Ellecti 4., ut cum octo iudicibus, deinde octo, ut cum aliis vocctur consilium a viginti, determinent super facto repressaliarum cum Jadra. Quatuor: Gregorius Marini, Gregorius Salinguerre, Vincentius Amplasii, Josephus Stephani. Octo: Dessa Bastiani, Riuce Relle, Petrus Jacobi, Michael Stephi, Nicola Mathei Dobre, Mengazza Silvestri, Joseph Petri Duymi, Dessa Juue Lucii. Primo: duo ambassiatores tractaverunt cum Jadertinis et Sibenicensibus, ut eos invicem componerent de quadam insula, et tractaverunt de propriis repressaliis factis occasione guerre inter commune Venetiarum et Jadram, presertim de Marciliana et aliquibus bonis captis apud Uglan et castrum domini Michaelis Mathei de Octigagno civis Jadrensis, MCCCXIL, novembris 11.

Notae Joannis Lucii fol. II a. Starine XIII. 231.

202

1325, 17. juna.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Nikoli, Jakobu, Ivanu i Petru sinovima Lovre zvanog Šopronskoga od plemena Aba, posj'ed Temlečov, i darovnicu svoj'u vrhu toga od god. 1318.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in largitore salutis. Cum a nobis petitur, quod iustum est, decet maiestatem regiam facilem prebere consensum in hys precipue, que subiectorum

comodis vtiliter videtur conuenire. Eapropter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magistri Nicolaus, Jacobus, Johannes et Petrus filii magistri Laurencii dicti de Suprunio de genere Aba fideles et familiares nostri ad serenitatis nostre accedentes presenciam, exhibuerunt nobis quoddam priuilegium nostrum priori et antiquo sigillo nostro consignatum super quadam terra custodum carceris castri nostri Kyrisiensis Themlechow confectum, petentes nos humiliter supplicando, vt ipsum priuilegium nostrum seu restitucionem per nos ipsis factam ratam habere ad maioremque cautelam et perpetuam rei memoriam appensione sigilli nostri noui et autentici de benignitate regia dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Karla od 29. marta 1318.)* Et vt de ipsius possessionis ThemJechow nuncupate debita restitucione possimus certo cercius edoceri, vtrum de iure ad regiam pertineat collacionem, fidelibus nostris capitulo videlicet ecclesie Chazmensifs firmiter] dedimus in mandatis, vt ipsi suum mitterent testimonium, coram quo Nicolaus filius Isow homo noster de qualitate et quantitate ipsius possessionis sciret et inquireret omnimodam veritatem, qui demum nobis in hunc modum rescripserunt, quod predictam possessionem scita et [cognita] veritate [a] vicinis et commetaneis eiusdem inuenissent regie collacioni pertinere, vnde nos ex huiusmodi veridica relacione litteratoria predicti capituli super restitucione dicte possessionis ipsis filiis Laurencii facta ad plenum informati, predictam possessionem [Themlechow ei]sd[em magistris] Nicolao, Jacobo, Johanni et Petro filiis predicti Laurencii et eorum heredibus ac heredum ipsorum successoribus noue donacionis titulo restituimus perpetuo possidendam et prescriptum priuilegium nostrum de verbo ad verbum presentibus insertum ratificamus, acceptamus a e maiestatis confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre prepositi Albensis, aule nostre vicecancellarii [dilecti et fidelis nostri], anno domini M°CCC°XX° quinto, regni eciam nostri anno similiter XX°. quinto, quintodecimo kalendas iulii. Venerabilibus in Christo patribus Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi archyepiscopis, Johanne Nittriensi, Benedicto Chanadiensi, Iwanka Waradiensi, Nicolao Jauriensi [Laurencio Waciensi], Georgio Syrmiensi, fratre Petro Boznensi, Herrico Wesprimiensi, Chanadino Agriensi et Andrea Transiluano episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Phillippo palatino comite Zepesyensi et de Wywar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, comite [Bachiensi] et Trinchyniensi, comite Alexandro

iudice curie nostre, Thoma woyuoda Transiluano et comite de Zonuk, Mykch bano tocius Sclauonie et magistro tawarnicorum domine regine consortis nostre karissime, Paulo bano de Machow, comite Syrmiensi de Wolko et de Bodrug, Desew iudice curie eiusdem domine regine, Dj'onisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agasonum nostrorum et magistro Nicolao comite Posoniensi aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Ori^inai djelomice od vlage oštećen u kr. ngar. državnom arkivu n Budimpešti: M. 0. I). L. no. 33.571. — Stara signatura: N. R. A. /asc. 1506. no. 13.

Na listini visi o crvenoj i modroj svilenoj vrvci komad dvostrztkog pečata.

203.

1325, 24. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. ftapa biskupima korčulskomu, skradinskomu z kninskomu •neka uspostave biskupa hvarskoga i neka saslušaju njegovu tuibu.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus fratribus . . . Corzorensi et . . . Scardonensi ac . . . Tiniensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Significavit nobis venerabilis frater noster Stephanus episcopus Farensis, quod dudum ecclesia Farensi per obitum bone memorie Gregorii Farensis episcopi pastoris solatio destituta, due in ea, una videlicet de dilecto filio Stephano de Sloradis plebano plebis sancti Mathei Jadrensis, altera vero de dicto episcopo, tunc primicerio ecclesie Spalatensis, electiones fuerunt in discordia celebrate, quibus electionibus bone memorie Petro archiepiscopo Spalatensi loci metropolitano tunc viventi ab eisdem electis post consensum dictis electionibus prestitum ab eisdem presentatis, demum idem archiepiscopus de modo ipsarum electionum, ac electorum et eligentium meritis metropolitica auctoritate cognoscens et iuris ordine observato, quod electionem de dicto Stephano plebano invenit fuisse de persona multis laborante viciis temere celebratam, ipsa cassata et cassa et irrita nunciata, electionem ipsius Stephani episcopi, quam canonicam reperit et de persona ydonea celebratam, auctoritate predicta confirmare curavit, sibique munus consecrationis impendit, dictusque Stephanus episcopus extunc bonorum ipsius ecclesie administrationem adeptus, episcopatum Farensem tamquam verus episcopus aliquamdiu possedit per gentes suas pacifice et quiete:

quodque postmodum quidam iniquitatis filii clerici et laici Farensis civitatis et diocesis eundem Stephanum episcopum possessione eiusdem Farensis ecclesie, ac iurium ipsius nequiter spoliarunt, ac nichilominus frater Lucas abbas monasterii sanctorum Cosme et Damiani ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis falso pretendens se in episcopum Farensem fuisse electum, confirmatum et etiam consecratum per venerabilem fratrem nostrum Lampredium Traguriensem episcopum, ad quem id facere nec de consuetudine, nec de iiire potuerat pertinere, in dictam ecclesiam dampnabiliter se intrusit, eamque detinet in anime sue perniciem et eiusdem Stephani episcopi preiudicmm, ac multarum animarum dispendium occupatam, propter quod idem Stephanus episcopus ad nos super hiis devote recurrens, nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi,. si de premissis summarie et de plano, sine strepitu ac figura iudicii vobis constiterit, eodem Stephano episcopo ad possessionem eiusdem Farensis ecclesie ac iurium et pertinenciarum ipsius, sicut iustum fuerit,. restituto, sibique de fructibus medio tempore perceptis ex episcopatu predicto, et qui percipi poterunt, a suis spoliatoribus satisfacto, audiatis causam et appellatione remota fine debito decidatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Avinione, VIII. kalendas iulii, pontificatus nostri anno nono.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 211. str. 161.—162. Iz reg. an. IX. part. 2. efi. 1646.
Farlati Illyr. sacr. IV. p. 251 ima regest.

204.

1325, 1. jula. U Avignonu.

Pafta Ivan XXII. odredjuje nadbiskupa Spljetskoga, da bude sudac u sporu izmedju samostana rogovskoga i općme šiberilćke zaradi otoka Zirja.

Johannes episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . . archiepiscqpo Spalatensi salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti

sunt nobis dilecti filii . . . abbas et conuentus monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis, quod vniuersitas ciuitatis Sibenicensis dictos abbatem et conuentum insula £uri nec non vineis, terris, possessionibus, nemoribus et rebus aliis existentibus in eadem insula dicte diocesis ad dictos abbatem et conuentum legitime spectantibus, in quorum possessione pacifica ipsi abbas et conuentus tunc temporis existebant, temeritate propria contra iustitiam spoliarunt. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. ' Testes au'em, qui fuerint nominati, si sc gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione, kalendis iulii, pontificatus nostri anno nono.

Origmal u gubem. arkivu u Zadm; odio samostana rogovskog no. 56.
Uzica i pečat su otpali.
Na hrptti savremena glagoljska bilješka: » Ot Zira je tist.«

205.

1325, 4. jula.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje za biskupa zagrebačkog Iakoba listinu kralja Bele IV. od god. 1226., kojom je selo Vertus darovano crkvi zagrebačkoj (jednaka je i potvrda listine Beline od 22. decembra 1269.)

Karolus dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris salutem in omnium saluatore. Solet a principe confirmari, quod licite postulatur, quia sicut iuris occupata indebite in statum debitum reuocare, sic est equitati consonum obtenta legittime regio patrocinio roborare. Proinde cunctorum noticie harum serie volumus peruenire, quod magister Petrus de Incristellis vicarius domini Jacobi episcopi ecclesie Zagrabiensis generalis, nomine eiusdem ecclesie ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis priuilegium domini Bele quondam incliti regis Vngarie, attaui nostri karissimi felicis recordacionis super donacione cuiusdam ville Wertus

uocate olim per eundem dominum Belam ipsi ecclesie Zagrabiensi facta confectum, petens nos prece subiectiua, vt ipsum priuilegium super ipsa donacione ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Bele IV. od g: 1226.)* Nos itaque ad peticionem et ammonicionem ipsius magistri, Petri vicarii generalis predictum priuilegium ipsius domini Bele super predicta donacione ville memorate ipsi ecclesie facta confectum in nulla .suiparte uiciatum" de uerbo ad uerbum presentibus insertum acceptamus ratificamus, approbamus et ipsam possessionariam donacionem de consilio prelatorum et baronum regni nostri predicte ecclesie Zagrabiensi perpetuo permanere et habere presentis priuilegii nostri patrocinio confirmamus In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri noui et auttentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endree prepositi ecclesie Albensis, auleque nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, nostri anno domini MCCCXXV°, quarto nonas iulii, regni autem nostri anno similiter XX° quinto; venerabilibus in Christo fratribus et dominis Bolezlao Strigoniensi et fratro Ladizlao Colocensi, aule nostre cancellario archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Sirimiensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Laurencio Waciensi, Andrea Transiluano, Herrico Wesprimiensi et Chanadino Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis baronibus Philippo palatino, comite de Zepus et de Wywar, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum, comitc Bachiensi et Trinchiniensi, comite Alexandro iudice curie nostre, Thoma woyuoda Transiluano et comite de Zolnuk, Mykch bano tocius Sclauonie, comite Soproniensi, Symigiensi et de Sarws, Paulo bano de Machow, comite Sirmiensi de Wolko et de Budragh, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agasonum nostrorum, Nicolao dicto Treutel, comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz kodeksa: Liber privilegiorum eppatus Zagr. list. H9. Kodeks u arkivti nadbiskupije zagrebačke I. B. IX. 167.

Od istoga je datuma i po sadržaju i formulama jednaka potvrda hstine Bele IV. od 22. decembra 1269., kojom on oslobadja podanike zagrebačke crkve od uzdržavanja Supana.

Tkalčić Mon. episc. Zagrab. I. 144.

206.

1325, 8. jula. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski odredjuje, da plemiće kraljevine Slavonije sudi samo ban\ a m koji drugi sudac.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod tanto magis regale sceptrum extollitur, quanto a solicitudinibus releuatur et quanto tribunal ipsius digniores in circuitu conspicit contribuos regionis, porro hac consideracione commoniti, qui de celesti prouidencia regni moderamus abenas, ad reformacionem regni precipua reddimus cura solliciti, quia honor banatus tocius Sclauonie, prout ex litteris magnifici viri Mykch bani eiusdem regni recepimus, per exempciones, quas per nos aut predecessores nostros ad inportunitatem petencium fere omnibus nobilibus de Sclauonia scimus esse concessas, in iudiciis, iurisdiccionibus et iuribus suis valde est ymmo omnino diminutus, volentes, vt ipsius banatus honor sic magnifice moderetur et ex magnificencia ipsius banatus excellencia regia decoretur et quiescat sicut in diebus antiquis, omnes exempciones, si quas quibuslibet nobilium terre banatus a nobis vel nostris predecessoribus obtinuissent, per quas se a iudicio et iurisdiccione aut iure banatus in aliquo retraxissent, de prelatorum et baronum nostrorum consilio et consensu reuocantes et cassantes prouida deliberacione statuimus, quod vniuersi et singuli homines tam nobiles quam alii cuiuscunque preeminencie, condicionis et status existant vltra fluuium Drawa in tota terra banatus constituti, iudicio et iurisdiccioni bani pro tempore constituti subiaceant, et nullus possit aliquem de terra banatus coram palatino vel iudice curie regie aut coram quovis alio iudice in iudicio aut extra iudicium conuenire, nisi coram bano pro tempore constituto vel eius viceiudicibus, per quos volumus vice et auctoritate regia ac sui ordinaria potestate quibuslibet iniuriam passis vel querulantibus iusticie copiam ministrari; ad hec statuimus, vt nulli omnino iudicum liceat suam iurisdiccionem et iudicium in causas ortas in terra banatus intromittere, nec cause huiusmodi ad presenciam alicuius iudicis per comites vel aliquod speciale mandatum deferantur; vniuersis itaque iudicibus regni nostri, palatino, iudici curie nostre, comitibus et aliis quibuslibet pro tempore constitutis regio edicto precipimus firmiter per presentes mandantes, quatenus vniuersos et singulos homines de terra banatus nec suo iudicio astare compellant, nec eciam in causas inter

-eosdem ortas suum iudicium et iurisdiccionem aliqualiter intromittere presumpmant; si quispiam autem iudicium presentis mandati nostri transgressor extiterit aut ad premissa se intromiserit, eius sentencia seu iudicium nullius roboris optineat firmitatem et insuper indignacionem regiam non euadat. Datum in VVysegrad, in quindenis natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto.

Iz prijepisa kaptola čazmanskoga od god. 1421. kako ga je ponovno prepisao isti kaptol god. 1439. —' Izvomik od g. 1439. u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Privilegia no. 5. — Na listini visi o crvenoj-zelenoj svilenoj vrvci ulomak kaptolskog; pečata. . . . . .

Kercselich Not. prel. 231. — Katona Hist. crit. VIII. 519. — Feje'r Cod. dipl. Hung. VIII. 2. 629. — 631. — Kukuljević Jtira regni I. 103.— 104.

207.

1325, prije 14. jula. U Višegradu.

Aleksandar judex curiae sudi o posjedu TurguSi u županiji fto-ieškoj.

Nos comes Alexander iudex curiae excellentis ac magnifici prin--cipis domini Caroli dei gratia inclyti regis Hungariae memoriae commendantes tenore praesentium quibus expedit significamus universis. -Quod cum regia benignitas quandam possessionem Bezenicze[1] vocatam in comitatu de Posega existentem, per magistrum Cruciferorum magistro Dominico titulo praediali collatam, magistris Thomae et Demetrio filiis Kupsae vicecomitibus de Posoga, mediantibus suis litteris praementionato magistro Dominico cum omni plenitudine sui iuris et quantitate statuere praecipisset. Et dum dicti filii Kupsae regium exequentes mandatum ipsam possessionem Bezeniche(F) eidem magistro Dominico statuere voluissent, Jacobus filius Bartholomaei a statutione eiusdam particulae ipsius possessionis Turgusa vocatae, exceptae ab eadem nomine sui iuris eosdem prohibuisset, quibus praefati filii Kupsae octavas festi nativitatis beati Joannis Baptistae pro termino in regia praesentia comparendi per litteras eorundem assignassent, eumque iamdictus magister Dominicus praenotatam portionem terrae prohibitam iuxta tenorem litterarum more praediali ordine iudiciario repeteret ab eodem; tandem .memoratus Jacobus assurgens nobis quamplures litteras privilegiales,

[1] Danas »Zenica«.

primutn videlicet serenissimae principis dominae Elisabeth maioris condam reginae Hungariae felicis recordationis, demum fratris Gwilermi magistri militiae templi per Hungariam et Sclavoniam, praeterea tria paria privilegiorum honorabilis capituli de Posoga, nec non fratris Markus de Bononia generalis procuratoris fratris Philippi prioris Cruciferorum per Hungariam demonstravit. In quibus comperimus expresse contineri, quod cum praedicta domina Elisabeth regina praescriptam particulam terrae Turgusa vocatam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis per distinctas metas Markolpho filio Martini pro eximio fidelitatis antidoto, primo in interemptione Pauli filii ipsius Markolphi, qui pro laudabili votivae fidelitatis constantia pro defensione reginalis personae circa currum ipsius dominae Elisabeth dictum Pautum vitam exterminasse continebat, perpetuo contulisset. Praeter haec etiam praenotatus frater Guillermus(!) eandem particulam terrae patrocinio sui privilegii agnoscens, eandem ipsi Markoipho de iure pertinere sibi, haeredum per haeredes spatium eandem possidens praefato Jacobo, Bartholomaeo et Blasio fratribus suis, similiter pro quindecim marcis mediante privilegio praedicti capituli de Posoga vendidisset perpetuo possidendam; ad haec ut sui iuris efficacius praeberetur documentum, praememoratam particulam terrae, visis huiusmodi instrumentorum tenoribus, per praetactum fratrem Markus generalem procuratorem Cruciferorum per Hungariam in conprovinciali •congregatione in comitatu de Posoga facta, ipsi Jacobo et fratribus suis, pacifice possidendam fecisset confirmari. Nos igitur ex tenore tantorum evidentium instrumentorum, quorum unum ad tantae particulae terrae •conservationem satis efficax esse dignosceretur, supradicto Jacobo filio Bartholomaei de iure agnoscentes pertinere, una cum baronibus et nobilibus regni eo iure et ea quantitate et sub ipsarum metarum distinctionibus, quibus vigore praealegatorum instrumentorum invenimus eidem Jacobo attinere, ipsi et suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus iudiciaria authoritate adiudicamus perpetuo possidendam, tenendam et habendam. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem praesentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Wissegrad, octavo die termini praenotati, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto.

Koller Hist. episcop. Oumqueeccl. II. 338. — 341. — Katona Hist. crit. VIII. 535.—537.

208.

1325, 14. jula.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski fiotvrdjuje sud svoga suca Aleksandra glede posjeda Turguše u žufianiji fiožeškoj.

Carolus dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Gailiciae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus, praesentibus pariter ac futuris, praesentium notitiam habituris, salutem in omnium salvatore. Cum a nobis petitur quod honestum et iustum est, decet maiestatem regiam facilem praebere consensum, in his praecipue, quae subiectorum commodo videntur utiliter convenire. Eapropter ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Jacobus filius Bartholomei ad nostram accedens praesentiam exhibuit nobis litteras comitis Alexandri iudicis curiae nostrae continentes iudiciariam sententram eiusdem iudicis curiae nostrae datam de quadam terra Turgusa vocata, prout in tenore earumdem litterarum plenius continetur, supplicans nobis humiliter, ut easdem in regali auditorio nostro revidere, approbatasque praesentibus inserendo ratas habere, et nostro dignaremur privilegio confirmare. *(Slijedi prediduća listina prije 14. jula 1325.).* Nos siquidem dictarum litterarum iudicis curiae nostrae inspecta et comperta veritate, ad iustam et legitiroam petitionem eiusdem Jacobi dictas litteras privilegiales iudicis antedicti non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte vitiatas, de verbo ad verbum praesentibus insertas, imo praenominatam iudiciariam sententiam, datam de terra Turgusa supradicta, cum omnibus suis clausulis approbamus, ratificamus, acceptamus et praesentis scripti patrocinio perpetuo confirmamus. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, praesentes concessimus litteras novi et authentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre praepositi ecclesiae Albensis, aulae nostrae vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, secundo idus iulii, anno domini MCCCXXV., regni autem nostn anno similiter XXV.; venerabilibus in Christo patribus dominis Boleslao Strigoniensi, locique eiusdem comite perpetuo, et fratre Ladislao Colocensi, aulae nostrae cancellario, archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de sancto Ireneo, Ladislao Quinqueecclesiensi et fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transilvano, Henrico Wesprimiensi, aulae dominae reginae consortis nostrae

karissimae cancellario, et Chanadino Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Philippo palatino, comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Thrinciniensi, Alexandro iudice curie nostre, Thoma woyvoda Transilvano, comite de Zonuk, Mykcli bano totius Sclavoniae, comite Simigiensi, de Zemlyn et de Sarus, Paulo bano de Machou, comite Syrmiensi et de Wolko et de Budrug, Deseu iudice curie eiusdem domine regine, Blasio magistro dapiferorum nostrorum, et NF~~colao comitc Posoniensi aliisque quam pluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Kerchelich priopćio Kolleru, koji je Stamfiao u svojoj Ilist. eccl. Quinqueeccl. II. 338. — Katona Hist. crit. Ilung VIII. 534.—538. — Pejer Cod. dipl. Hung. VIII 2, 618.-622.

209.

1325, 2. augusta. U Zagrebu.

Ban Mikić potvrdjuje listinu kralja Karla od 19. jula 1324., koja sadržafe u sebi listinu kralja Bele od g. 1225., gdje Bela oslobadja Ćakana itd. od fiodložništva gradu Kriievcu.

Nos Mykch banus tocius Sciauonie, magister thauarnicorum domine regine Hungarie, comes de Sarus et de Zemlyn de Supronio et de Symigio omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in eo qui est vera salus. Justis petencium desideriis facilem prebere consensum ius invitat et officium nostre dignitatis exortatur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Georgius filius Georgii et Elyas filius Gregorii de Sebnicha pro se et pro Stephano filio Petri, Andrea filio Iwahun, Mark filio Hegun et Andrea filio Geofgii filii eiusdem Hegun consanguineis suis, ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium domini nostri Karoly(!) dei gracia illustris regis Hungarie, confirrnans tenorem priuilegii felicissime recordacionis domini Bele quondam regis Hungarie in Htteris capituli ecclesie Chasmensis transscriptum super exempcione Chakan filii Mergen, Turduzlo et Tyba ac alioium consanguineorum, ipsorum de iobagionatu castri Crisiensis, in numerum et cetum nobilium regni sui emanati et confecti, petentes nos cum instancia, ut tenorem ipsius priuilegii ratum et acceptum haberemus et in formam nostri priuilegii redigi faceremus. Cuius.quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi*

listina kralja Karla od 19. jula 1324.). Nos itaque iustis peticionibus Georgii et Elye filii Gregorii de Sebniche inclinati, dictum priuilegium domini nostri Karoli dei gracia illustri(f) regis Hungarie non abrasum non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum ratum et firmum, ut tencmur, assumpmentes, de verbo ad verbum nostris priuilegialibus litteris inseri fecimus et transsumpmi, sigilloque nostro autentico comuniri. Datum Zagrabie, in octauis beati Jacobi apostoli, artno domini millesimo trecentesimcPXX[0'] quinto.._

Original u arkivu jtigoslavenske akaaemije u Zagrebu. Diplomata a. 1225.

Vrvce i pečal su otpali.

210.

1325, 2. septembra. U Cazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje svoju listinu od g. 1273., kojom Ladislav brat Gavre darufe redovnicima sv. Marije u Garešnici dva vmograda.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini M°CCC⁶XX° quinto, feria secunda proxima post festum beati Egidii confessoris, religiosus vir deoque amabilis, frater Stephanus heremita ecclesie beate virginis de domo Garig de ordine sancti Augustini ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras priuilegiales super collacione duarum vinearum eiusdem ecclesie beate virginis confectas antiquo sigillo nostro rotondo (!), non abrasas non cancellatas **nec** in aliqua sui parte viciatas, petens a nobis cum instancia, ut tenorem et formam eorundem nostris in litteris aliis priuilegialibus de uerbo ad uerbum inseri et transcribi faceremus, cuius peticionibus iustis et congruis annuentes, et quia- easdem iustas esse reperimus, de uerbo ad uerbum presentibus inseri et transumpmi fecimus, sigilloque nostro nouo et autentico consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina istog kaplola od g. 1273.).*

Original u kr. ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. •no. 35.156. — Stara signatura: Acta monast. Garigh fasc. 1. no. 3.

Na listini visi končana vrvca bez pečata. — Ovo je g. 1362. 4. aprila potvrdio kralj Ljudevit. Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35.153. — Stara signatura: Acta monast. de Garig

jfasc. II. no. -'. — Prijepis isle listivc kaptola čazmanskoga od 24. augusta 1367. u kr. ugar. drzav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.154. — Stara sign. Acta monast. de Garig. fasc. II. no. 17.

Na hrptu savremena bilješka: »Privilegium super vinea magna«.

211.

1325, 5. septembra — 30. decembra 1329. U Zadru.

Agapa udova Vita de Slorado pravl svofu oporuku.

In Christi nomine. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quinto, die quinto mensis septembris, indicione octaua, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi patris[1], ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Cum nil sit morte certius et hora mortis nichil incertius etc. idcirco ego Agapis relicta Viti de Sloradis ciuis Jadre licet infirma corpore sanam habens etc, predicta considerans tale de bonis meis ordino et facio testamentum. In quo meos[2] fideicommissarios esse constituo et ordino Thomassum de Cucilla fratrem meum, dominam Mariam vxorem olim Vitum(l) de Cerna et Andream de Sloradis filium meum, vt secundum quod hic ordinavero darique iussero, sic ipsi commissarii mei post obitum meum facere et adimplere teneantur, firmumque sit atque ratum in perpetuum. Primum quidem volo, quod dicti commissarii mei distribuere teneantur post obitum libras ducentas paruorum pro anima mea infra duos annos proxime, in hunc modum videlicet, quod celebrari faciant per clericos Jadrensis capituli missas mille, item per fratres Minores conventus Jadre alias missas mille; item relinquo conuentui predicto fratrum Minorum libras decem paruorum, ut fratres eiusdem orent pro anima mea, vbi michi eligo sepulturam; item celebrari faciant per fratres Predicatores conuentus Jadre missas mille. Item relinquo libras triginta paruorum Crinige et Domule filiis olim Dmine; item relinquo Bogdanice seruitrici mee libras sex paruorum, item relinquo Plenche seruitrici mee libras quinque, item relinquo Stane olim seruitrici mee libras tres, item relinquo sorori Nicolotte moniali sancti Nicolai Jadrensis nepti mee libras quinque, item relinquo sorori Slaue Mauci moniali sancte Marie libras tres paruorum, item volo, quod ex dictis libris ducentis dentur libre octo paruorum Dragoste nutrici Vituli nepotis mei pro

[1] Ime biskupa nije upisano.
[2] Dva puta pisano.

precio vnius anni, residuum uero quiquid erit dictarum ducentarnm librarum dicti commissarii mei dispensare debeant, secundum quod eis oretenus secrete ordinaui. Item relinquo libras centum paruorum Marice nepti mee filie olim Cose Elie de bonis meis, et dico in ueritate que Christus est, quod Maria eius mater et filia mea habuit de bonis paternis seu domus olim dicti viri mei intcr aurum, vestes et perlas tempore quando nupsit cum ipso Cosa libras ducentas paruorum in extima partis sue, ffeffi relinquo libras centum paruorum Thomasso filio meo supra parte sibi contingente bonorum meoruni; residuum vero bonorum meorum mobilium et immobilium relinquo et dimicto Andree, Paulo, Matheo et Thomasso de Sloradis filiis meis equaliter. diuidendum, quos michi in heredes instituo cum hac condicione, quod nullus ipsorum filiorum meorum possit uel valeat modo aliquo vendere et alienare partem sibi contingentem dictorum bonorum meorum nulli persone uel personis nisi fratribus sujs antedictis uel alicui eorum. Quibus autem commissariis do et concedo plenam potestatem etc, presentibus Cosa Saladini et Cresco de Fumato.

(Dragi rukopis).

f Ego Vitus C^adulmi procurator comunis Jadre manum missi.

(Signum not.J.

Anno incarnationis domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indicione tertia decima, die penultimo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Johannis de Buthouano dignissimi Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basilii honorabilis comitis. Ego Alexander condam Vgolini de Stella comunis Jadre ad ciuilia cancellarius de mandato et commissione supradicti comitis et nobilium virorum dominorum Leonardi de Furmino, Damiani Madii de Varicassis iudicum et Vulcinno Petreci de Matafarris iudicis examinatoris loco domini Andree de Sloradis iudicis tertii, quia presens negocium ipsum tangebat per texeram(!) surrogati michi notario predicto facto coram Michaele de CJgalis et Francisco Juani Piscopi testibus, suprascriptum testamentum iuxta continenciam et tenorem cuiusdam cedule scripte manu Nicolai condam Johannis Jadrensis notarii, sigillate sigillo supradicti Viti de (^adulinis procuratoris comunis Jadre scripsi de uerbo ad uerbum prout in dicta cedula inueni et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u gnbernial. arkivu u Zadrtt, odio samostana sv. Dominika no. 1906.

212.

1325, 1. oktobra. U Trogiru.

Po. nalogu biskupa frogirskogo. Lampredija prepisuje trogirski notar listinu kralja Bele IV. od 18. viarta 1242.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indicione octaua, tempore sanctissimi patris et domini domini Johannis pape XXII., pontificatus ipsius anno nono, regnante domino Karlo(!) dei gracia illustrissimo rege Vngarie, et temporibus venerabilis patris domini Lampredii dei et apostolica gracia Traguriensis episcopi, die kalendas octubris. Hoc est exemplum cuiusdam priuilegii regalis, uidelicet domini Bele dei gracia illustrissimi regis Vngarie cum dupla bulla aurea pendenti super cordula de serico mixti coloris, silicet rubei, cetrini et albi, in qua bulla super trono ab una parte sedebat ymago domini regis super capud (!) habens coronam et in manu dextra habens uirgamen, in cuius sumitate erat forma lilii, in sinistra uero manu tenebat unum pomum aureum, super quo erat signum crucis, in circuitu uero huiusmodi littere legebantur: ⋊ Bela dei gracia Vngarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Galitie, Lodomerie, Cumanie rex; in parte alia erat forma unius clipei, super quo erat signum duplicis crucis et in circuitu hec littere legcbantur: ⋊ Sigillum quarti Bele secundi Andree regis filii. Cuius quidem priuilegii tenor per omnia talis est: *(Slijedi listina kralja Bele IV. od 18. marta 1342.)*

(Signum not.)

Et ego Johannes condam Petri Traguriensis canonicus imperiali auctoritate notarius prout in supradicto regali priuilegio cum aurea bulla munito adinueni, ita hic de mandato venerabilis patris domini Lampredii dei gratia episcopi supradicti fideliter de uerbo ad uerbum transscripsi nil adens uel minuens preter sillabam uel punctum quod sensum mutet uel uariet intellectum, et in publicam formam reddegi, meoque consueto signo signaui. Et ad maius robor dictus dominus episcopus huic transscripto ascultato cum originali per jpsum de uerbo ad uerbum suum autenticum sigillum duxit apponendum.

Original u ark. kaptola u Trogiru no. 48.
Na listini nema traga pečatu.

213.

1325, 10.—27. oktobra. U Veneciji.

Notarski prijepis odluke mletačkoga duida, kojom se zabranjuje Trogiranima, da imadu sveza s nekim prognanicima mletackim.

Die sabati 26. octobris de mane et hora missarum, Gerardus de contrata Sancti Angeli de Venetiis, preco domini ducis et communis Venetiarum presentavit et dedit ex parte domini ducis infrascriptas litteras ducales cum bulla ducali plumbea pendenti, quarum litterarum tenor talis est.

Joannes Superantio dei gratia dux Venetiarum, Dalmatie etc. nobili et sapienti viro domino Nicolao Venerio de suo mandato comiti, ac prudentibus viris iudicibus, consilio et communi Traguriensi fidelibus suis dilectis salutem et dilectionis affectum. Cum habeamus de novo condita quedam banna et penas contra omnes et singulos infideles nostros, que banna scire volumus omnes civitates, terras et fideles dominii nostri, ut indignationem nostram vitare possint et causam ignorare non pretendant, prudentie et fidelitati vestre scribimus cum consilio nostro de decem vobis precipiendo mandamus, quatenus infrascriptos banniri facitatis de civitate Traguriensi prudentiam vestram requirentes, quia secundum formam pactorum inimicos nostros pro inimicis habere tenemini et debeatis et de receptione et publicatione presentium nos certiores vestris litteris facere studeatis, bannum vero tale est: quod aliquis Venetus seu subditus domini ducis non audeat nec presumat mittere litteras dictis proditoribus vel malefactoribus nostris, vel ab eis recipere, nec secum aliquo facto participare cum eis sub pena librarum 200 nostro communi Venetiarum applicanda, et maiori ad nostrum arbitrium secundum qualitatem offense, quarum medietatem habeat accusator, si per accusatorem notitia habebitur et tenebitur de credentia. Nomina autem bannitorum etc. Datum Venetiis, in nostro ducali palatio, X. octobris, 8. indictione.

Die 26. octobris dominus comes et sua curia commisit Cavano (!), quod dictam publicationem litterarum et bannimentum faceret.

Eo die Caveconus preco communis Traguriensis banniuit et publicavit sub logia communis in lingua latina et sclava in omnibus, prout in ipsa commissione plenius continetur.

Die dominica 27. octobris Caveconus preco predictus bannivit et publice proclamavit sub logia communis in lingua latina et slava in omnibus, prout ipsa commissione plenius continetur.

Lucius Mem. di Trau. 202.—203.

214.

1325, 12. oktobra. U Čazmi.

Kaptol čazmanski javlja iupanu kriievačkom Stj'epanu, da je pozvao na sud Martma i Stjepana sinove Petrove.

Viro nobili et honesto amico suo speciali magistro St[ephano] filio Pauli bani comiti Crisiensi capitulum Chasmensis ecclesie amicicie debitum cum honore. Receptis litteris uestris cum Symone filio Wlkoy homine vestro, Myke sacerdotem capelle beati Petri de Goricha hominem nostrum misimus pro testimonio ad citandos Martinum et Stephanum filios Petri filii Martini contra Ladpslaum] filium Bartholomey in vestram presenciam. Qui homo noster demum ad nos rediens nobis dixit, quod homo vester prefatus in presencia et testimonio eiusdem citass[et] filios Petri antedictos feria quinta proxima post festum beati Dionisii martiris, de possessione ipsorum Boxinchi vocate; qui et etiam statuere debeant[1] Benedictum cum Benk filio suo ac etiam Georgium iobagiones suos contra Ladislaum antedictum, feriam secundam proximam post festum beati Luche ewangeliste eisdem pro termino assignando coram uobis comparendi. Datum sabbato proximo post festum sancti Dionisii martiris, anno domini M°CCC°XX° quinto.

Na hrpiu: »Nobili viro et honesto magistro Stephano filio Pauli bani comiti Crisiensi pro Ladislao filio Bartholomei citatoria«.

Original na papiru u. kr. ugar. državnom arkizm u Btidimpešti: M. O. D. L. iio. 35.848, bivša zbirka Kukuljevićeva.
Na hrptu vide se odlomci pritisnuta Hljalo-ovalna pečata, kojim bijaše hstina zatvorena.

[1] Iznad linije

215.

1325, 20. oktobra. U **Napulju.**

Pismo Karla Kalabrijskoga papi, da firoglasi svecem Augustma Kazotića bivsega biskupa zagrebapkoga.

Sanctissimo in Christo patri et clementissimo domino Joanni divina providentia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici Carolus dux Calabriae recommendationem humilem et devota pedum oscula beatorum. Ne multiloquio alme pater et domine occupatissimas aures sanctitatis vestrae fatigem, desistendum vidi praesenti pagina pandere plurimam in partibus istis laudem, quam sibi beatus pater Augustinus quondam episcopus civitatis sanctae Mariae. dudum vocatae Luceriae, ex miraculorum affluentia, quam post eius obitum divina clementia veluti copiosa in misericordia et in retributione munifica, iam meritis eius ostendit et quotidie dignatur ostendere, vindicavit. Credo equidem illorum aliqua iam esse ad notitiam vestram ex relatu divulgantis famae perducta; et exspecto ac etiam cupio, quod singulariter singula, que profecto magna esse noscuntur ad ipsam notionem vestram etiam et in publicum per opportune indagationis seriem deducantur; sicut enim fidedigna relatio me nuper instruxit, non ignotum beatitudini vestrae fuit, cum adhuc ipse esset in hoc saeculo constitutus, quam mirabili sinceritate vitae micabat, pollebat claritate scientiae, ac mirificis operibus coruscabat. Ego quoque mi domine reverende, teste deo et in conscientia bona loquor, quod eo mecum cum primum petii partes istas, per vices aliquas colloquente, concepi et vidi tam in eius verbo et facie, quam in gestu, quod valde amabilis eius conversatio esset, quamquam omnia quae in eo erant, non nisi notabilia et eruditio ad virtutes et ad salutem aedificatio viderentur, quodque post eius migrationem ad dominum ex devotione magna, qua ad illum afficior, cum eius limina visitassem, magna mihi fides iacta est de nonnulis miraculis per eius excellentia merita ibidem perpetratis. Cum itaque ad instruendum de his certius beatitudinis vestrae scientiam ac devote petendum de ipsis beati patris vita et miraculis pariter inquiri secundum morem ecclesiac in talibus consuetum, latores praesentium sanctitatis vestrae pedes cum reverentia debita et fiducia magna petant, devotus postulo, supplex quaeso, ut alma et perspicax providentia vestra, benigna si placet petitionem ipsam consideratione discutiens et ad eam axaudiendam mentis aciem dignanter inflectens, inquisitionem ipsam iubere fieri.

ut moris et iuris est gratiose dignetur; quae ubi patrata fuerit vestroque conspectui praesentata si effectus eius suadeat et vestra benignitas id decernat; praefatum patrem in illius reverentiam et honorem qui eum veluti laudabilis retributor sanctificare dignatus est in sanctorum si placet matricuJa cum sonore canonizationis praeconio, ne ipsius merita grandia, operaque magnifica debito praemio careant, adscribatis; per quod sancta mater ecclesia de tanto novae aggregationis consortio vestri tempore praesidatus, iubilet et exsuitet civitas, in qua ipse feliciter obiit et felicius in domino requiescit. Scriptum Neapoli, anno domini M°CCC°XXV°., die vigesima octobris nona indictione.

E tabulario 7на∂нae curiae resriae Neapolitanae.
Farlati Illjr. sacr. V. 407.—408. — Fejer Cod. dipl. Hnng. VIII. 3. 672.-674.

216.

1325, 27. oktobra. U Zadru.

Domaldo de Zaduhnis obvezuje se platiti Frederiku de Nasse svotu novaca za kufiljene stvari.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indicione nona, die vigesimo septimo mensis octobris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci, Michaelis egregii comitis. Confiteor ego Domaldus de (Jadulinis filius Stephani de (Jadulinis ciuis Jadre me emisse et recepisse a te Frederico de Nasse ciue Jadre triginta quinque lapides macinarum et curlatos duodecim de rasina pro soldis viginti tribus denariorum venetorum grossorum et grossis quinque. Quam monetam ego predictus Domaldus per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi predicto Frederico tuisque heredibus et successoribus hic in Jadra saluam in terra absque omni periculo usque primum diem quadragesime proxime et future, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris, omni mea excepcione et cauillacione remota. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano de Mangaca ciue Jadre et Dmincho Tholislauich de Rogoua et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Michael Desse Michaelis exsaminator (!) manum missi.

Ego [Blasius] Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Sign. not.J.

Original u ark. grojova Begna 11 Posedarju- P. no. 41.

217.

1325, 31. oktobra. U Dubrovniku.

Poslanik kralja srpskoga Toma Tomin prima u Dubrovniku svelo-dmitarski dohodak.

Die Jovis XXXI. octubrii.

Anno dorriini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indictione octava, die XXVIII (!) octubris, actum Raugii in cancellaria comunis, presentibus Nichiforo de Rani[n]a. Blaxio de Caboga, Paulo de Gundola et Dobre de Sorco testibus ad hoc vocatis et rogatis. Ibidem nobilis et sapiens vir dominus Thoma filius quondam Pauli de Thoma nunctius(!) et ambaxator(f) serenissimi regis Urosii, ut in licteris(f) ipsius domini regis, ac sibi datos et numeratos a nobili et potenti viro domino Paulo Trivixano honorabili comite Raugii dante et soluente nomine et vice comunis, hominum (!) et singularum personarum Raugii de pecunia, dicti comunis yperperos duo milia pro regalia seu tributo, quam et quod idem dominus rex recipere debebat a dicto comuni in die sancti Dimitri proxime preteriti pro anno proximo preterito.

(Adresa :)

Любовному сѹродникѹ кралѥвьства ми кнезѹ дѹбровьчкомѹ Павлѹ Тривижанѹ и сѹдиѥмь и властеломь и вѣкьникомь и всои ѡпкинѣ дѹбровьчкои.

(Tekst :)

Любовномѹ сѹродникѹ кралевства ми кнезѹ дѹбровьчкомѹ Павлѹ Тривижанѹ и сѹдиѥмь и властелом и вѣкникомь и вьсои ѡпкинѣ дѹбровьчкои. Ви знате що ѥ доходькь ѡдь вась кра-лѥвьства ми. Рокь ми ѥ на Дмитровь дьнь да ми га дасте, да или приде кефалиѥ Наиѥ или Томе, да ми сте подали ѡньзи

ДОЈСОДВКК нд Дмнтрокк ^htih. Нногд ii6 »уннните. Ккдн OII гд кс-тр-бкше, • дд гд сте поддлн

Рлнко peveu 8 Прнфниш-,.

С т е ф д н ⊵ к р д л к.

Originalno pismo na dugo Ijastom papiru k knjizi Diversa cancellariaejt. 1325. u dubrovačkom arkivu,_

Pucić Spom. srp. II. br. 6, 5.

218.

1325, 1. novembra. U Zadru.

Ivan Quali gradjanin zadarski očituje, da je primio 12 libara od samostana sv. Krševana.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indicione nona, die primo mensis nouembris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Ego Johannes Qualis ciuis Jadre confiteor me recepisse et habuisse a uobis religiosis viris fratribus Michaele vicario domini fratris Johannis abbatis monasterii sancti Grisogoni de Jadra et Laurentio priore dicti mona" sterii ac fratribus et conuentus dicti monasterii dantibus vice et nomine dictorum abbatis, conuentus et monasterii soldos quadraginta grossorum Venecie pro sexta solucione siue sexto anno, et hoc ex illis libris duodecim grossorum, in quibus sentenciati fuistis per dominum Dominicum patriarcham Gradensem iudicem compromissarium nostrum ad soluendum mibi et fratri Matheo Qualis fratri meo carnali, prout constat publico instrumento sentencie late per ipsum patriarcham scripto manu Girardi condam magistri Henrici de Loca de Reua de Veruna imperiali auctoritate notarii et dicti patriarche scribe, sub anno a natiuitate Christi millesimo trecentesimo vigesimo, indicione tercia, die veneris, quarto iulii, in ecclesia catedrali Jadrensi etc.; de quibus libris duodecim grossorum idem frater Matheus Qualis pro sua medietate fecit michi vigorem et robur, ut constat publico instrumento scriptum(l) per Michaelem Leonardi notarium infrascriptum sub millesimo trecentesimo vigesimo, indicione quarta, die vigesimo mensis octubris, Jadre etc. Vnde tam meo nomine quam nomine dicti fratris Mathey

plenam et inreuocabilem securitatem et quietacionem ac pactum de ulterius non petendo facio ego dictus Johannes per me meosque heredes et successores uobis dictis vicario, priori et fratribus conuentus et dicto monasterio, uestrisque successoribus de predictis soldis quadraginta grossorum pro sexta paca seu sexto anno sub pena quarti et omnium expensarum fiendarum in curia et extra, ac de causa super me et bona mea omnia presencia et futura; que pena tociens comittatur et exigatur, quociens fuerit contrafactum, hoc presens instrumentum securitatis et omnibus in eo contentis in sua firmitate manentibus. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco olim Desse de Fafogna et Matheo Guerco condam Cosme Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

t Ego Michael Desse Michaelis examinator manum missi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut[1] audiui scripsi et roboraui.

fSignum not.)

Origmal u gubernijalnom arkizm u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XXIII. no. 597.

219.

1325, 10. decembra. U Trogiru.

Javicu i platmku jamčevine za jedan brod daje se prilika i pravo, da nadje otštetu.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem trecentesimo (!) vigesimo quinto, indictione octaua, die decimo decembris, regnante domino nostro Karulo serenissimo rege Vngarie, temporibus venerabilis patris Lampridii episcopi, domini Nicolai Venerii honorabilis comitis et dominorum Mengacie Silvestri, Duymi Stephani, Petri Desse, Petri et Damiani Serucule iudicum ciuitatis Traguriensis. Cum alias Georgius filius Gostine de Arbo et Prodi Birfi de Jadra accepissent ad conturam pro centum et XL libris venetorum paruorum a domino Dessa Du^^mi Mursicafaua, Culla Piusii, Desse Gighe et Morecto Gausii eorum nauigium cum toto corredo ad ipsum nauigium pertinenti a kalendis aprilis tunc proxime

[1] Dva puta pisano.

preteriti in antea usque ad festum sancti Andree proxime tunc venturum hoc modo et facto habito (!) inter eos, silicet, quod pro contura predicta dicti temporis predicti Georgius ct Prodi cis dare deberent in dicto termino sancti Andre(!) centum libras venetorum paruorum, alias XL libras, predicti patroni confessi fuerunt habere in contura nauigii predicti. Similiter dictum nauigium et corredum eisdem in dicto termino reddere et restituere tenerentur. Et si ultra dictum terminum cum tenerent per rationern predicte conture pro eo, quod ultra dictum terminum tenerent, soluere deberent faciendo quasdam conuentiones et pacta super contractu dicte locationis, dieti nauigii et corredi et ipsum nauigium extimando libras III. C paruorum, pro quibus Georgius et Prodi conditoribus supradictis, Nicolaus Jacobi Marchi pro medietate et Andreas Comitis et Petrus Ghermani pro alia medietate per sc suosque hercdes se fideiussores conštituerunt penes predictos dominum Dessam Duymi Mursicafaua, Cullam Plusii, Dessam Gighe et Morectum Gausii, locatores predictos de dictis nauigii et corredo restituendo et dictam extimationem et de soluendo dictafn conturam sub obligamine omnium suorum bonorum, prout de predictis factum fuit pubhcum instrumentum et scriptum per Franciscum Benuenutti de Cingulo tunc iurato notario Traguriensi, in millesimo ducentesimo septuagesimo' sexto, indictione quarta, die quinto exeunte aprili, presentibus Bastiano Luce et Phylippo Redimiri testium et Nicola Casocti examinatoris nomine, nobiles viri Mengaca Siluestri et Marinus Duymi ciues Tragurienses, nepotes et heredes dicti condam domini Dese Duymi Mursicafaua eorum ciuis, scientes, quod supradictus (^ula Plusii pro se et domino Dessa et aliis suis sociis participibus supradictis citari fecit et conuenire dictum Nicolaum Jacobi Marchi fideiussdrem predtctam pro medietate estimationis dicti nauigii et corredi et pro medietate • conture temporis tunc trasacti (!) coram consulibus et curia Traguriensi, et scientes.etiam, quod pro satisfactione predictorum quedani domus ipsius Nicolai sita in ciuitate Traguriensi fuit posita ad incantum per dictos consules et curiam Traguriensem, et per preconem comunis Traguriensis fuit publice incantata et subbastata seu preconigata in platea comunis; sed tandem pro precisa venditione deliberata fuit dicto domino Desse Duymi auo ipsius Mengace et Martini pro iibris CLX., prout de predictis constat publico instrumento scripto per Nasciudram (!)[1] de Triuixio imperiali auctoritate notarium et tunc temporis tocius comunis Traguriensis exbreuiatoris, Catagoni[2] scriptoris comunis sigillo publico roboratum, examinatum per Duymium

[1] Udistini od g. 1279. 23. aprila Nasiura.
2 U listini od g. 1279. 23. aprila Tasaconi.

Domnice. Quam domum dicti heredes ad presens habent et possident titulo supradicto hereditario dicti quondam domini Desse Duymi Mursicafaua ipsorum aui, quod dictus Nicolaus Jacobi Marchi fideiussoris nomine predicto de denariis dicte sue domus ad incantum vedite (!) et de aliis suis bonis mobilibus soluit et satisfecit, quod soluere et satisfacere tenebatur de dicto nauigio et corredo ex uigore dicte fideiussionis facte per ipsum. Ideo hereditario nomine predicto condam domini Desse Duymi Mursicafaua eorum aui; faciente heredibus recipienti finem et quietacionem de dicta medietate nauigii et corredi et conture et de omnibus que occaxione(l) dicte fideiussionis per ipsum Nicolaum facte dicti Mengacia(f) et Martinus heredes predicti dicere et petere possent a dicto Jacobo herede dicti condam Nicolai patris sui usque ad hunc diem presentem, hoc ideo, quia ut superius dictum est, ipse Nicolaus fideiussor predictus pro dicta sua medietate dictorum nauigii et corredi et conture soluit et satisfecit in omnibus et singulis, prout debebat, renunciantes exceptioni non solute et non date et tradite dicte medietatis nauigii et corredi et conture et tocius eius quod debebat dictus Nicolus (!) soluere et tenebatur nomine et occaxione dicte fideiussionis. Insuper dicti Mangacia et Martinus nepotes et heredes dicti domini Desse Duymi Mursicafaua eorum aui ex habundanti, ut dictus Jacobus filius et heredes dicti condam Nicolai Jacobi Marchi in dicta medietate dictorum nauigii et corredi et in expensis superinde factis possit contra ipsos Georgium filium Gostine de Arbo et Prodi Birfi de fadra principales debitores et contra eorum heredes et bona experiri actoribus utilibus et se indempnem valeat conseruare nomine et titulo solucionis predicte sine suo dampno et guarentacione, dederunt, cesserunt, transtulerunt et mandauerunt per se suosque heredes dicto Jacobo filio et heredi dicti Jacobi Nicolai Jacobi Marchi pro se et suis heredibus recipienti omnia iura, actiones et raciones reales et personales, utiles et directas, que et quas habebant et habere poterant hereditario nomine predicto contra ipsos Georgium et Prodi et eorum heredes et bona dedicta dictorum nauigii et corredi et conture et in expensis superinde factis, de qua medietate dictus Nicolaus fuit ipsorum Georgii et Prodi fideiussor, ipsum Nicolaum procuratorem in rem suam constituentes et in locum suum ponentes, taliter quod ipse Jacobus et sui heredes amodo suo proprio nomine actoribus utilibus et directis possit contra ipsos Georgium et Prodi et eorum heredes et in eorum bonis agere et experiri, excipere et replicare, causari et placitare, conserere et se tueri et petere et exigere ab unoquoque ipsorum et suorum heredum predictam medietatem dictorum nauigi, corredi et conture et expensis superinde factis et dampnum et interesse ac bona obligata et omnia et singula facere, sicud(!) dicti Mengacia et Martinus

heredes predicti facere poterant. Quam finem et quietacionem et quam etiam cessant et omnia et singula suprascripta, dicti Mengacia et Martinus iiereditario nomine dicti domini Desse eorum aui per se et suos heredes promiserunt dicto Jacobo filio et heredi dicti condam Nicolai Jacobi Marchi pro se et suis heredibus legitime stipulantes firma et rata et grata perpetuo habere et tenere et non contrafacere vel vendere aliqua ratione uel causa, que dici et cogitari possit de iure vel de facto, sub obligatione omnium suorum bonorum. Actum Tragurh in piatea-comunis, presentibus Petro Desse Petri. Lampre Cretasie testibus rogatis et Dessa Johannis Luci examinatore.

Ego Dessa Johannis Luci examinaui.

Ego Coradus condam domini Antonii de Seregnanis de Cremona imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius ac comunis Traguriensis iuratus cancellarius predictis interfui et rogatus scripsi et publicaui.

Diversa cancellariae g. 1325. ti duorovaekom arkivu.
Vidi tistinu izdanu u Trogiru 26. aprila 1276. i 23. aptila 1279.

220.

1325, 10. deeembra. U Veneciji.

Duid mletacki javlja vijeću trogirskomu, da je naložio Zadranima, te će dati odštetu za naneSenu štetu.

Joannes Superancio etc. Nicolao Venerio de suo mandato comiti «t capitaneo Traguriensi, ac providis viris iudicibus et communi dictae terrae fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venit ad nostram praesentiam iam est diu pro ambaxiatore et sindico vestro vir -discretus Gregorius Salinguerre, requirens a nobis rationem sibi fieri contra Jadratinos de damnis per eos illatis hominibus Tragurinis, et sed -quia inventum fuit, quod in littera nostra missa Jadratinis, ut mitterent sindicos suos Venecias, ad respondendum vobis et aliis fidelibus nostris, non continebatur nisi de represaliis, et non de damnis, pro quibus non poterant respondere, postquam pro illis non erant vocati, diffinivimus de scribendo Jadratinis, quod super damnis datis Tragurinis facient eis debitum et expeditum iustitiae complementum, taliter quod non habeant materiam conquerendi; quod si fecerint, nobis erit gratum, aliter faciemus, quod de iure debebimus. Super facto represaliarum sic delibelatum est, quod scribatur Jadratinis, licet pluribus ex nostris sapientibus videatur, quod licet represaliae datae fuerint antequam liomines Tragu-

rini essent nostri fideles; nihilominus tamen postquam conqueruntur nobis, quod iniuste datae sunt, possumus etiam secundum pacta eos audire et diffinire iustam causam, respectantes potius ad benignitatem cum eis ire quam cum rigore iustitiae, deliberavimus ad praesens non definire nisi rogare eos, quod taliter provideant et faciant, quod cesset inter eos causa dictarum represaliarum et omnis materia questionis, ita quod Tragurini iustam non habeant materiam conquerendi. Datum . . • die JO. decenbris, 8. indictione.

Lzicius Memorie di Trau. 179.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 6. 83—84.

221.

1326. 16. januara. U Spljetu.

Nadbiskup i suci spljetski Salju Gjuru Hominisdeia, da zaloii kaptolsko blago.

Universis et singulis presentium seriem inspecturis Balianus dei et apostolicc sedis gratia humilis archiepiscopus, Petrus Camurcii, Dobrolus Junii et Michoi Micacii iudices, ac totum consilium Spalatense salutem in omnium saluatore. Cum facti ignorantia nonnullos etiam sapientissimos et prudentissimos consueuerit fallere, idcirco nos archiepiscopus, iudices et consilium prelibati, omnibus et singulis ad quos presentes litere peruenerint, facimus fore notum, prouidum et discretum virum dominum Georgium Hominisdei esse per capitulum nostrum ordinatum et transmissum ad suppignorandum nomine ipsius capituli, prout melius potuerit pro centum florenis thesaurum ponderis ducentarum octuaginta VII unciarum datum sibi per ipsum capitulum de nostro beneplacito et consensu ad deferendum secum et suppignorandum, ut dictum est. Et ideo rogamus et certificamus omnes et singulos sibi accomodare uolentes et potentes, quod sibi dictam summam pecunie secure mutuent super dicto thesauro modo quo melius curn eodem domino Georgio uoluerint conuenire, non timentes sibi dampnum aliquod posse prouenire exinde. Nam pro urgentibus et ineuitabilibus negociis ipsius capituJi ac tocius prouincie Spalatensis idem dominus Georgius pro habenda dicta summa pecunie transmittitur, ut est dictum. Ad cuius rei certitudinem atque robur presentes literas duximus nostris et ipsius capituli

sigillis (!) appensione muniri Datum Spalati, die quinto decimo mensis ianuarii, anno natiuitatis domini M"CCC". vicesimo sexto, indictione nona.

Original u arkivu kaplola u Spijetu XVI. 1. 35. — A^Ta tistini visi uzica od pergamena ; peiat otpao.

222.

1326, 19. januara. U Zadru.

Alatej, Radoj, Stjepan, Kreško i Brata djeca pokojnoga Radoja iz Lukurana prodaju svoj vinograd na zernlji Vida de Zadulinis Bogdanu Pribkoviću i ieni njegovoj Radoslavi.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indiotione nona, die decimo nono mensis ianuarii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis. Nos Matheus, Radoy, Stephanus et Cresco, fratres, et Brata soror eorum, filii et filia condam Radoi de Lucorano, damus, uendimus et transactamus vobis Bogdano Pribcouich et Radoslaue iugalibus, habitantibus in Lucorano, unam nostram vineam positam ibi in Lucorano in terra Viti de Zadulinis ciuis Jadre, reddentem sibi quartum pro terratico tocius redditus et fructus exinde ad ripam maris in barcam ipsius. De qua vinea conuentamus uobis esse gognaios tres. Vt deinceps uos predicti iugales libere facere possitis de predicta vinea uestrum uelle sicut de uestro proprio, iure predicti Viti predicto et omni alio secundum consuetudinem et statutum Jadre semper saluo, consenciente expresse huic uendicioni predicto presente. Precio cuius uendicionis nos predicti fratres et soror recepimus a uobis predictis iugalibus libras viginti quatuor denariorum venetorum paruorum. Cui vinee de austro est vinea Petri Culpatich; de[1] borea vinea Georgii Culpatich, de quirina via publica et de trauersa terra dicti Georgii; promittentes nos predicti fratres et soror per nos nostrosque heredes et successores vobis predictis iugalibus uestrisque heredibus et successoribus predictam vineam confinatam, ut premititur, cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare et defendere in racione ab omni persona super nos et bonis nostris

.' Dva puta pisano.

omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Radoslauo Gregorii et Johanne Jadrieuich Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Thomassi Cucilla examinator manum misi.

Ego Blasius Michaelis Leonardi, Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijal. arkivn. u Zadru; odio samostana sv. Nikoie br. 129.

223.

1326, 24. januara. U Avignonu.

Anselmo kardinal opatu mljetskomu, da u red svede neke kanonike dubrovačke.

Ancelmus miseratione diuina tituli sanctorum Marcelli et Petri presbyter cardinalis, religioso viro . . . abbati monasterii Melitensis ordinis sancti Benedicti Ragusine diocesis salutem in domino. Ex parte Clementis de Gangulio, Menze de Menze, Vitalis de Gleda et Palme de Gazaro clericorum et canonicorum Ragusinorum nobis oblata petitio continebat, quod ipsi olim arma portando, concubinas tenendo, cum excomunicatis preterquam in crimine participando ad alleas, taxillos et alios uetitos ludos ludendo, tabernas, ortos, vineas et alia uetita loca intrando, collectas, decimas, impositiones et debita, prout tenebantur, in statutis terminis non soluendo, constitutiones insuper, statuta ac mandata generalia tam prouintialia quam synodalia legatorum delegatorum ac subdelegatorum apostolice sedis, aliorum iudicum et suorum superiorum transgrediendo, excomunicationis incurrerunt sententias in tales generaliter promulgatas, periuria commiserunt, horasque canonicas dicere ommiserunt, et sic ligati per simplicitatem et iuris ignorantiam in suis non tamen in contemptu clauium ministrarunt, ordinibus et aliis se immiscuerunt diuinis, super quibus suplicari fecerunt nobis humiliter, eis per sedem apostolicam misericorditer prouideri. Nos igitur auctoritate domini pape, cuius primarie curam gerimus, discretioni tue committimus, quatenus ipsos a dictis sententiis pro uitiorum reatibus, orarum canonicarum ommisione et aliis pecatis suis, que tibi confitebuntur, nisi talia fuerint, pro quibus merito sit sedes apostolica consulenda, iuxta formam

ecclesie absoluas hac uice. Et iniuncta eis pro modo culpe super premissis pena salutari et aliis que eis de iure fuerint iniungenda, quodque, si quibus per premissa ad satisfactionem tenentur, satisfactiant (!) competenter et si licita sunt sacramenta, ad eorum et horarum canonicarum obseruantiam redeant, ut tenentur, eisque ad tempus, prout expedire videris, a suorum ordinum executione suspensis demum sufficienti ab eis cautione recepta, quod in sua uel aliena domo de cetero concubinam non tenebunt; cum future uite meritum culpam preterite redimat, super irregularitate dicto modo contracta, securn auctoritate predicta misericorditer, si sibi aliud non obsistat, canonicum dispenses. Datum Auignone, VIIII. kalendas februr.rii, pontificatus domini Joannis pape XXII., anno decimo.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIV.
Na vrvci visi pečat dobro sačuvan.

224.

1326, 24. januara.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje plemićima iz Moravča povlastice dane im po kralju Andriji g. 1224.

[K]arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Solet a principe confirmari, quod licite postulatur, quia sicut iuris est occupata indebite in staturri debitum reuocare, sic est equitati consonum optenta legitime regio patrocinio roborare. Proinde ad vniuersorum noticiam harum sefie volumus peruenire, quod comes Jacobus filius Wechezlou, Iwan filius Symonis, Georgius filius Iwan filii Budur, Nicolaus filius Nykola, Grechlen filius Bogdozlai, Symon filius Demetrii, Thomas filius Gregorii et Nicolaus filius Farkasii nobiles iobagiones castri de Morocha et Glounyche fideles nostri pro se et pro tota generacione ipsorum ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium domini Andree quondam incliti regis Hungarie, attaui nostri karissimi clare recordacionis super alleuiacione collecte inferius expresse habitum et confectum, petentes nos prece subiectiua, vt dictum priuilegium ratum habere et super ipsa alleuiacione collecte nostro dignaremur priuilegio eis confirmare. Cuius tenor talis est; *(Slijedi listina kraija*

Andrije 1. (ll.)od g.!224.J Nos siquidem prescripti priuilegii domini Andree regis inspecta veritate ad peticionem predictorum nobilium iobagionum castri iuri consonam idem priuilegium in nulla sui parte viciatum de uerbo ad uerbum presentibus insertum acceptamus, approbamus, ratificamus, ipsamque graciam alleuiacionis dicte collecte, videlicet duodecim frisaticorum solucionem per dictum dominum Andream regem factam eisdem iobagionibus castri eorumque generacioni et ipsorum heredibus perpetuo permanefe et inuiolabiliter ualere, presentis priuilegii patroeinio confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus Jitteras nostras priuilegiales dupplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree ecclesie Albensis prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M"CCC° vicesimo sexto, riono kalendas februarii, regni autem nostri anno similiter vicesimo sexto venerabilibus in Christo patribus Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Georgiq. Syrmiensi, Nicolao Jauriensi, Petio Boznensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi. Iwanka Waradiensi, Andrea Transiluano, Herrico Wesprimiensi, aule domine regine consortis nostre karissime cancellario, et Chanadino Agriensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Phylippo palatino, comite Scepusiensi et de Vywar ac iudice Cumanorum, Demetrio magistro thauarnicorum nostrorum et comite Bachiensi ac Trinchiniensi, comite Alexandro iudice curie nostre, Thoma woywada Transiluano, comite de Zonuk, Mikch bano tocius Sclauonie, comite Supruniensi, Symigiensi et de Sarus, Pallo(!)[1] bano de Machou, comite Syrmiensi, de VVolkou et de Budrug, magistro Deseu iudice curie piedicte domine regine, Blasio magistro agasonum nostrorum, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum et Nicolao comite Posoniensi ac aliis quam pluribus regni nostri comitatus lenentibus et honores.

Originai u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.846. — 'Bivša zbirka Kiiktiljeviceva.

Na listini visi o svilenoj vrvci zelene boje dobro sačuvani odlomak dvostrukog pečata.

' Pisano najprije Paglo, pak ispravljano Pallo.

225.

1326, 1. februara. U Cazmi.

Pred kaptolom čazma.nskim prodaju Benko i Pavao sinovi Mikaela svoju zemlfu uz fiotok Garešnicu za 25 maraka Pavlu sinu Mihalčevu od plemena Tibolda bana.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Benedictus et Paulus filii Mykaelis filii Gregorii nobiles de Gresenche, tam pro se quam Georgio et Johanne fratribus suis a parte vna, ab altera autem Laurencius filius Ladislai seruiens et proximus nobilis viri magistri Pauli filii Myhalch de genere Tyboldi bani vice et nomine eiusdem domini sui personaliter coram nobis constituti. lidem Benedictus et Paulus quandam possessionem eorum iuxta aquam Guersenche a parte orientali in eodem comitatu Guersenche existentem, ad predictum Mykaelem patrem eorundem ex parte Laurencii filii Babonyg et Lourandi filii Cosme mediantibus litteris nostris priuilegialibus emcionis titulo deuolutam, prout in eisdem plenius contineri vidimus, sub eisdem metis, terminis et signis, quibus iidem habuerunt, tenuerunt et possederunt cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis, tam suo nomine quam fratrum suorum predictorum dixerunt et confessi sunt predicto magistro Paulo ac per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro viginti quinque marcis plene ab eodem habitis et receptis, ut dixerunt, vendidisse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam, assumpserunt eciam et obligarunt se iidem Benedictus et Paulus, quod si successu temporum fratres ipsorum superius nominati ipsum magistrum Paulum racione iamdicte possessionis molestare, turbare et inquietare nitterentur uel eciam attemptarent, expedire laboribus eorum propriis et expensis, litteras eciam nostras priuilegiales, quibus mediantibus eandem obtinebant tradiderunt et assignarunt ad manus eiusdem Laurencii coram nobis, et si aliquas maliciose aut fraudulenter reseruassent et reddere denegassent, auctoritate presencium mortuas relinquerunt et viribus carituras, si unquam per quempiam in lucem proferentur. Datum sabbato proximo ante festum purificacionis beate virginis, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

Iz originalnog prijepisa čazmanskog kaptola od 29. juna 1344. u kr. ug. drž. arkivu u BudimpeSti: M. O. D. L. no. 35.169. — Stara signatura: Actor monast. de Garigh. fasc. I. no. 9.

226.

1326, .6. februara. U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim daje Alirko Tomin svoj posjed bratu Marhnu, koji ga je ti nevolji pomagao.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie comendamus~ per presentes, quod Emericus filius Thome de Palagar in nostri presencia personaliter constitutus viua voce, quod ipse tempore necessitatum suarum sibi imminencium, quo scilicet in presencia magnifici baronis Pauli, videlicet bani de Macho et iudicis de Wolkou pro quibusdam suis delictis ad amissionem tocius porcionis possessionis sue ipsum in Palagar contingentis rite et legitime factam et ad capitalem sentenciam devenisset, nullum post deum preter Martinum fratrem suum uterinum habuisset adiutorem, ita ut idem Martinus ad rehabendam ipsam possessionem suam viginti quinque marcas sibi accomodasset, demumque ad supplecionem suorum defectuum iterum decem marcas sibi mutuo concessisset, et ipse propter suam inopiam non haberet unde sibi reddere potuisset, totam porcionem possessionis sue in Palagar ipsum contingentem cum omnibus utilitatibus suis pro ipsis triginta quinque marcis prefato Martino fratri suo et suis heredibus dedisset et vendidisset perpetuo possidendam et habendarn. Datum in crastino diei cinerum, anno domini M°CCC°XX° sexto.

Iz originalnog prijepisa istog kaptola na papiru vrlo rtizno pisanoga ti kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2351 — Stara sign. N. R. A. fasc. 1542. no. 5., šlo ga molio » Thomas filius jfohannis filii Martini de Palagar.<

Nagv Codex dipl. Andeg. II, 236.—237.

227.

1326, 9. februara. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prima pismo od kralja srpskoga, u kojem priznaje, da je Luka Lukarić namirio svof dug za trgovinu u Novombrdu.

MCCCXXVI., indictione nona, die nono mens is februarii. Nobilis et potens vir dominus Paulus Trevixano honorabilis comes Raugii cum sua curia et consilio ad futuram rei memoriam fecerunt reduci infra-

scriptam licteram(l) hic apositam de sclauonesco in latinum et registrari et scribi in presenti quaterno. Cuius tenor talis est: Lo regname al caro ed amorevole parente conte de Raugia Paulo Trivixano e iudigi e consilieri ed a gentil homeni. Dobie saver quello, che mi fue debitore Luce filio de Marcho de Lucaro per lo mercato de Nouaberta (!), lo qual tenne nel tempo del padre de reame, tucto m a pagato e no m e rimaso niente debitore, ma tucto m a pagato, adonqua non a die niente per lui affare. Ancora lo regname si li a scripto ad cio, che neguno no abbia che far co lui per questo debito.

Item simili modo fecerunt scribi et de lingua slava in latinum reduci quamdam apoviliam ipsius dominj regis, sigillo ipsius domini regis pendenti munitam cum cera gialla et seta rubra, in quo sigillo erat scolpitta quedam ymago regalis. Cuius tenor talis est: Scrive lo regname ad cio, che sapia ciascuno, fe la sua gracia lo reame a Luce filio de Marcho de Lucaro que lo che fue debitore al padre de reame al santo, lo quale ae requie al signor re, quelo che fu debitore ae pagato tucto con a me quello che fue debitore; per cio lo regname silli fa questo scripto ad cio, che neguno altro, anci debia andare francho, e se alcuno li desse alcuno insorimento, che li debia esser vendicator lo signore dio e Ja mondissima madre de Christo, cosi e ch' abia lita e la inaignation de regname, e che pagi V.' C. yperperi. E questa gracia li scripse lo reame in loco dicto Stemini, alla incarnacione de Christo MCCCXXVI. anni, nona indictione, de mense ianuarii die XI., Raicho comete. Que lictere et apodixia presentate et date fuerunt predicto domino comiti et suo minori consilio sono campane more solito congregato, die IIIL, presentis- mensis februarii, per Radoslauum fiiium Posnanii dicti Miros.

Diversa cancellariae knji^e od g. 1325.—1326. u dubrovačkom arkivu. Originala ne ima.

Pucić Spom. srp. II. br. 7. slr. 5. — 6.

228.

1326, 25. februara. U Veneciji.

Dužd mletački dozvoljuje Rabljanima, da si hiraju suce ali samo od plemenitth kjudi.

Joannes Superantius dei gratia dux Venetiarum atque Croatie dux, dominus quarte et dimidie totius imperii Romanie nobili et sapienti **viro** Andree Michaeli de suo mandato comiti, providis viris iudicibus,

consilio et universitati Arbi fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Venientes ad nostram primitus presentiam viros nobiles Georgium de Picega, Gregorium de Martinusio et Nicolam de Gauzigna eorum nomine et pro parte et nomine universitatis nobilium Arbi ex parte una, et postmodum licet citatione premissa viros providos Leonardum, Petrum, Marinum, Joannem et Antonium iudices et pro parte bonorum hominum seu popularium dicte terre solita benignitate suscepimus, et que utraque pars dicere, ^conqueri, respondere et defendere voluit coram nobis super facto iudicatus Arbensis, quem asserebant dicti nobiles sindicario nomine quo supra, ad nobiles Arbi tantum, tam ex antiqua consuetudine approbata quam ex statuto antiquissimo et aliis multis rationibus taliter et effectuaiiter pertinere.

O m i s s i s.

Datum in nostro ducali palatio, die XXV. februarii, X.[1] indictione, MCCCXXV.

Na hrptu: Nobili et sapienti viro Andree Michaeli et providis viris iudicibus, consilio et universitati Arbi.

BulleiHuo. XXII. p. 197.

229.

1326, 1. marta. U Višegradu.

Alexander dvorski sudac dosudjuje posjede Siroć i Purho u srijemskoj iupaniji Inanu, Pavlu i Blaiu.

Nos comes Alexander iudex curie excellentissimi et magnifici principis domini Karoli dei gracia inciiti regis Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod cum magistri Nicolaus dis pensator regius et Laurencius dictus Tichwar magistrum Johannem filium Stephani de Syrmia aule regie . notarium pro eo, quia Johannem filium Mark dicti Durgo, regium hominem presente testimonio honorabilis capituli ecclesie beati Iriney martiris a statucione quarundam possessionum Syroch et Purho vocatarum in comitatu Syrimiensi existencium, nomine possessionum hominis sine herede decedentis per eosdem magistros Nicolaum et Laurencium a regia benignitate ipsorum fideiissimis seruiciis circumspectis sibi dari et conferi petitarum, contradiccionis obstaculo sibi obuiando prohibuerat, ad octauas beali Michaelis archangeli, anno dominice incarnacionis M°CCC°. vigesimo quinto preteritas in

[1] Pogrešno, mjesto IX.

causam atraxissent coram nobis, ipsaque causa racione prioritatis termini, primo ad quindenas beati Martini confessoris, secundo ad quindenas dyey(!) cinerum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memoralium modum dilacionis continencium fuisset protelata. Tandem ipsarum quindenarum occurrente termino, predicti magistri Nicolaus et Laurencius ad nostram personaliter accedendo presenciam contra memoratum magistrum Johannem filium Stephani similiter personaliter astantem proposuerunt in hunc modum, ut racionem prohibicionis in statucione premissarum possessionum per regiam benignitatem pro fidelibus seruiciis ipsorum in perpetuum sibi datarum et collatarum facte, in nostre iudiciarie actoritatis Q) presencia veilent assignari per magistrum Johannem memoratum, qui quidem magistcr Johannes ibidem in momento quoddam priuilegium regale, quasdam litteras priuilegiales venerabilium capitulorum de Kw et de sancto Irineo super residua dimidietate earundem ab orientahb[us] partibus existentibus emanatas et confectas, confirmacionem municns nobis presentauit, in cuius tenore regia maiestate consensum beniuoium prebente et assensum, dimidietatem prelibatarum possessionum Syroch et Purho nominatarum pro duodecim, residuam vero pro viginti quinque et insuper quadraginta marcarum pecunie quantitate racione homicidii Paznani per Georgium filium Johannis filii Siluestri accidentaliter interempti, et dotis ac rerum parafernalium nobilis domine relicte Stephani filii Siluestri in regia et ipsius capituli ecclesie sancti Iriney presencia pro iamdicto Georgio filio Johannis per prehatos (!) magistrum Johannem, item Paulum filium Michaelis et Blasium filium Martini fratres suos persolutarum, ipsis magistris Johanni, Paulo et Blasio supradictis ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus per ipsum Georgium filium Johannis in perpetuum vendicionis titulo traditas, ac eosdem per Stephanum de Kuchyta, hominem predicti domini nostri regis presente testimonio capituli de Kw supradicti in prelibatas possessiones Syroch et Purhow(!) nuncupatas hys omnibus, vt prediximus, peractis, sine prohibicione aliquali, vicinis et commetaneis predictarum possessionum vniuersis ac quam plurimis conprouincialibus nobilibus tempore statucionis earundem propria in persona adherendo beniuole consencientibus et permittentibus, regni ab antiqua approbata consuetudine exigente iegittime infroductos comperimus extitisse. Cuius priuilegiafis instrumenti informati tenore, quia eundem magistrum Johannem filium Stephani de Syrmia regia maiestate annuente tantorum euidentissimorum instrumentorum robore sibi et suis fratribus supradictis iure et legitime acquisiuisse, optinuisse et perpetuasse agnouimus, non alicuius iusticias et veros processus suffocare, sed quorumlibet causas tam congrue processas equo iudiciario moderamine termi-

nare intendentes, premissas possessiones Syroch et Purho vocatas vnacum venerabilibus patribus dominis Ladizlao archiepiscopo Colocensi, Benedicto, Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Andrea Transiluano ecclesiarum episcopis, discretis viris Endre Atbensi, Stephano Quinqueecclesiensi, Andrea Budensi et Nicolao Orodiensi monasteriorum prepositis, Demetrio magistro tawarnicorum domini regis, Paulo bano de Macho, comite Syrmiensi de Budrug et de Wlkou, Deseu de Wilaguswar iudice curie domine regine, Nicolao dicto Trotul(l), comite Posoniensi et Reynoldo magno ac aliis quam pluribus regni nobilibus nobiscum in iudicio sedentibus, ab ipsis magistris Nicolao et Laurencio auferendo et silencio perpetue taciturnitatis de eisdem ipsis inposito, iamdictis magistro Johanni, Paulo et Blasio iudiciaria auctoritate cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinentibus vniuersis, nullum ius et dominium sepedictis magistris Nicolao et Laurencio a modo inposterum de eisdem relinquendo, adiudicauimus perpetuo possidendas, tenendas et habendas, vniuersa instrumenta ipsorum, si qua(!) ipsi magistri Nicolaus et Laurencius in facto ipsarum possessionum Syroch et Purhou(l) vocatarum habuissent et aliquo modo habere procurassent, vana, cassa, friuola et irrita ac ubicunque et in cuiuscunque presencia in fraudem ipsorum magistr' Johannis, Pauli et Blasii ac suorum successorum reseruando per eosdem et ipsorum successores exhiberentur, reddidimus viribus caritura et vigore. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, ne causa tam fine debito terminata calumpniancium inportunitates lapsu temporis valeat in irritum reuocari, ipsis magistris Johanni, Paulo et Blasio super perpetuali adiudicacione dictarum possessionum Syroch et Purho nuncupatarum presentes concessimus nostras litteras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Wisegrad, sabbato proximo ante dominicam lethare(l), anno domini M°.CCC". vigesimo sexto.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.576. — Stara "signattira N. R. A. fasc. /507. no. 14.

Na listmi visi o crvenoj svilenoj vrvci pečat, ti kojem se vidi grb: stit sa tri verlikaine grede.

230.

1326, 13. marta. U Avig-nonu.

Ivan XXII. papa imenuje Ladislava biskupom zagrebačkim i preporuča ga oblastirn.a i puku.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Ladislao electo Zagabriensi salutem et apostolicam benedictionem. Regimini universalis ecclesie quamqua.m insufficientibus meritis, disponente domino, presidentes, de universis orbis ecclesiis, pro earum statu salubriter dirigendo, quantum nobis ex alto permittitur, solicite cogitamus, sed earum propensior solicitudo nos urget, quas propriis carentes pastoribus vacationis incomodis prospicimus subiacere, ut illis per operationis nostre studium viri preficiantur ydonei in pastores, qui sciant et possint ipsis ecclesiis preesse utiliter ac prodesse. Nuper siquidem vacante ecclesia Zagabriensi(f), pro eo quod venerabilem fratrem nostrum Jacobum Corisopitensem, tunc Zagabriensem episcopum, licet absentem a vinculo, quo tenebatur eidem Zagabriensi ecclesie, cui tunc preerat, de fratrum nostrorum consilio et apostoiice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Corisopitensem tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum ipsi Corisopitensi ecclesie in episcopum et pastorem: Nos volentes eidem Zagabriensi ecclesie, ne dispendia prolixe vacationis incurreret, paterna solicitudine precavere, cum nullus preter nos hac vice de ipsius ecclesie Zagabriensis ordinatione se intromittere poterit, pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi ipsius ecclesie Zagabriensis provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc vacantium, et vacaturarum inantea per transiationes per nos factas et imposterum faciendas, de prelatis ipsarum ecclesiarum ubilibet constitutis ad alias ecclesias tunc vacantes, et imposterum vacaturas dispositioni nostre duximus reservandas, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, post deliberationem, quam ad preficiendum talem eidem ecclesie Zagabriensi personam, que prefatam Zagabriensem ecclesiam posset preservare a noxiis et adversis, eamque in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, cum eisdem fratribus habuimus diligentem, ad te prepositum ecclesie Titulensis Colocensis diocesis, in diaconatus ordine constitutum, cui de litterarum scientia, honestate morum et vite prudentia, spiritualium et temporalium providencia, aliisque multiplicium et laudabilium virtutum meritis fidedigna testimonia suffragantur, dire-

ximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus nostris ob huiusmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, prefate Zagabriensi ecclesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Zagabriensis tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, firma ducti fiducia, quod tuos actus et opera illius cle-rriencia dirigente, a quo universorum carismatum dona proveniunt, prelibate Zagabriensi ecclesie per tuam curiosam solerciam, tuumque ministerium studiosum, honoris et prosperitatis multiplicis spiritualiter et temporaliter votiva provenient incrementa. Jugum igitur domini humeris tuis impositum suscipiens reverenter, et suavi eius oneri humiliter colla submittens, ipsius Zagabriensis ecclesie solicitam curam geras, gregem dominicum in ilia tue vigilancie creditum doctrina verbi et operis infor-mando: ita quod eadem Zagabriensis ecclesia gubernatori circumspecfo et fructuoso adrninistratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus lacius diffundatur, tuque proinde preter retributionis eterne premium nostre benedictionis augmentum ac sedis apostolice graciam uberius consequi merearis. Datum Avinione, III. idus martii, pontificatus noslri anno decimo.

In eodem modo. Capitulo Zagrabiensi, clero civitatis ' et diocesis Zagrabiensi(f), populo civitatis et diocesis Zagrabiensis, vasallis ecclesie Zagrabiensis, archiepiscopo Colocensi et Carolo regi Hungarie, ut supra in alijs similibus, verbis competenter mutatis. Datum ut supra.

Theiner Mon. Hung. I. no. 777, str. 504.—505. Iz reg. orig. an. X. com. ep. 2741.
Tkaleic Mon. civ. Zagrab. 1. 113.—114.

231.

1326, 25. marta. U Danju.

Stjepan UroS kralj srpski daje Dubrovčanima slobodu trgovine po svojoj zemlji.

✝ Пише кралевьство ми, да ѥсть вѣдомо всакому. Створи милость кралевьство ми а поклисаремь дубровьчкимь Живу Вльчасовикю и Живу Дрьживкю и Живу Дукаревикю, да имь ходе трьговьци по земли кралевьства ми и по трьговѣхь и по

путевѣхь, да имь нѣсть пакосте не и ѿдь кога у земли кралевь-ства ми, да ходе свободно, да се никьто за нихь не задеге; испакости ли им кьто що или у трьгу или у жупѣ, да имь сплати все жупа; не исплати ли имь жупа, да имь плати кра-левьство ми из моѥ кукѥ. И пакь имь створи милость кралевь-ство ми, и записа: аке им се где случи дрѣво, тере имь се разбиѥ на мори при земли кралевьства ми, да се за ѡнози дрѣво никьтѡ не задегѥ ѿдь властель кралевьства ми ни ѿдь велихь ни ѿдь малихь; аке ли имь се кои учете чинити ѡньдези, да имь сьплате ѡкольна села, воля градь кои-куде; не сплати ли имь, да имь кралевьство ми плати из моѥ кукѥ; кто ли имь що испакости трьговцемь у земли кралевьства или дрѣву, да приме гнѣвь и наказаниѥ ѿдь кралевьства ми, и да плати кра-левьству ми .Е. сьть перьперь. А сию имь кралевьство ми записа милость на Дани мѣсеца марта .КЕ. дьнь на благовѣщениѥ, а ѿдь в(ьп)ьлощениꙗ Христова тисуща и .ТКS. лѣто. А ту бѣше воѥвода Младѣнь и тепьчи Владоѥ и чельникь Гюрашь, и Ранко рече писати.

Стефань Урошь краль.

Miklosich Mon. Serb. 8o.

232.

1326, 9. aprila. U Parmi.

Kardinal Bertrand poslanik papin podjeljuje nadbiskupu spljet-skomu Balianu pravo, da rifesi prokletstva one, koji bi platili dva-deset i peti dio svoga prihoda kao traibmu poslanika papina.

Bertrandus miseraUone diuina tituli sancti Marcelli presbyter cardi-nalis, apostolice sedis legatus venerabili in Christo patri [Balianoj dei gratia archiepiscopo Spalatensi salutem in domino. Cum omnes episcopi et suffraganei vestri et eorum clerus exemptus et non exemptus de precationibus nobis debitis ratione legationis nostre, videlicet de vice-sima quinta parte omnium prouentuum et redituum suorum ecclesiasti-cprum pro annis quinque preteritis et sexto presenti parum vel nihil soluerint, et propterea sint tam ipsi quam eorum ecclesie diuersis sen-

tentiis in litteris nostris precationum ipsarum appositarum innodati; nos de probitate vestra confisi, uobis compellendi eosdem prelatos et alias personas ecclesiasticas exemptas et non exemptas prouincie Spalatensis ad soluendum ex integro precationes easdem et earum residua pro eisdem annis de reditibus supradictis per aggrauationem sententiarum ipsarum et alia iuris remedia, de quibus videbitur expedire, ac invocationem etiam si necesse fuerit auxilii brachii secularis, nec non absoiuendi illos omnes, qui soluerint ex integro precationes easdem infra festum omnium sanctorum proxime futurum a sententiis supradictis iuxta formam ecclesie consuetam, ac interdictum in eorum ecclesiis relaxandi, dispensandi quoque cum illis ex eis, qui dictis ligati sententiis se diuinis forsitan ingesserunt, eis tamen prius ad tempus, prout expedire videritis, a suorum ordinum executione suspensis, super irregularitatibus per eos dicto modo contractis, si aliud canonicum non obsistat, plenam tenore presentium concedimus potestatem. Datum Parme, V. idus aprilis, pontificatus sanctissimi patris domini Joannis pape XXII. aПΠO X.

Iz originalne listine nadbiskupa spljelskog Balijana od 29. maja 1326. M arkivu kaptola trogirskoga.

Farlati Illyr. sacr. III. 310. — Pavlovic Mem. di cose dalm. p. 182. no. 49.

233.

1326, 10. aprila.

Bertrand papinski legat priznaje prava nadbiskupije spljetske na hvarsku, ninsku i senjsku biskupiju.

Bernardus miseratione divina tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, venerabili in Christo patri Baliano dei gratia archiepiscopo Spalatensis salutem in domino. Pro parte vestra expositum fuit coram nobis, quod licet Farensis, Nonensis et Segniensis episcopi et episcopatus sint et fuerint ab antiquo de provincia Spalatensi, in litteris tamen precationum nostrarum directis archiepiscopo Jadrensi super exactionem responsionis et procurationem ipsarum a suffraganeis suis expressis in litteris ipsis, praefati Farensis, Nonensis et Segniensis episcopi specialiter nominati fuere. Quare nobis humiliter suplicastis, ut cum dubitetis ex nominatione huiusmodi vobis et ecclesiae vestrae posse in posterum praeiudicium generari, providere vobis et ećclesiae eidem super hoc misericorditer dignaremur. Nos autem, quia in

scripturis, in quibus episcopi et eorum suffraganei illarum partium continentur, invenimus dictos episcopos in provincia Jadrensi notatos, ideo ipsos in nostris litteris fecimus nominari. Tamen quia nostrae intentionis non fuit, sicut nec est, vobis et ecclesiae vestrae ex nominatione praedicta praeiudicari in aliquo, sicut et de iure praeiudicari non potest, ad cautelam vestram et ecclesiae vestrae praesentes litteras nostro pendenti sigillo munitas vobis in praemissorum testimonium duximus concedendas. Datum Parmae, 4. idus aprilis, pontificatus sanctissimi patris domini Joannis papae XXII. anno X.

Farlati Illyr. sacr. 111. 311.
Katona Hist. crit. VIII. 546.-547.

234.

1326, 10. aprila. U Čazmi.

Fred kaptolom čazmanskim zalaže se zemlja.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod nobilis vir magister Johannes filius Nicolay filii Tyboldi a parte una, ab altera autem Bedech serviens magistri Nicolay filii St[ephani| filii Hoholt proximi sui vice et nomine eiusdem domini sui personaliter coram nobis constituti, idem magister Johannes quandam porcionem possessionis sue Bolehna vocate in comitatu Symigiensi existentem ipsum contingentem cum utilitatibus et pertinenciis suis universis pro suis necessitatibus, quibus oppressus extiterat tempore quo dominus rex eundem captivarat, dixit et confessus est predicto magistro Nicolao proximo suo pro centum marcis pignori obligasse tali modo, quod quandocumque eidem magistro Johanni uel eius heredibus posse affuerit et se facultas obtulerit, sine aliqua pena seu grauamine liberam redimendi haberent facultatem. Datum feria quinta proxima post quindenas pasce, anno eiusdem M°CCC° vigesimo sexto.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Bttdimiešti: M. O. D. L. no. 2356. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1535. no. 14. Na hrptu se vidi tra% pritismita šiljato-ovalna pečata. Listina je cirograf: A B C na donjo] strani, dakle s gornjim dijelovima slova.
Nagy Cod. dipl. Andeg. II, 240.

235.

1326, 14. aprila. U Zadru.

Radovan sm Radoslava Dragojevića iz Posederja prodaje dozvolom samoslana sv. Marije u Zadru vinograd u Obrovcu Dragoslavu sinu Jurjevu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem miilesimo trecentesimo vigesimo sexto, indicione nona, die quarto decimo mensis aprilis, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis arcbiepiscopi, ac domini Balduini Delfini egregii comitis. Fateor ego Radouanus filius condam Radoslaui Drogueuich habitator in confinio Posederge, quomodo habito uerbo et licencia a domina Agnete Thomassi de Cucilla abbatissa monasterii sancte Marie monialium de Jadra, uendo, trado et transacto tibi Dragoslauo filio olim Jurgi habitatori Jadre totam unam meam vineam positam ad Obrouig (!) in Grebba super terram dicti monasterii, que reddit decimam partem pro terratico tocius redditus seu fructus ex dicta vinea prouenienciurn; cui de borea est vinea fratralie sancti Petri in confinio Babindub, de trauersa est vinea Bogdani Slaticeuich, de austro est vinea Tolse Scambricich et de qui. rina est vinea Luboy Nigoslauich; pro precio librarum tredecim et dimidie denariorum paruorum, quas mihi plene et integre dedisti et persoluisti, cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terrarn, a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis ex dicta vinea libere facere possis tuam omnimodam pro anima et corpore uoluntatem absque contradicione alicuius persone de mundo, salua semper decima parte dicti monasterii pro terratico suo, ut supra dictum est, et omni alio iure secundum formam statutorum Jadre. Vnde ego predictus Radouanus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Dragoslauo tuisque heredibus et successoribus dictam vineam cum omnibus suis proprietatibus, iuribus, habenciis et pertinenciis excalumpniare et defendere in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Paulo mariscalco condam Coradi et Gresanno filio condam Draganni Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Petrus condam Miche Rose examinator manum missi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Sigmim not.)

Originai u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

236.

1326, 19. aprila. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prima pismo od kralja srpskoga, u kojein priznaje, da je Pasko Gučetić namirio svoje dužnosti' za trgove novobrdske.

Die sabbati XVIIII. aprilis.

Hoc est exemplum quarumdam litterarum hic apportatarum pro parte domini regis missarum domino comiti et comuni Raugi, quarum **tenor** talis est:

Al amorevole parente de Raugia Paulo Trivixano conte de Raugia et a centil homeni et conselieri ed a tutto lo comun de Ragusia ad 50 **che** debie saver, si contente Pasqua de Goge li merchati de Novaberda, elo m a pagato in .tucto(l), e no mi rimase niente debitore et per go li a scripto lo reame la sua gracia, che neguno non abia che far per lui.

(Adresa:)

Любовьномꙋ сродникꙋ кралıевьства ми кнезꙋ Пакꙋ Тривижанꙋ и властеломь и всеи ѡпкинѣ дꙋбровьчкои.

(Tekst :)

Любовьномꙋ сродникꙋ кралıевства ми кнезꙋ Пакꙋ Тривижанꙋ и властеломь и вѣкникомь и всеи ѡпкинѣ дꙋбровачкои, да знате како ıе дрьжаль Па(с)кое Гꙋчетикь трьге новобрьдске и платиль ми ıе всѣмь и нѣ ми ѡсталь инꙋимь дльжань, да того ради мꙋ ıе кралıевьство ми записало милость, да нема никто печали за нега.

Стефань кралı.

Diversa canceltai'iae knjiga 1325.—1326. u dubrovačkom arkivu. — Kraljevo pismo na papirii dugoljasto kao littera clausa. — Kraljev potpis crvenom tintom.

Pucić Spom. srp. II. br.8, 6.—7.

237.

1326, 27. aprila. U Zadru.

Domaldo de Zadulinis obvezuje se Andriji sinu Viiovu, da će mu plaiiti 272 libre za kupljeno žito.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indictione n[ona], die vigesimo septimo niensis aprilis, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Joannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delphini egregii comitis. Fa[teor per hoc pre]sens instrumentum ego Domaldus Stephani de Zadulinis ci[uis Jadre] et sumata omni racione inter te Andream olim Viti de . vna parte et me ex altera de ordeo, quod a te emi soluendum libras ducentas et septuaginta duas, denariorum] [Vnde] ego dictus Domaldus cum heredibus et successoribus meis me obligo et pro[mitto tibi dicto] Andree, tuisque heredibus et successoribus aut tuo certo misso per me [aut meum] certum missum predictas libras ducentas et septuaginta duas dare et soluere hic in Jadra saluas in terra, absque omni periculo hinc ad festum sancte Marie mensis augusti proxime venturum sub pena quarti et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris ac de causa super me et omnia bona mea habita et habenda omni excepcione et occasione remotis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Barte filio olim Gregorii de Slorado et Jacobo filio olim dicti Gregorii de Sloradis et fratre dicti Barti et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Thomassi Cucilla examinator manum missi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius [et Jadre iuratus predictis] interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum ttot.)

Original u sredini oštećen ti guber. arkwu u Zadru, odio samostana sv. Dominika. no. 705.

238.

1326, 7. maja. U Klisu,

Juraj knez dalmatinski traži od vijeća trogirskoga naknadu za, oteto iito. . _. .. -

Nobilibus et sapientibus viris domino Nicolao Venerio egregio comiti et capitaneo, iudicibus, consilio et comuni Traguriensi amicis carissimis Gfeorgius] Dalmatiae comes salutem prosperam et felicem. Cjuoniam per nos, neque per nostros yobis et vestris minime fit aliqua iniuria, neque novitas, sive prohibitfo non conficiendo comodum nostrum, imo potius vestrum, nec miserando capiti nostro pro honore vqstro pro posse nostro, quod credimus similiter vos facere pro nobis et nostris, et nunc in paruo displicentiam intulistis nobis, abstulendo nobis et nostris somarios cum blado aliquo de blado voluntate . . . . estis sicut •de vestra . . . . sed rogamus, quod faciatis restitutionem nobis plenariam dictorum sumariorum et aliarum rerum, alioquin vim vi repellemus, si poterimus, scientes non esse nos ita debiles domino expediente, ut creditis. Datum Clissiae, die 7. madii, 1326.

Lucius Memorie di Traii 187.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 6. 94.

239.

1326, 8. maja. U Trogiru.

Vijeće trogirsko javlja Jurju knezu dalmatmskom, da oprašta kazan Hranoju Sultaniću.

Nobili et sapienti viro domino Georgio comiti Dalmatie amico •carissimo Nicolaus Venerio comes et capitaneus, iudices et consilium Traguriense salutem prosperam et felicem. Recipimus litteras vestras non ita decentes, ut virum sapientem conveniret inter cetera continentes, ut somarios quibusdam vestris hominibus acceptos cum rebus integraliter restituere deberemus, alioquin vim vi repelletis, si possetis, denotando nobis, quod non estis ita debiles, prout putamus. Quibus vestris litteris plenius intellectis respondemus, quod si aliquis civis noster in •simili delicto fuisset repertus, per formam nostri ordinis non solum

bladum perdidisset, sed et somarios, et etiam ultra dictum da[m]pnum pro quolibet somario tres libras 25 parvulorum fuisset da[m]pnatus; sed nos amore, quem ad vos gerimus, et ut cognoscatis, si amorem et gratiam disposueramus ipsos somarios reddere, et conde[m]pnationem predictam remittere, et die tertia nuper elapsa post cenam cancellario nostro comisimus, quod deberet dicere Cranoy Sultanich homini vestro, quod sibi amore vestro de dictis somariis gratiam faceremus, et quod ipsos deberet accipsre ad sue beneplacitum voluntatis; qui cancellarius noster invenit ipsum Cranoy de Tragurio recessisse, quam dispositionem nostrara uolumus revocare, humanitatem et benignitatem nostram per verba inserta vestris litteris, talia, qualia sunt a nobis removere nolentes, et ideo dictos somarios, qui ratione pensata deberent confiscari, hostro communi latori presentium, non timore verborum, sed humanitate nbstra predicta nollentes supradictam dispositionem infringere, restitui fecimus de gratia speciali, in hoc nostros ordines infringendo; rogantes amicitiam vestram, quatenus in scribendo nobis et nostro comiti, qui vestri sumus amici, et quos pro amicis in vestris necessitatibus cognovistis, memores sitis proverbii Salamonis dicentis: verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos; ad ea vero, que dixistis, vim vos repellere per vim, et quod non estis ita debilis, ut putamus, sic respondemus: quum non est intentionis nostre alicui vim infere iustitia derelicta, sed iura nostra cum auxilio dei omnipotentis et domini ducis, cuius prot.ectioni sumus suppositi, intendimus defensare, significantes vobis, quod bene scimus, quod non estis debilis, sed potens, verum credimus, imo non dubitamus iustitiam et dictum dominum ducem cum ipsa mstitia potentiorem quam plurimum esse nobis. Datum Tragurii, die 8. madii, 9. indictione.

Lucius Mem. di Trau. 187.
Fejer Cod. dipl. Htmg. VIII. 6. 95.—,96.

240.

1326, 10. maja. (D Napulju).

Tužba na gnsare, koji orobiše dubrovački brod.

Tužia, da su: »Pickulantus de Stalla et Johannes barcarius de Iscla cum duabus galeis earum in offensionem nostrorum rebellium partes illas (Sicilie) discurrentes theridam Sabini de Bonda Ragusini civis diversis mercibus oneratam, pretendentes illas fore eorundem rebeHium

ceperunt (prope insulam Sicilie) et merces ipsas arrestarunt pro eorum arbitrio voluntatis«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 3. pr. 3. 62.
Rački Rad XVIII. 227.

241.

1326, 11. maja. U Trogiru.

Općina irogirska sklapa mir s nekim iseljemcima.

132t3. indictione IX., die 11. mensis maii. Primo, inprimis quod omnes et singulae offensiones, vulnera, mortes, damna, iniuriae spoliationes bonorum, fructuum, captiones, retentiones ac expulsiones illatae, et habitae in personis vel rebus hinc inde inter dictas partes, vel aliquos de ipsis partibus, seu patres, fratres, filios, propinquos, vel amicos, eorum, defunctos et non defunctos, et de bonis et in bonis eorum, vel in alios pro eis, et eorum occasione qualitercumque, ubicumque, quomodocumque ab hinc retro usque in hodiernum diem remittantur hinc inde et indulgeantur totaliter, et pro indultis et remissis habeantur sine aliqua ulterius in perpetuum restitutione, emenda, vel satisfactione petenda ab ipsis partibus, nec inter ipsas partes, nec ab aliquibus ipsarum partium, nec etiam ab aliquibus aliis singularibus hominibus, vel per alios aliquo modo vel ingenio quo dici vel excogitari posset. 2. Item, quod bona, firma et vera pax fiat, sit et conservetur inter ipsas partes, et omnes et quoslibet de ipsis partibus, ac haeredes et successores eorum perpetuo duratura. 3. Item, quod dictis extrinsecis, et cuilibet eorum, ac haeredibus illorum, qui mortui essent atque aliis, qui pro eis et eorum occasione expulsi seu banniti fuissent et essent de dicta civitate Traguriensi occasione discordiae praedictae libere restituantur, a quocumque detineantur, in statu videlicet, in quo nunc sunt omnes domus et possessiones eorum propriae, et iure, quo ad eos de iure spectabant, vel per eos detinebantur cum bannitionem praedictam in eos factam per dictos intrinsecos, seu commune Traguriense, scilicet tam illae, quae positae sunt intra civitatem Traguriensem, quam illae positae in starea, insulis et districtu dictae terrae. 4. quas domos et possessiones praedicti extrinseci, seu eorum aliquis, vel heredum eorum non possint vendere, donare, alienare, cambiare, transactare vel pignorare alicui personae nec etam in solutum dare pro aliquo debito de caetero

contrahendo modo aliquo vel ingenio usque ad quinque annos proxime venturos sine licentia domini ducis et communis Venetiarum, salvo pro restitutionibus seu solutionibus dotium, et pro maritandis vel monacandis dominabus suis, atque pro animabus legare in casu mortis, et tamen in ipsis casibus sine aliqua fraude, malitia. 5. Item, quod praedictis extrinsecis, ut mentes eorum melius conquiescant et inducantur ad bonum, et ut interim pax invalescat praedicta, et alia meliora succedant, tractentur, ef crescant, adhuc stare debeant extra civitatem Traguriensem per annos duos longe ab ipsa terra Tragurii et districtus per milliaria 30. stando in civitate Sibenicensi, et ipsa civitas citra versus Venetias, et in Lesina et in Braza ac in Lissa, et ab inde ultra versus Ragusium, seu in aliis locis vel terris, atque plus et minus ultra dictum terminum annorum duorum, si et sicut domino duci et communi Venetiarum videbitur et placebit; tamen dominae ipsorum extrinsecorum tam maritatae quam viduae, et famulae seu servitrices earum, etiamque pueri et filii eorum masculi aetatis annorum decem, vel inde infra possint omni tempore morari, stare et habitare in civitate et districtu Traguriensi et gaudere de bonis, fructibus et redditibus suis pacifice et quiete. 6. Item, quod predicti extrinseci, et quilibet eorum debeant iurare fidelitatem et obedientiam dicto domino duci et communi Venetiarum, et debeant propterea tractari prout tractantur alii cives et homines Tragurienses. 7. Pro quorum extrinsecorum et intrinsecorum praedictorum maiori quiete et pace debeant dicti intrinseci facere et tractare et operam ac effectum dare, quod omnia statuta, banna, ordinamenta, reformationes et consilia facta et ordinata, approbata et condita quoquomodo ab hodierna die retro per commune Traguriense seu consilium ipsius civitatis, seu per aliquos habentes baliam vel auctoritatem ab ipso communi contra praedictos extrinsecos, eorum haeredes et successores ac sequaces vel alios pro eis, et eorum occasiooe, quae scripta vel notata reperiuntur in libris seu quaternis dicti communis, vel alibi apud quemcumque essent, cancellari debeant et annullari, et revocari totaliter, et cassari, et quod pro cassis, annullatis, revocatis et cancellatis perpetuo penitus habeantur sine alicuius solutione pecuniae. 8. Si vero praedicti vel aliquis praedictarum paitium hanc pacem et concordiam rumpere et . . . poena librarum M. M. pro quolibet dictorum intrinsecorum, et de libris decem M. pro extrinsecis e

Lucms Mem. di Trau 184.—185.

242.

1326, 29. maja. U Spljetu.

Nadbiskup spljetski Balian skida dozvolom legata papina kardinala „Bertranda od 9. aprila 1326. prokletstvo sa samostana sv. Ivana u Trogiru i kanonika trogirskoga Domimka.

Nos Balianus dei et apostolice sedis gratia humiiis archiepiscopus Spalatensis uniuersis et singulis presentes litteras inspecturis facimus manifestum nos recepisse litteras reuerendissimi in Christo patris et domini domini Bertrandi tituli sancti Marcelli presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati tenoris et continentie infrascripte: *(Slijedi listina kardinala Bertranda od 9. aprila 1326. u Parmij.* Volentes igitur mandatum huius reuerenter exequi, ut tenemur, venerabilem religiosum fratrem Sauinum abbatem monasterii sancti Joannis de Tragurio ordinis sancti Benedicti et discretum virum dominum Dominicum Petrosii canonicum et vicarium ecclesie Traguriensis presentes et a predictis sententiis a nobis absolui humiliter et cum instantia postulantes, absoluimus auctoritate predicta, restituentes eos sacramentorum participationi et communioni fidelium, et in dicto monasterio ac aliis eorum ecclesiis seu capellis remouimus interdictum cum eis et eorum altero super irregularitate per eos modo predictb contractis nihilominos dispensantes; pro eo, quod iidem abbas et canonicus de parendo mandatis ecclesie corporale coram nobis iuramentum et de soluendo ex integro precationes dicto domino legato debitas pro preterito tempore contingentes eosdem, nec non expensas pro cambio et missione monete precationum huius infra terminum in predictis litteris denotatum, cautionem nobis sufficientem et idoneam prestiterint. In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Spaleti in curia nostra archiepiscopali, die vigesimo nono mensis maii, anno natiuitatis domini MCCCXXVI., indictione nona.

Original u arkivn kaptola tt, Trogiru. no. 49.
Na listini visi o uzici od perganiene dobro sacuvani pečat u crvenom vosku.
Farlati III. sacr. III. 310.
Katona Hist. crit. VIII. 547.—548.
Pavlović Mem. di cose dalm. 122. no. 49.

243.

1326. 12. juna. U Trogiru.

Vijeće trogirsko moli Stjepana bana bosanskoga, da otšteti nekog porobljenog gradjanina.

Magnifico et potenti domino domino Stephano libero principi et domino Boznae, Ussorae et Salae et plurimorum aliorum locorum, atque terrae Chelmi comiti quamplurimum honorando Nicolaus Venerio comes et capitaneus, iudices et consilium et commune Tragurii salutem cum promptitudine serviendi. Hiis diebus dominationi vestrae destinavimus litteras super querella nobis exposita per nobilem et prudentem virum Nicolaum Jacobi dilectum civem nostrum de Stepcho filio Miroslavi . . . de Rachitema homine vestro, qui dictum nostrum derobavit prope flumen Cetinae de valore librarum 2000 denariorum, de quo fuimus quamplurimum admirati, praemeditantes benignas litteras per vos missas tam domino nostro inclito domino duci Venetiarum quam nobis, in quibus fidem dedistis nostris Tragurinis et fidelibus dicti domini ducis ad partes vestras cum eorum mercibus et persona secure veniendi, et ad ipsorum libitum redeundi. Nunc vero audientes, quod dictus excessus clementiae vestrae displicuit, ipsum negotium intendentes etiam quod de ipso dolentes proposuistis, quod dictus civis noster, qui sub fide et umbra magnificentiae vestrae advenit ad partes iurisdictionis vestrae suppositas, de suo da[m]pno conservetur illesus. Ideo ipsum civem nostrum, qui vos habet pro suo domino speciali ad dominationem vestram trans mittimus, rogantes benignitatem et celsitudinem vestram, quatenus dictum civem nostrum et excellentiae vestrae servitorem recomendatum habentes, velitis dare operam efficacem, quod sibi ablata rehabeat, prout de deliberatione et bonitate vestra confidimus et speramus; ex hoc enim honor vester accrescitur et domino duci Venetiarum dominatori nostro complacebitis; nosque ad vestra servitia semper habebitis obligatos, caeterique moratores Dalmatiae ex hoc fidei vestrae constantiam cognoscentes cum suis mercibus ad partes vestras secure concurrent de aliquo non timentes. Datum Tragurii, 12. iunii 1326.

Lucius Memorie- di Trait p. 188. — Pejer Cod. dipl. VIII. 6. 97.

244.

1326, 25. juna. U Trogiru.

Vi/eće trogirsko šalje vojsku Budislavu knezn krbavskomu i t. d.

Egregiis et potentibus viris dominis Budislavo comiti Corbaviae, filio olim cbmitis Curiacii, et Nelipitio honorabili comiti Tininii et Spalati, Georgio filio Michovilovich voyvode, et Paulo et Gregorio fratribus dicti comitis Budislavi ac Tvartcho filio comitis Vladislavich amicis suis karissimis tamquam fratribus quamplurimum diligendis Nicolajs Venerio comes et capitaneus, iudices, consilium et commune Traguriense salutem et de inimicis sicut optant gloriam et triumphum. Ecce ad amicitiam vestram nobilem et prudentem virum Jursam Perchel dilectum civem nostrum et capitaneum nostri exercitus cum ipso exercitu destinamus, rogantes nobilitatem vestram, quatenus, si non est numerus, ut expedit, nos excusatos habere velitis, quia occasione messium incumbentium, quo colliguntur fruges quibus per annum nos vivere debemus, ipsum exercitum maiorem et velocius nequivimus destinare, insuper uos rogantes, quatenus ipsum civem nostrum cum eius comitiva reccomendatos habentes, vellitis quam citius potestis nobis exercitum supradictum propter imminentes messes bladi, facientes in hoc prout providentiae vestrae videbitur expedire. Valete per tempora longiora nobis mandantes quodcumque possummus. Datum Tragurii, die 25. iunii 1320.

Lucius Memorie di Trau p. 188. — Fejer Cod. dipl. Hung. VIII-6. 98.

245.

1326, 4. jula. U Topuskom.

Ban Mikić potvrdjuje Turopoljcima privilegij bana Nikole od god. 1278, kako ga potvrdiše kralj Ladislav god. 1279. i ban Nikola god. 1324.

Mykch banus tocius Sclauonie, comes Symigiensis, Suproniensis et de Sarus, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Jacobus filius Wlkuta, comes terrestris, pro se et pro vniuersis iobagionibus castri

Zagrabiensis ad nostram personaliter accedens presenciam, exhibuit nobis litteras priuilegiales magnifici viri Nicolai bani bone memorie predecessoris nostri, super confirmacione litterarum domini Ladizlai dei gracia quondam regis Hungarie felicis recordacionis, et Nicolai bani tocius Sclauonie confectas, petens nos humili precum cum instancia, vt easdem ratas habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum quidem Htterarum tenor talis est: *(Slijedi listina od 26. januara 1324.)* Nos igftur iustis et iegitimis peticionibus ipsius jacobi filii Wlkuta fauorabiliter inclinati, ipsas litteras non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, de verbo ad verbum insertas nostris litteris priuilegialibus duximus confirmandas. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Thoplica, feria sexta proxima post octauas beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo CCC°. XX°. sexto.

Original u arkivit općine turopoljske. — Pelat satrt visi o zelenoj svih.

Laszowski Spom. Turop. I. 42.— 43.

246.

1326, 7. jula. U Avignonu.

Ivan XXII. papa imenuje. Andriju kanonika jegarskoga biskupovi skradinskim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Andree episcopo Scardonensi, salutem et apostolicam benedictionem. Pastoralis officii etc. Dudum siquidem bone memorie Paulo episcopo Scardonensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum ipsam per eiusdem Pauli obitum vel alio quovis modo vacare contingeret, personam utilem solicitudinis apostolice ministerio deputare, provisionem faciendam eidem ecclesie de pastore, cum, ut premittitur, vacaret, disposicioni nostre et sedis apostolice ea vice duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque scienter vel ignoranter quavis auctoritate contingeret attemptari. Postmodum vero dicto Paulo in partibus illis viam universe carnis ingresso, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie, huiusmodi nostre reservationis forsan ignari, dilectum filium Vitum Luce de Spingarolo canonicum Scardonensem de facto in Scardonensem episcopum, ut dicitur, elegerunt, qui presentato sibi huiusmodi electionis decreto, ignarus etiam, ut asseritur, reservationis eiusdem, ad instanciam dictorum capituli electioni predicte consensit: huiusmodi vero electionis negocio ad nostram perlato noticiam, nos attendentes eiectionem ipsam, utpote post et contra reservacionem et decretum huiusmodi factam, irritam et inanem existere, prout erat, ac deinde de ipsius ecclesie ordinacione celeri, ne prolixe vacacionis subiaceret incomodis, solicite cogitantes, cum nullus preter поз hac vice de ipsius ecclesie ordinacione se intromittere potuit, reservacione ac decreto obstantibus prelibatis, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilern cuin fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te tunc cantorem ecclesie Agriensis, in sacerdocio constitutum, conversacione placida, vite mundicia et morum honestate decorum, in spiritualibus providum et temporalibus circiimspectum, aliisque virtutum meritis, prout testimonio fidedignorum accepimus, insignitum, oculos convertimus nostre mentis. Quibus omnibus debita meditacione pensatis, de persona tua eidem Scardonensi ecclesie de predictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica duximus providendum. teque illi in episcopum prefecimus et pastorem, curam et administracionem ipsius ecclesie tibi tam in spiritualibus quam in teirr poralibus plenarie commictendo(!), ac deinde per venerabilem fratrem nostrum Bertrandum episcopum Tusculanum tibi fecimus munus consecracionis impendi, firma concepta fiducia, quod dirigente domino actus tuos, prelibata ecdesia per tue circumspeccionis industriam prospere dirigetur, et salubria, dante domino, suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam ecciesiam Scardonensem cum gracia nostre benediccionis accedens, in ipsius ecciesie Scardonensis ampliandis honoribus et profectibus promovendis sic te reddas sine intermissione solicitum, gregem dominicum in illa vigilancie tue commissum doctrina verbi et operis informando, uf exinde apud remotos et proximos tua fama clareat per effectum, et in delectacionem nobis veniat oportuno tempore graciose te prosequi, et tuis desideriis favorem benivolum impertiri. Datum Avinione, nonis iuliii pontificatus nostri anno decimo.

In eodem - modo. Venerabili fratri . . . archiepiscopo Spalatensi, carissimo in Christo filio . . . regi Ungarie illustri, dilectis filiis nobilibus viris . . . duci Veneciarum nocnon . . . comitibus de Berberio Scardonensis diocesis, capitulo ecclesie Scardonensis, . . . comiti, iudicibus, clero et populo civitatis et diocesis Scardonensis. Datum ut supra.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 214. p. 162.—163. Iz reg. an. X. par. 2. ep. 2650.

247.

1326, 15. jula. D Višegradu.

Karlo Roberfo kralj ugarski i hrvatski zapovijeda povratak svih nepravovalja.no odsvojenih posjeda crkve zagrebacke.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis vniuersis baronibus, comitibus, castellanis, officialibus seu cuiuslibet condicionis hominibus per dyocesim Zagrabiensis ecclesie constitutis salutem et graciam. Ad hoc enim ius nature, quod cepit ab exordio racionalis creature, prodiit, ad cuius instar leges per ora principum promulgate diuinitus processerunt, vt earum metu actus illegitimi minime attemptentur, et attemptati legitime retractentur, et sic sincera simplicitas illibata et tuta a fraudibus malignorum reseruetur. Hinc est, quod cum ad aures nostras ex relacione peruenerit plurimorum, in dicta dyocesi quosdam contractus seu alienaciones possessionum ecclesie prenotate initos et sine debita solempnitate iuris celebratos, uergentes in dispendium ipsius ecclesie nostreque celsitudinis notam non minimam et iacturam, si hoc conniuentibus oculis voluerimus pertransire, cum nos iure patronatus et debito defensionis cunctas ecclesias regni nostri contingamus, vestre fidelitati precipimus firmiter per presentes, quatenus si prelatus aut yconomus ecclesie pretaxate apud quospiam tales possessiones repererit uel inuenerit ad dominium ecclesie, preuia iusticia debeat reuocare presentis nostri mandati auctoritate mediante, suffragantes et coadiuuantes ad hoc ipsam ecclesiam auxilo benigno et fauore sicut inuenire seu contingere desideratis graciam nostre maiestatis, precipimus insuper zelantes immunitatem eiusdem ecclesie et salutem animarum vestrarum, ut decimas vestras non secundum paruam consuetudinem, que pocius dicenda est corrumptela scilicet, ut duo denarii pro decima capecia et duo pro decimo cubulo vini persoluantur, qui non decimam sed vix vigesimam faciunt et attingunt, sed secundum legem dei et Romane ecclesie sine diminucione in specie persoluatis. Vos autem Mykch bane et omnes officiaies vestri premissa exequamini tamquam negocium nostrum speciale in tota ecclesia Zagrabiensis dyocesi; predictos reluctantes aut ausu quolibet contradicentes compeilatis nostra auttoritate mediante, ut suas decimas persoluant ex integro, et sicut nos grauiter offendere formidatis, secus facere non audentes. Datum in Vyssegrad, tercio die post festum beate Margarethe virginis, anno domini millesimo CCC°. XX⁰. sexto.

Iz prijepisa Puneka župana zagrebačkoga od 7. decembra 1326., kako ga je prepisao i potvrdio ban Mikić 28. oktobra 1328.

Original ove potvrde u arkivu zagreb. kaptola : Acta capit. antiqua.

Tkažčić Mon. civ. Zagrab. 1. 114.—115. po Liber privil. eppatus Zagr. fol. 51. u arkivu zagr. nadbiskupije.

248.

1326, 25. jula. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje crkvi zagrebačkoj sva imanja i frava njezina.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex,. princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, noticiam presencium habituris salutem in quo resident sempiterne salutis incrementa. Exardescens ad heterna(!) regalis dyadematis exuberansque devocio eo saluti sue prospicit utilius, - quo pristine liberalitatis piis locis devote collata, solidioris firmitatis fulcimento roborat et confirmat. Proinde cunctorum noticie harum serie volumus pervenire, quod quia cordi debet esse regibus atque cure, ut ea, que ecclesiastice conversacioni sunt disposita, nec regum dissimulacio negligat, nec aliorum plectibilis possit presumpcio perturbare; ideo nos Zagrabiensem ecclesiam, quam inter ceteras regni nostri ecclesias affectidne non minori veneramur, in omnibus suis iuribus, municionibus, tributis, possessionibus, prediis, terris, libertatibus quantumcumque magnis et graciosis redditibus, proventibus ac omni dominio pacificam, indempnem et illesam cupientes perpetuo conservare et per nostros conservari, ut eius ministri ex hoc in ea divino cultui possint quiecius et devocius famulari; omnia et singula iura eiusdem ecclesie Zagrabiensis, videlicet tenutas, districtus, possessiones, predia, villas et libertatum prerogativas, que et quas dicta ecclesia seu episcopus eiusdem pro tempore constitutus et capitulum ipsius quovis iusto tituio acquisierunt, invenerunt et obtinuerunt, excelsique principes suis temporibus sibi statuerunt et contulerunt, sivequondam reges Hungarie nostri progenitores, sive duces, sive barones sicuti banus et alii comites, nobiles et cuiusvis status seu dignitatis homines in vita vel in morte donaverunt, legaverunt et dederunt, specialiter quas nos sibi fecimus donaciones quantascumque et libertatum concessiones qualescumque, eidem ecclesie Zagrabiensi, ad quam devocionem habemus singularem, per eamque episcopo eiusdem

pro tempore constituto et capitulo istius perpetuo stabilire, inviolabiliter permanere et valere, possidere, tenere et habere de consilio prelatorum et baronum regni nostri presentis scripti perempni patrocinio sanccientes confirmamus. Eaque omnia si que vel quid de possessionibus, terris, villis, prediis et earum utilitatibus seu quibuslibet iuribus dicte ecclesie per quoscumque vel quemcumque fuissent indebite occupata aut alienata, de pJenitudine regie potestatis revocamus, eidem ecclesie restituentes pleno iure. Cuncfis itaque ducibus, banis, comitibus, castellanis, iudicibus, nobilibus et hominibus qualicumque officio seu honore fungentibus nunc et pro tempore in regno nostro constitutis, eorumque vices gerentibus, hoc presenti regio edicto precipientes firmiter mandamus, quatenus dictam ecclesiam Zagrabiensem, episcopum et capitulum eiusdem in omnium iurium, tenutarum, possessionum, redituum, tributorum et libertatum ipsius ecclesie plenitudine et integritate absque aliquali diminucione, inquietacione et perturbacione mittant perpetuo et relinquant pacifice permanere ac pro omnium salute Christo quiete famulari. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine novi et autentici roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endree Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXX sexto, octavo kalendas augusti, regni nostri anno similiter vigesimo sexto; venerabilibus in Christo patribus dominis, Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladpzlao] Colocensi, auleque nostre cancellario, archiepiscopis; Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Syrmiensi Ladfizlao] Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Bozniensi, Laurencio Waciensi, Andrea Transilvano, Herrico Wesprimiensi, aule domine regine cancellario et Chanadino Agriensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis baronibus Philippo palatino, comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trenchiniensi, comite Alexio iudice curie nostre, Thoma woyvoda Transilvano et comite de Zonuk, Mykch bano tocius Sclauonie, comite Symigiensi et de Sarus, Paulo bano de Machou, comite Syrmiensi, de Wolkou et de Bodrug, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum, Blasio magistro agazonum nostrorum, Nicolao dicto Treutul comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u arkivu zagreb. kaptola. — Na svilenoj žutoj i plavoj • vrvct vist pečat. — Ima i Codex privil. episc. Zag. fol. 50.

Farlati Iliyr. sacr. V. 419. — Fejer Cod. dipl. ffung. VIII. 3. 64.-66. — Katona Hist. crit. VIII. 537.—539. — Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I.-llo.—117.

249.

1326. 28. jula. U Dubrovniku.

Dubrovačka općina prima pismo od hralja srpskoga, da su dubrovački trgovci, što kupiše trgove srpske sve namirih.

Die lune XXVIII. iulii.

Hoc est exemplum quarundam licterarum(f) serenissimi regis Urossi scriptarum in lingua sclauonesca hic apportatarum et reductarum in latinum de mandato nobilis et potentis viri dom'.ni Paoli Trivixani comitis Raugi et sui minoris consilii ad futuram rei memoriam et ad conservationem iurium infrascripti Andree. Quarum licterarum(l) tenor talis est.

Al caro et amorevole parente de reame conte de Raugia Paulo Trivixano, iudegi, consilieri et gentili homeni de Raugia. Sicome ave comperato Andrea de Pestac (!) cum Nichola de Bucha e con Grube e con altri so conpagnoni, unde ello m a pagato e niente no me rimaso a dare infine al die da cuoy de debiti de mercati, e perco li a scripto lo reame, che neguno non abia che far con esso.

Hoc est exemplum cuiusdam apovelie ipsius domini regis, cuius tenor talis est.

Scrive lo mio reame e da a savere a ciascaduno, sicome avea Andrea de Pesta(!) comperato li mercati de reame con Nicola de Bucha e con Grube e con altri so compagnoni, unde ello m a pagato in complimento e neiente m e rimaso debitore, cui li die la gracia, che neguno piu di queste cose ne reame ne filiolo de reame ne neguno altro no abia che far con lui. E questo li scrisse in Nerodime, alla carnagione de Christo mille IIICXXVI. anni, del mese de lulio XV. die.

Que lictere 'et apovilia date et presentate fuerunt eidem domino comiti et suo minori consilio per Tripe de Bucha ambaxatore ipsius domini regis. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indictione nona, die XXVIII. iulii.

(Adresa :)

Кралıевьства ми драгомѹ и любокномѹ сѹроднikѹ кнезѹ дѹбровачкомѹ Пакла Тривнжанѹ и сѹдиıамь и властеломь дѹбровѹкнимь.

✝ Драгомѹ и любокьномѹ сѹродникѹ кралıевьства ми кнезѹ дѹбровѹкомѹ Пакла Тривнжанѹ и сѹдиıамь и вѣкникомь и властеломь дѹбровѹкнимь. Како ıесь биль кѹпиль Андрик Пешикь трьге

кралієвстка ми сь Николомь сь Букиніємь и сь Грубетємь и сь иніми скоими опьчиники, да исправиль ми се ієсть и инуторе ми не ѡсталь дльжань до дьнешьнега дне ѡть тогази дльга трьжнога, паче му ієст записало кралієвьстко ми, да никторе нема печали зань.

Стефань кърань краль.

крдлшксткд мн сі. ННКОАОМІ. cb Какикчем!. н ci> Гракетем!. н ct мипмн сконмн ОП1.КНННКН, дд нсирдкнлк мн се lecTi» н ннуторе мн не «стал!. ддкждш. до дкненп.негд дне <отћ тогдзн длнгд тркжногл, пдуе ма iecT здпнсдло крдлгек^стко мн, дд ннкторе ненмд пеудлн ЗДНЕ.

С т е ф д ii і. к т. р д и і. к р д л і..

Ш2J.xa ..-can 1.e Ц.ar !pe ktijiga god. 1325. —1326. u dubrovačkom arkivu. Kraljevo originalno pismo na dugoljastom papiru kao littera clausa. — Kraljev potpis crvenom tintom.

Pucić Spom. srp. II. br. 9. 7.—8.

250.

1326, 13. augusta. TJ Bologni.

Kardinal Berlrand legat papin prima od nadbiskupa spljetskoga г nekih sufragana dužnu mu svotu za poslaničtvo. ''•'••'-••:•"•••'•"

Nos Bertrandus miseratione diuina tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus presentium tenor.e fatemur.. nos .habuisse et recepisse per manum Maneli Quideti mercatori (!) FJorentini s?luente pro venerabili in Christo patri(!) . . . dei gratia archiepiscopo Spalatensi et pro aliquibus subfraganeis suis de procurationibus legationis nostre de sex annis preteritis nobis debitas ab eisdem centum viginti quatuor libras bononensium paruorum valentes florenos LX et solidos VII bononensium paruorum, de quibus quidem centum viginti quatuor libris et solidis eisdem mercatori et archiepiscopo et suis subfraganeis finem et quitationem facimus et pactum de vlterius non petendo. Has litteras nostro sigillo pendenti munitas ipsis in premissorum testimonium concedentes. Datum Bononie, idibus augusti, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape XXII. anno undecimo.

(Signum notj.

Original г1 arkivu kaptola u Spljetu XVI 1. 15.

Na listini visi vrvca končana. Pečat otpao.

251.

1326, 18. augusta. U Trogiru.

Trogirani pišu Sibeničanima radi шajamne potpore proti velikaštma hrvatskim.

NobiJibus-et sapientibus: viris domino joanni Marini Georgio honorabili comiti, iudicibus et consilio civitatis Sybenicensis amicis karissimis tamquam fratribus, Darbi Bembo comes iudices et consilium ciuitatis Traguriensis salutem ad vota felicem. Nobilitatis vestrae litteras hodie recepimus continentes de relatione iacta vobis per nobilem Radovanum quondam Ylie civem vestrum, qui ambaxiator missus fuit per vos ad barones Croatiae super responsione sibi fienda eorum ambasciatae ad vos transmissae, quod credebatis per nobilem virum Casoctum Nicolae ambaxiatorem nostrum nobis simili modo fuisse expositum et retractum, in quibus vestris litteris nos rogatis, quod deberemus uobis nostrum consilium exhibere et intentionem nostram nostris litteris denotare de adiutorio dando dominis suprascriptis, et qualiter, et quid facere intendebamus, et de numero hominum, quos mittere volebamus etc.; quibus plenius intellectis fraternitati et prudentiae vestrae praesentibus respondimus, quod dictus Casoctus ambaxiator noster in eius relatione nobis facta de dando exercitu dictis baronibus non tantum processit, quia nec debebat secundum tenorem suae commissionis, quam ostendit dicto Radovano, sed dixit, quod facta eius relatione ipsis dominis, in quibus continebatur, praemisso amore antiquo primitus, quod secundum petitionem ipsorum dominorum dicentium, quod lingua extranea veniebat contra ipsos ad ipsorum et etiam civitatis damnum, intendebamus contra omnes venientes contra honorem domini ducis et ad damnum ipsorum et nostrum esse cum eis iuxta posse nostrum; non autem obtulit se aliter, nec ire contra aliquos, qui non venirent contra honorem domini ducis et ipsorum baronum, dicens nobis etiam dictus Casoctus, quod dicti barones se contentaverunt de dicta oblatione; verum filii Curiacii dixerunt, quod vos et nos deberemus exercitus praeparare, et per Nelipizum et Georgium Mihovilovich dictum fuit, quod dicti excrcitus non expediebant adhuc, sed mittent suas spias ad Stinichiachi causa videndi, si ipsi Sclavi erant, quod possent contra Ungaros, qui erant ad dictum locum et tunc fieret, quod videretur fiendum ; et ideo secundum commissionem dicto ambassiatori nostro datam intendimus nos habere, videlicet esse cum ipsis Sclavis, quando lingua extranea contra honorem domini ducis et ad ipsorum et nostrum damnum veniret et nihilominus

iuxta posse nostrum, et quia non videmus, quod aliqua lingua extranea venit contra honorem domini ducis et ipsorum, nec dicti barones scripserunt nobis aliquid post predicta ; non intendimus aliquam facere novitatem, quia grave et importabile nobis et vobis esset pro omni etiam vilissima re, quam sepissime contingeret inter ipsos, nostrum sibi exercitum destinare; nihilominus sapientes estis, et ideo non dubitamus, quod in hiis et aliis sapienter vos geretis et prout vestrae civitatis statui credideritis expedire. Nos autem quando casus occuret secundum contenta in commissione dicti nostri ambaxiatoris et secundum ipsorum requisitionem faciemus, prout tunc crediderimus expedire pro honore domini ducis et nostra conservatione et bono statu contratae. Datum Tragurii, die 18. augusti.

Lucius Memorie cii Trau 188.—189.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 6. 98.

252.

1326, 26. augusta._U Požegi.

Pred kaptolom požeškim dijele se Deševovi i Berislavovi sinovi, plemtći iz Gfabarja u županiji požeškoj.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad. universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Jacobus et Stephanus filii Desew; ac Nicolaus filius Nicolai filiorum , Berizlai nobiles de Grabaria comitatus de eadem Posaga ab una parte, magnificus vir magister Nicolaus dictus Treutul comes Posoniensis ex altera, coram nobis personaliter constituti, propositum extitit per eosdem et relatum ministerio viue uocis, ut quemadmodum possessionaria divisio inter [conjdam Vysen, Michaelem et Vidus filios Benedicti, Benedictum et Blasium filios Marcell ab una, ac prenominatum Berizlaum filium Berizlai avum eorum parte ab altera, mediantibus litteris nostris patentibus per comitem St[ephanum] filium eiusdem Berizlai patruum eorum coram serenissimo principe domino Karulo dei gracia inclito rege Hungarie pridem in specie presentatis et litteris dicti domini regis seriatim insertis olym facta fuisset, sic et nunc ipsi, scilicet nobiles. de Grabaria et magister Nicolaus Treutul eandem divisionem inter se perpetualiter et irreuocabiliter assumpsissent et assumpserunt coram nobis observandam. CuiuS

scilicet possessionarie divisionis, vt in eisdem litteris regis per ipsas partes nobis exhibitis vidimus contineri, mete sunt hec: Prima meta incipit iuxta fluvium Zaua supra Glauichafug ab arboribus harast, que est Berizlai a parte orientali, et keurus(!), que est partis adverse a parte occidentali; inde tendens versus septemtrionem ad Cezyntou et pervenit ad duas arbores keurus, que est Berizlai et harast, que est filiorum Benedicti; inde pervenit ad ipsum Cezyntou et ibi sunt due arbores keurus, que est Berizlai et harast, que est fiiiorum Benedicti, super quibus sunt signa et sub eisdem mete terre ibique terminantur. In cuius [re]y memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roborando. Datum feria tercia proxima ante festum beati Egidii abbatis et confessoris, anno domini millesimo CCC° vigesimo sexto.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. ino. 2373. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 689. no. 13. Na vrvci od grube crveite svile nema više pečata.

Na ħepзn istom rtikom: »Super possessione inter, Zauam et Merzunye confectum«..— *Nadalje bilJeske istom rukom:* »Rescriptum .XVI.« *(tiče se registracije). Isfo tako i bilješka savremena u jakim potezima:* »Collatum et cofrroboratum]«.

Nagy Cod. dipl. Andeg. II. 253.—254.

253.

1326, 8. septembra. U Xrizevcima.

Mikić ban daruje Mateju Matejeviču posjed Emevec kraj Koprivnice.

Mykch banus tocius Sclauonie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in domino .sempiteraam. Solenth (!) gesta fidelium scripti patrocinio roborari, ne aut oblivio involvat caligine semel actum aut hominum invidiosa malacia[1] fuscatis mendacii coloribuš per calumpniam subvertat successive. Ad universorum igitur tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod quia Matheus filius Mathey fidelitatem fideiitatibus accumulare cupiens, servicia gratuita in diversis nostris agendis •*et* expedicionibus cum fervore fidelitatis nobis curavit exhibere, pre--cipue dum pro exaltacione sacre corone regie et incremento honoris regie maiestatis pro recuperandis iuribus regalibus in Croaciam manu armata intrare voluissemus, et filii Kuriati, scilicet: Budizlaus, Paulus et

[1] Očevidno pogreška pisarska mjesto: »malicia«.

Gregorius, nec non Nelepecius gener eorum, notorii infideles et emuli regie maiestatis, collecto exercitu nobiscum prelium habendo, nos crudeliter devicissent, idem Matheus nostro lateri adherens, tam viriliter dimicavit, quod nos de cuneo hostili illesum extraduxit, et sic manus invasimus(f)[1] nostrorum inimicorum. Igitur pro huiusmodi serviciorum suorum meritis, volentes sibi aliquo remuneracionis premio obviare, quandam possessionem Erneuch vocatam, inter metas Koproncha et Ryucha existentem, sub metis suis prioribus et antiquis, a magistris Johanne et Petro filiorum Henrici, notorium infidelium et emulorum regie maiestatis, racione infidelitatis eorum in nostras manus devolutam, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis prefato Matheo filio Mathei et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus, donavimus et contulimus in perpetuum et in filios filiorum suorum tenendam, possidendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales, pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Crisio, in festo nativitatis virginis gloriose, anno domini MCC. vicesimo sexto.

Original u trakošcanskom arkivuf. 12. no. 13. Prepisao Ivan Tkalčić. Nagy Cod. dipl. Andeg. II, 255.

254.

1326, 12. septembra. U Hvaru.

Marija Latićeva pravi svoju oporuku.

In dei rjomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indiccione nona, die duodecimo mensis septembris. Temporibus equidem illustris et magnifici domini domini Johannis Superancio incliti ducis Veneciarum, venerabilis patris domini fratris Luce dei gratia Farensis et Bracensis episcopi, et nobilis et sapientis viri domini Albertini Justiniani honorabilis potestatis Farre et Brace, suorumque iudicum Mixe Maghaxii, Nicholle Bogdani, Martini et Desoy Nigoy. Domina. Maria quondam Latichi de Sclinessio per gratiam Christi mente et sensu sana, licet languens corpore, timens decedere intestata, idcircho(!j suarum rerum et bonorum omnium dispossitionem per presens nuncupatiuum testamentum in hunc modum facere procurauit: In primis recomendat: animam suam domino Jesu Christo; item allegit sepulturam sui corporis ad eclexiam(!) fratrum Predicatorum; item, relinquit dictis fratribus et conuentui vnam vineam et terram positam in casali in loco dicto Drassanizejaro missis cantandis pro anima sua, et quod nunquam possint ipsam vendere vel aliquam obligationem facere; item reliquit monasterio sancti Nicholay de Lixa peciam vnam terre vineatam positam in campo Lixe in loco dicto Mesaghanule pro missis cantandis pro anima sua toto tempore vite sue et quod nunquam possit vendi vel obligationem aliquam facere; item reliquit dicto monasterio vnam casellam cum vno paramento ad cantandum missam, et hoc pro mille missis cantandis pro anima sua; item reliquit ecclesie sancti Stephani vnum zardinum (!) positum subtus santum (!) Michaelem pro missis cantandis pro anima sua et quod nunquam possit vendi vel obligari; item, reliquit vnam terram positam in Sliuy prope vxorem Nichole quondam Bogdani . . mialcii filie sue domine Boie et vxoris Stephani S'ouigne tali pacto, quod ipsam debeat vendere et denarios distribuere, vbi sibi mellius videbitur conuenire; item reliquit Stephano Slouigne suo generi vnam terram positam in loco dicto V gomilica et quod ipsam nunquam possit vendere, et post mortem dicti Stephani quod deueniat ad eclexiam(!) sancti Stephani pro missis cantandis pro anima sua et quod nunquam possit per.aliquem vendi vel obligari; item, reliquit fratribus Predicatoribus de Farra vnum schrineum siue casellam cum vno paramento ad cantandum missam, pro missis cantendis(f) pro anima sua; item, reliquit ecclesie sante(!) Marie de Farra vnam casellam pro anima sua; item, reliquit, iubsit(!) et voluit, quod omnes sui anuli et zercelli vendantur et de ipsis fiat vnus callis(!) ad leuandum dominum, et ille detur vbi videbitur filie sue domine Boie mellius conuenire; item, relinquit dompno Petro archipresbitero Farensi solidos XX. denariorum venetorum paruorum; item, reliquit omnibus clericis et presbiteris, qui erunt sepulture sui corporis solidos XX. paruorum; item, relinquit primicerio Farensi vnam perpetutam (!) post mortem filie sue Boie; item, reliquit, quod dicta sua filia dare debeat post mortem suam vnam aliam perputuam(f) vbi sibi mellius videbitur conuenire et quod de tella et facolibus, qui sunt in casella post mortem suam posset facere omnimodam suam voluntatem; item, reliquit et vult, quod de V. vasellis et vna tina, quod habet in domo Stephani sui generis et de quatuor mantellis duorum (!), quorum sunt fodrati de cendalli(!) yallo(!) et viollato et de vna zuppa de cendalli dicta sua filia Boia possit facere omnimodam suam voluntatem. Item, reliquit et voluit, quod dicta sua filia Boia tenere debeat omnia sua bona mobilia et immobilia toto tempore vite sue et quod post mortem dicte sue filie deueniant in illos quibus dimissit. Suos fidos(!) ad omnia suprascripta legata executioni mandanda suos(f) relinquit Stanoy Andree, Albertinum Pauli, Ylliam filium quondam Michi de Zarra(!), qui habitat Sibinichum(!) et Stephanum Slouignam. Et hanc suam vltimam voluntatem esse asseruit, quam valere voluit iure testamenti, et

[1] Pogreška pisarska mjesto: »evasimus«.

quod si iure testamenti vallere(!) non possit, valleat saltem iure codicillorum vel cuiuslibet alterius vltime voluntatis et omni alio modo et iure, quibus mellius vallere potest. Actum Farre in domo habitationis Stephani Slouigne, presentibus dominis Marino Bisso, Marincello Stephani, Peruoslauo Zeprenich testibus vocatis et rogatis.

(Drugi rukopis).

Ego Ursus Justinian potestas Farre et Braze manu mea subscripsi.

(Signum not.)

Ego Matheus de Mallarotis de Regio imperiali auctoritate notarius et nunc comunis Farre iuratus cancellarius predictis omnibus interfui, audiui et rogatus scribere scripsi et meum homen proprium apossui(!) et meo signo roboraui.

Originai u kaptqlskom arkivu biskupije u Hvaru.

255.

1326, 4. oktobra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebackun prodaje Nikola iz, Mlaka .svoj mloženi posjed Petrovec pod Medvedgradom. kanoniku Dioniziju.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Nicolaus filius Nicolai filii Petri de Mlaca, nobilis de Campo Zagrabiensi, tam pro se quam pro Georgio fratre suo uterino et pro Bartholomeo et Valentino filiis Johannis patrui sui ex una parte, magister Dyonisius socius et concanonicus noster ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Nicolaus proposuit, quod cum porcio possessionis in possessione Petrouch vocata, sub castro Medue, in vicinitate Stephani filii Luce et predicti magistri Dyonisii existens, que ad ipsum et predictos fratres suos iure hereditario pertinebat olym, per patrem suum et patruum antedictos, Nicolao filio ser Guerini quondam civi Grecensi pro certa pecunie quantitate extiterit pignori obligata, nec ad redimendum eandem sibi et predictis fratribus suis proprie suppetant facultates, recepta a predicto magistro Dyonisio una marca bonorum denariorum banalium, sicut dixit, proprietatem ipsius possessionis Petrouch, sive porcionis prout ad ipsum et dictos suos fratres pertinebat, dedit, contulit et donavit eidem magistro Dyonisio et per eum quibuscumque eandem donare, legare vel vendere voluerit perpetuo possidendam, conferens eidem plenariam potestatem

a filio predicti Nicolai filii ser Guerini eandem a pignore liberandi et fructus perceptos ab eo tempore, quo ipsam nomine pignoris pater ipsorum et ipsi tenuerunt, repetendi ab eisdem iusticia mediante; obligans se nichilominus idem Nicolaus filius Nicolai expedire ipsum magistrum Dyonisium et ipsius possessionis per eum successores ab omni et specialiter a fratribus suis antedictis, exceptis tamen filiis Nicolai antedictis, si per quempiam processu temporis racione proprietatis dicte possessionis oriri contingerit questione, in propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum die sabbati infra octavas beati Michaelis archangeli, anno domini MCCCXX sexto.

Original u arkivu kaptola zagrebačkoga, na kojem je crvena vrvca, pečat otpao.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 117.—118. — Laszozvski Spom. l^tropolja I. 43. regest.

/Ifc

256.

1326, 6. oktobra. (U Križevcima).

Stjepan župan krizevački popisuje rnedje posjeda Ivana sina Ladina i Martina sma Ladislavova.

Nos Stephanus comes Crisiensis memorie commendamus significantes vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod Juan filius Ladina et Martinus filius Ladislai a nobis cum instancia postulabant, ut ad limitandam et deambulandam possessionem ipsorum infra Vlkoy filio Gregorii homine nostro mediantibus litteris nostris pro testimonio hominem venerabilis capituli ecclesie Chasmensis postulare curaremus. Nos igitur iustis et honostis peticionibus predictorum Juan et Martini annuentes, litteras nostras predicto capitulo destinauimus, quod hominem suum fidedignum pro testimonio ad reambulandam prefatam Stephani sessionem, ut premissum est, metas curaret, quod quidem capitulum virum prouidum et honestum Nicolaum sacerdotem ecclesie sancte Crucis de Crisio cum predicto Vlkoy homine nostro duxit transmittendum, qui homo noster cum Nicolao sacerdote per id ad nos redeuntes retulerunt, quod possessionem predictorum conuocatis omnibus vicinis et commetaneis reambulassent limitando, per diuersas metas circumeundo, nullo contradictore existente. Mete sepedicte possessionis hoc ordine fuissent distincte, quod vnius particule prima meta

incipit ab oriente de portu fluuii Susok in valle et procedit ad occidentem per viam circa possessionem Adriani filii Zoden et ibi flectitur modicum per semitam pertranseundo ad Gomulam, deinde adhuc ad occidentem pertingendo infra possessionem Porog filii Porog peruenit ad vallem unam, per quam vallem versus septemtrionalem partem procedendo venit ad fluuium Breztoua ubi sunt due arbores gerthian cruce signate, inde uersus orientem per vallem in modico spacio transeundo ipsam vallem venit ad arborem gerthyan cruce signatam, deinde ad montem perueniendo per metas vinee ecclesie beate virginis, quam dicte ecclesie Nicolaus filius Hegen dignoscitur dedisse; ad septemtrionem pergendo in magno spacio eundo super ad montem et peruenit infra possessionem Jacobi filii Gersten ad metam terream, abinde supra eundo venit ad arborem gerthyan cruce signatam, deinde ad orientem per metam vinee dicti Porog venit ad metam terream, inde vertitur ad meridiem per metam vinee uenit ad arborem hass meta terrea circumfusam, abinde ad orientem venit ad viam ubi est kalischie et per eandem viam circa possessionem Nicolai filii Hegen, et venit per viam infra sessionem Vitus filii Egidii et Georgii filii Miko ad metam terream circa viam, deinde modicum eundo venit vsque metam Ladislai filii Hegen, deinde modicum flectitur ad metam Marko filii Hegen ubi est meta terrea, inde ad occidentem per frutices spinarum venit ad valliculum, per quem eundo peruenit ad fluuium Susok et per eundem fluuium ad meridiem pervenit metam in principio notatam. Alie vero particule terre mete incipiunt a duabus metis terreis a parte septemtrionali infra viam que ducit ad Herzona inde ad meridiem et vertitur circa paruam syluam venit ad metam terream prope metas Marko antedicti, deinde ad orientem venit ad arborem tulfa meta terrea circumfusam, deinde ad arborem iagned, inde ad vnam paruam viam infra metas filiorum Hegen peruenit ad arborem has circa viam, abinde ad metam terream infra metam Porog filii Porog, deinde ad meridiem eundo [per] syluam huc eundo ad arborem tulfa cruce signatam, deinde ad arborem hass cruce signatam, abinde ad arborem piri sylvestris cruce signatam, deinde ad arborem ad(!) truncum ad(!) magnum arboris tulfa, deinde ad duas arbores piri et gerthyan ubi tangit metas filiorum Petri, inde vertitur ad occidentem et transeundo syluam venit ad duas arbores gerthyan cruce signatas infra metam filiorum Vrbanus, abinde ad septemtrionem venit ad arborem voiko cruce signatam circa metas Adriani, Vlkoy et Benedicti, deinde circa . metam memorati Adriani venit ad arborem piri syluestris cruce signatam, inde ad arborem hass cruce signatam, deinde versus occidentem ad arborem hrazt cruce signatam, abinde versus orientem per viam circa metas filiorum Ver-

banus hinc procedendo uenit ad metam terream, inde ad occidentem et tangit metam Porog supradicti, inde ultra viam transeundo ad metam terream, deinde ad septemtrionem eundo venit ad truncum hass meta terrea circumfusum, inde ad occidentem per viam venit ad metam terream circa metam Jacobi, inde versus sepiemtrionem peruenit ad paruam arborem cerasi et meta terrea circumfusam, deinde ad arborem hrazt, deinde ad unum riuulum et per ipsum riuulum supra eundo peruenit ad metam Ladisiai filii Hegen, inde ad septemtrionem et venit ad viam ubi circa viam est meta terrea et inde vertitur ad arborem hrazt cruce signatam, et inde flectitur ad fluuium Chuerztecz et per fluuium venit ad metam Marko antedicti, inde exit dictum. fluuium ad meridiem, uenit ad arborem hrazt cruce signatam, inde ad arborem gobelli meta terrea circumfusam, deinde ad metam in principio terream annotatam. Datam feria secunda proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto.

Jednostavna kopija XVIII. vijeka u kr. zem. arkivu ti Zagrebu. Doc. med. ae. a. 1336.

Na hrptit notica: »Metales possessionis Ladinich«.

257.

1326, 7. deeembra. (U Toptiskom).

Punek župan zagrebački vraća biskupiji zagrebaikoj stlom oteti fiosjed Vinodol.

Nos Punek comes Zagrabiensis memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod cum nos feria quinta proxima post festum beati Andree apostoli vna cum Georgio filio Georgii et Jacobo filio Wlkota comite terrestri de campo iudicibus per dominum nostrum banum constitutis, et vniuersis nobilibus nostri comitatus in Toplica pro tribunali sedissemus, honorabilis et discretus vir magister Demetrius capellanus domini nostri regis nec non venerabilis viri domini Ladislai dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis ecclesie electi vicarius generalis, ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis patentes litteras predicti domini regis hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina kralja Karla od 15. jula 1326.)* Peciit autem a nobis predictus magister Demetrius, ut quandam possessionem capituli Zagrabiensis Vinodol nuncupatam, quam a multis temporibus retroactis dicebat fuisse potencialiter

occupatam, predicti mandati auctoritate et iusticia mediante eidem capitulo et ecclesie statuere et assignare dignaremur. Nos autem mandatis predicti domini nostri regis obtemperare et suadente iusticia vnicuique reddere quod suum est cupientes, ad predictam possessionem accessimus propria in persona, et cum tam a clericis quam laycis, nobilibus et ignobilibus ipsius prouincie diligencius requirendo inuenissemus ipsam possessionem, vt premissum est, fuisse potencialiter occupatam, eandem auferentes a quibusiibet illicitis detentoribus, in persona capituli predicti memorato magistro Demetrio vicario et ecclesie cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis statuimus et assignauimus perpetuo et pacifice possidendam, teriendam et habendam pleno iure, prout antea per ecclesiam est possessa. In cuius rei memoriam perpetuamque stabilitatem presentes pendentis sigilli nostri munimine fecimus roborari.~ Datum in octauis beati Andree apostoli, anno domini millesimo CCC.XX° sexto.

Iz originalnog pfijepisa bana Mikida od 28. oktobra 13'28. u arkivu zagrebačkoga kaptola: Acta capil. antiqua.

Drugi primjerak z/ nadbishipskom arkivu pod Donationalia. Nadalje Liber privil. eppatus. Zagrab. fol- 51.

258.

1326, 12. decembra. U Zadru.

Na javnoj dražbi prodafe se zemlja Martinusija u Petrčanu.

In dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indictione decima, die duodecimo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Johannis Superancii, incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Johannis de Buthouano de Jadra, dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delphini egregii comitis. Testificor ego Matheus Petrificta, Jadrensis curie castaldus et preco in salute anime mee, quomodo de mandato domini comitis et iudicum ad peticionem Philippi condam Bartholomei de Grisogono, ciuis Jadre, de beneplacito Martinusfsii] incantassem, ut moris est, per vnum mensem et vltra per plateas et alia loca terram gognaiorum quattuor eiusdem Martinussi, positam ad Petrecafnum] trauersa est terra heredum Miche Rose, de quirina est via publica, de borea est de Stumm , de qua terra idem Martinussius supradicto Phiiippo sponte tenutam et

possessionem dederat pro euidenti debito librarum duodecim paruorum et pena et expensis, in quibus fuerat per sentenciam iudicis de mobili condempnatus. Cedulam predicti incantus in manu deferens precona voce clamando, quod plus danti deliberaretur, hoc idem per solitas solemnes Jadrenses ecclesias nuntiando. Tandem primo requisitis supradictis vicinis per dominum Egidium, iudicem maioris curie, cui deliberatio incantus commissa extitit antedicti, atque contentis de confiniis suprascriptis, notificataque eidem Martinussio die deliberationis incantus, nichilque eorum, que secundum formam statuti et consuetudinis Jadre obseruari consueuerunt uel mandantur, in huiusmodi incantu ommisso, supradictam terram de prenominati iudicis mandato sub magna logia Jadre, die dominico septimo supradicti mensis deliberando dedi, uendidi et tradidi Gallo filio Cerni de Cande pro libris viginti paruorum, nemine altero de ipsa plus[f] dare uolente, de quibus supradicto Philippo nomine dicti Martinussii soluit libras duodecim et penam et expensas in sa supradicti, residuum uero soluit Martinussio sepedicto. Quare dictus [Gallus] habeat potestatem ipsam terram intromittendi, possidendi et alienanfdi] [omni] modam uoluntatem faciendi de ipsa, tamquam de re propria, committens tibi notario infrascripto, vt de predictis eidem emptori breuiarii publicum faceres instrumentum, presentibus Vulcinna condam Petri de Slorado, et Paulo Cresci de Grubogna, ciuibus Jadre, testibus et aliis.

(Drugi rukopisi).

Ego Bolduinus(l) Dolfin comes Jadre manum meam misi.
Ego Paulus de Monte Ugolino iudex Jadre manum misi.
Ego Gualterius de Campofullo iudex Jadre manum misi.
Ego Egidius de Firmo iudex Jadre manum misi.
Et ego Alexander condam Vgolini de Stella Jadrensis et nunc ad acta ciuilia notarius scripsi et publicaui et [meo consueto] signo signaui.

(Signum not.J

Orignal u gubem. arkivu u Zadru: odio samostana sv. Ntkote no. 131. — Na tri mjesta listina poderana.

259

1326, 18. decembra. U Zelini.

Benedikt kaštelan A'taloga Kalnika, daje na znanje, da su podložnici Moravča dali po nalogu bana Mikića rasporediti svoje zemlje. izmedju Zeline i Bistrice.

Nos comes Benedictus de Moroucha ac castellanus de Minori Kemluk memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod vniuersi iobagiones castri de Moroucha et Glaunicha cum omni generacione ipsorum coram nobis constituti asseruerunt, quod cum dominus Karolus dei gracia rex Hungarie omnes castrenses et terras castrensium in Moroucha et in Glaunicha existentes magistro Nicolao filio Petri pro suis seruiciis perpetuo contulisset, et ipsi iobagiones castri uolentes se et possessiones eorum a prefato magistro Nicolao amicabiliter separare, ut pacifice et quiete possent permanere cum eodem, quia cum populis castrensibus eidem magistro Nicolao datis possessiones et terras myxtim habebant in comuni, quandam partem de possessionibus ipsorum hereditariis sub nouis metis in una quantitate ex parte possessionis ei[u]sdem magistri Nicolay inter Zelnam et Biztricham ex ordinacione magnifici viri Mykch bani tocius Sclauonie dederunt eidem magistro Nicolao perpetuo possidendam; e conuerso vero idem magister Nicolaus omnes terras castrensium et populos castrenses inter predictos iobagiones castri, prout per nouas et certas metas parcium uoluntate sunt distincte, relinquid(l) eisdem iobagionibus castri similiter perpetuo possidendas et in ipsa quantitate possessionis, quam magistro Nicolao in concambium possessionum suarum assignauerunt. Quedam possessio comitis Jureclen filii Bogdazlai Globochech vocata eidem magistro ex donacione dictorum iobagionum castri est deuoluta, pro cuius mutuo quandam possessionem Kalin uocatam, in qua tunc Simon, Mathee, Endre, Stephan, Dragun, Juank, Johannes castrenses commorabantur pro medietate possessionis predicti comitis Jureclen Globochech cum omnibus vtilitatibus more castrensium ad ipsam Kalin vbique pertinentibus, de uoluntate vninerse generacionis predictorum iobagionum castri dederunt et statuerunt eidem comiti Jureclen et suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam et abendam(l), ad quod nos comitem Thomam hominem nostrum et dicti iobagiones castri Thomam filium Gregorii socium ipsorum, ut ipsam possessionem iidem comiti Jurecleno statuerent, destinauimus; quiad nos redeuntes

dixerunt eam sibi statuisse nullo penitus contradictore existente. In cuius rei memoriam asscendentibus (!) nobis Johanne filio Mondok Nicolao filio Farchasi, Nicolao dicto Cordus, Johanne filio Velchech, Thoma filio Gregorii, Jacobo filio Vechezlay, Adam filio facobi, Juan filio Symonis, Symone filio Demetri, Michaele filio Paulis, Mychaele filio Johannis, Petro de Kalin, Endre filio Myckou et omnibus aliis nobilibus iusto modo per assercionem dictorum iobagionum castri presentes eidem contulimus litteras sigilli nostri apensione roboratas. Datum in Zelna foro, quinta feria proxima ante festum beati Thome apostoli, anno domini MCCCXX. sexto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije' u Zagreb^i: Diplomata a. 133в.

Na listini visi o svilenoj vrvci crvene boje trough pečat od smedjeg voska.

260.

1326, 26. decembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa odredjuje biskupu zagrebačkomu Ladislavu konzervatore.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus fratribus . . . archiepiscopo Salzeburgensi et . . . Quinqueecclesiensi ac . . . Vespriminesi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc nos deus pretulit in familia domus sue, ut opportuna singulis personis auxilia fidelis servitutis iniuncte prudentia pro tempore dispensantes, eorum presertim necessitatibus intendamus, occurramus dispendiis, ipsosque ab oppressionibus relevemus, qui assumpti in partem sollicitudinis potioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane dilecti filii Ladislai electi Zagabriensis conquestione percepimus, quod nonnulli clerici ac ecclesiastice persone, tam religiose quam seculares in dignitatibus et personatibus constitute, nec non duces, marchiones, comites, barones, advocati, nobiles, milites, universitates castrorum, oppidorum, villarum, et alii singulares Zagabriensis civitatis et diocesis ac partium vicinarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas, casalia, terras, possessiones, vassallos, homines, iura, iurisdictiones et nonnulla alia bona mobilia et immobilia ad mensam suam episcopalem Zagabriensem spectantia, et ea detinent occupata seu huiusmodi detinentibus prestant auxilium et favorem; nonnulle quoque alie persone ecclesiastice, seculares et regulares, duces, comites, barones et nobiles ac universitates et singularcs

persone castrorum, villarum, oppidorum civitatis et diocesis ac partium predictarum de redditibus, proventibus, decimis, censibus, iuribus et rebus aliis ad dictam mensam spectantibus eidem electo vel eius vicariis aut procuratoribus nolunt aliquatenus respondere, nonnulli eciam civitatis et diocesis ac partium predictarum, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, eidem electo in castris, villis, casalibus, terris, possessionibus, yassallis, hominibus, libertatibus, immunitatibus, iuribus, iurisdictionibus, bonis et rebus aliis~ ad mensam predictam spectantibus multiplices molestias, iniurias inferunt et iacturas. Quare dictus electus nobis humiliter supplicavit, ut cum valde difficile reddatur eidem pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere sibi super hoc paterna diligentia dignaremur. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes ei remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et iudices, prefato electo, quoad vixerit, efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eum super premissis ab eisdem ve] quibuscumque aliis occupatoribus, detenforibus, molestatoribus, presumptoribus indebite molestari, vel sibi gravamina seu dampna vel iniurias irrogari, facturi dicto electo, cum ab eo vel vicariis suis vel eorum aliquo fueritis requisiti, de dictis et aliis personis quibuslibet super restitutione dictorum castrorum, viilarum, casalium, terrarum, possessionum, vassallorum, hominum, iurium, iurisdictionum, ac bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque et proventuum, censuum et aliorum quorumcumque bonorum suorum, nec non de quibuslibet molestiis, iniuriis atque dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet, que iudiciaiem requirunt indaginem, de plano sine strepitii et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exegerit, iustitie complementum, occupatores seu detentores, molestatores seu presumptores et iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis extiterint, quandocumque et quotienscumque expedierit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape octavi, predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim etc. ut supra in aliis similibus, usque perpetuata legitimum extitisset. Constitutione predicta super conservatoribus, et alia qualibet in contrarium edita non obstante, presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Avinione, V. kalendas ianuarii, anno undecimo.

Theiner Mon. Hung;. I. no. 781. str. 509.—510. Iz reg. orig. An. XI. com. ep. 513.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 118.—119.

261.

1326*. U Zadru.

Suci zadarski odriješuju Zamna Varikašu od optuibe kao izvršitelja oporuke Andnje de Cotopagna.

[In Christi nomine amen. Annoj incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indicione decima, die
Jadre. Tempore domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, [et venerabilis] patris domini Johannis de Buthouano de Jadra dei gracia Jadrensis archifepiscopi], ac domini Balduini Delphini egregii comitis. Nos Balduinus Delphinus [com]es predictus cum nostris iudicibus et curia pro tribunali sedentes, peticione siquidem i de Cotopagna et Danielis Cauatte agentis post monstram (!) contra Dobrigam
Canini de Varicassis et ipsum Qaninum et Paulum patrem eius de quadam [dom]o posita Jadre in confinio porte ferie(!), que iuit olim Andree patrui dicti Andree, scripta in quaterno actorum curie nostre, lecta ordinarie coram nobis; auditisque allegacionibus dicti Mathei per Cande de Bagno procuratorem eiusdem Mathei factis super peticionem predictam dicentis, quod cum dictus olim Andreas de Cotopagna lega[uerit] per ipsius testamentum Deotaido et supradicto Andree filio Cresti de Cotopagna hospitium suum cum pertinenciis et iuribus suis omnibus pro precio librarum mille venetorum paruorum per ipsos infra dimidium annum postquam obierit eius commissarius solidos et ipsas libras mille, dictus Andreas non soluerit, dictum hospicium
comissariis testatoris predicti pro exequendo ipsius vltimam vo[luntatem]; habitisque excepcionibus supradictorum Dobrice, (^anini et PauK per Grisofgonum de] Vitaca nostre curie et eorundem aduocatum dicentem, quod dictus oljm Anfdreas] predictas libras mille integre persoluerat

* Za god. 1326. ind. IX.; ovdje ind" X.; što steže ovu godinu na mjesece: od 24. septembra 1326. do 31 decembra. Duždi nadbiskup, koji se spominju ne mogu datuma točnije odrediti, jer vladaju kroz čitavo ovo vrijeme. Gledaj knezove zadarske. Sr. listinu od g. 1327. 14. aprila i jednu od g. 1326.

comissariis testatoris eiusdem prout testamento mandauerat producendo quoddam securitatis instrumentum eidem Andree ario a Cosa Saladini et Jacobo Cadulini commissariis dicti Andree de libras mille factum, scriptum manu Viti Jadrensis archidiaconi et notarii, anno incarnacionis Christi millesimo ducentesimo octogesimo quinto, mensis octobris die quinto, indictione quarta decima, prout in ipso legitur, auditisque omnibus aliis, que partes hinc inde dicere uoluerunt, visisque instrumeritb securitatis et testamento predictis, dei nomine inuocato dictos do[minos] C,aninum et Paulum a petitione supradictorum comissariorum memorata in pos Damiani de Mengaca curie nostre tribuni, quem super huius nostre exse[cuti]one(!) sentencie deputauimus in pristaldum, per sentenciam absoluimus finitiuam, [victos] victori in expensis legiptimis condempnantes. Qui tribunus ex sui vigore [officii man]dauit mihi infrascripto actorum notario, ut supradictam sentenciam in publicum documentum, presentis(l) Cosa condam Prode et Damiano condam Dobre de ciuibus Jadre testibus et aliis.

(Drugi rukopisi).

Ego Balduimus Delfinus comes Jadre manu mea scripsi.

Ego Paulus de Monte Ulm[o] iudex Jadre manum misi.

Ego Gualterius de Campofutto iudex Jadre manum misi.

Ego Egidius de Firmo iudex Jadre manum misi.

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella Jadrensis iuratus notorius scripsi, [roboraui] et meo consueto signo signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. Listina veoma trošna i poderana. P. no. 44.

262.

1326.

Ladislav Kobol biskup zagrebački dobiva povraćenu biskupiji Hrastovicu.

Ladislaus de Kobol per provisionem Joannis papae tempore Caroli episcopus Zagrabiensis, decimas procurat augmentari et castrum Hrasztovicza obtinet in lite pro ecclesia Zagrabiensi coram iudicibus ad hoc per regem Carolum datis, a Joanne Babonig nunc magistro tavernicorum, reginae Elizabeth filiae Ladislai regis Poloniae, consortis Caroli regis, anno MCCCXXVI.

Kercselich Hist. epp. Zagr. 127. — Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 6. p. 97.

263.

Oko g. 1326.

Vijeće jakinsko traži od Spljećana, da vrate oteta dobra njihovom gradjaninu Jakobu Pisaniu.

Venerabili in Christo patri ac domino B. dei gratia Spalatensi archiepiscopo jdignissimo, omni probitate decorato, ct dilectis amicis consulibus eiusdem civitatis, et domino Stepeco filio comiti (!) Grubesse et toti populo eiusdem civitatis. R. Monaldi Ancone potestas, et totum conscilium Ancone salutem et perpetui amoris perseverantiam. Vestre nobilitati et societati notum scire uolumus,- quod ex querela nobilis nostri concivis Jacobi Pisani nomine cognovimus, quod cum ipse veniebat a ciuitate Bononie cum uxore et filiis et deferebat res suas, quedam saictia de Glissa, de qua erat comes Loba filius de Ziva, abstulerunt ei prope fluminis Esini in nostro districtu omnes predictas res, quod nos valde miramur, cum ita estis carissimi nostri amici et talia vestri exercent in nostris ciuibus, cum nos in vestris bona operantes non tantum pro nobis, set(!) etiam hominibus pro aliis et habendo cotidie voluntatem de bono reformare in melius. Quapropter vestram discretionem modis quibus possumus rogamus intuitu nostri amoris et nostre civitatis, quatinus si placet predictas res ablatas a iamdicto nostro concivi, latoribus presentium, videlicet Bonifacio filio eius et Paulo genero suo reddere faciatis, ut inmensas grates vobis referamus et amicitia diu conservata de bono in melius possit augeri, et in consimilibus et maioribus vestras teneamur audire peticiones. Preterea sciatis dictam saictam esse de iamdicto domino Stepeco filio comiti Grubesse.

Iz vana: »Spalatensi archiepiscopo et consulibus«.
Original u arkivu kaptola u Spljetu XVI. 1. 116.
Vidi se trag, da je listina bila pecatom zalvorena.
Carrara Archivio capilolare di Spalalo p. 76.

264.

1327, 7. januara. U Parmi.

Armand de Fogiis prima u ime kardinala Bertranda poslamka papina, od nadbiskupije spljetske duinu svotu za poslaništvo.

In nomine domini amen. Noverint universi, quod nos Armandus de Fogiis camerarius reverendissimi in Christo patris domini Bertrandi dei

gratia tituli sancti Marcelli presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati tenore presentium fatemur, nos recepisse et habuisse, ac nobis integre solutos fuisse pro parte et nomine dicti domini legati a discreto viro Lucano Bertani canonico Spalatensi nomine archiepiscopi Spalatensis, capituli, suffraganeorumque suorum ratione procuratoris, primi, secundi, tercii, quartique septimi annorum sue legationis centum sexaginta quinque florenos auri iusti et recti ponderis et tres solidos et decem denarios bagatinorum, de quibus bene et integre satisfactum esse fatemur et quitamus eosdem facientes sibi finem, quitationem et pactum de ulterius non petendo. In cuius rei testimonium et ipsorum cautelam presentes litteras ipsis fieri facimus nostri appensione munitas sigili. Datum Parme, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, indictione decima, die septima ianuarii, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape vicesimi secundi undecimo.

Na rubu: »Solvit pro scriptura et sigillo I florenum«.

Original na pergameni u arkivti kaptola u Spljetu XVI. 1. 10. — Na listini viai se trag, gdje je o vrvci visio pečal.

265.

1327, 8. januara.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvalski -podjeljuje Radinu Radomirovu iz Domagovića plemstvo na preporuku bana Mikića.

Carolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex,. princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, notitiam presentium habituris salutem in omnium salvatore. Celsitudo regia et benignitas solet sibi subiectos ad gradum prouehere alciorem, qui sibi fideliter seruiuerunt. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Radyn filius Radomeri de Domagouich fidelis noster, qui de iobagionatu castri nostri Zagrabiensis originem duxerat, plurima fidelia seruicia pro augmentacione regiminis nostri iuxta sue possibilitatis facultatem summe fidelitatis feruenti studio impendisset, sicut per ueridicam relacionem magnifici viri de Mylech[1] bani tocius Sclauonie dilecti nostri ipsum Radin(!) nobis commendantis. exinde lucidam recepimus veritatem; volentes ipsius fidelitatibus et famulatibus laudedignis grata recompensacione respondere,

[1] lma biti »domini Mikch«,

eundem Radyn et suos heredes procreatos et procreandos cum terra sua predicta et aliis possessionibus seu terris, si quas habeat, de dicto iobagionatu castri eximendo, in numerum et collegium nobilium seruiencium regalium perpetuo duximus de consilio prelatorum et baronum regni nostri transferendum ita, ut deinceps tam ipse Radyn, quam sui heredes procreati et procreandi, eorumque successores in cetum nobilium seruiencium regalium computati perpetuo debeant gratulari, nec quisquam de cetero sibi vel suis heredibus racione pristine condicionis sue possit obuiare valeat, ne ipsos nebula dicte condicionis vel terras eorum aliqualiter obfuscare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras priuilegiales duplicis sigilli nostri noui et authentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri End[re] Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, sexto idus ianuarii, regni autem nostri similiter vigesimo septimo ; venerabilibus in Christo patribus.et dominis Boleslao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi aule nostre cancellario, archiepiscopis, Joanne Nittriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Syrmiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi. Iwanka Varadiensi, fratre Petro Bosnensi, Laurencio Vaciensi, Andrea Transylvaniensi, Henrico Vesprimiensi, aule domine regine cancellario et Chanadino Agriensi, dominis episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis baronibus Philippo palatino, comite Scepusiensi et[1] Viuar ac iudice Cumanorum, Demetrio magistro tauernicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trenchiniensi, comite Alexandro iudice curie nostre, Thoma vayvoda Transyluaniensi et comite d.e Zolnok, Milech[2] bano tocius Sclauonie, comite Simigiensi et de Saros, Paulo bano de Machow, comite Syrmiensi de Valko et de Bodrogh, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum, Stephano magistro agazonum nostrorum, Nicolao dicto Treutel, comite Posoniensi et aliis quam plurimis regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz potvrcie kraljice Marije od 10. januara 1384. To potvrdi g. 1416. kralj Sigismund, onda god. 1572. kratj Maksimilijau, g. 1629. kralj Ferdinand II. i napokon g. 1671. kralj Leopold I

Transumpta donat. regiar. saecul. T. III. p. 260.—262. u kr. zem. arkiz'7i u Zagrebu.

[1] Ima slijcditi »dc«.
[2] Mykech.

266.

1327, 20. januara. U Floreneiji.

Pisma Florencije Dubrovniku radi vikara (nadbiskupije?).

Ad comune Raugii.

Sicut olim in alio libro die XXIV. novembris scriptum fuerit comuni Raugii, ita hodie scilicet XX. mensis ianuarii pro parte presentis vicarii, offitii et comunis iterum scriptum est dominis comiti, iudici, consiliariis, consilio et comuni dicte civitatis Raugii.

E' tabulano Florentino. Regest. licterarum et ambaxatorum 1327.—: 1328. Missive 3. f. 2.
Makušev Monum. hist. Slav. merid. I. 1. p. 430.

267.

1327, 1. februara. U Avignonu.

Ivan XXII. papa preporuča izmedju drugih i bami Mikiću progon heretika.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro comiti Salomoni de Brasso salutem et apostolicam benedictionem. Indubitatam gerimus de tua nobilitate fiduciam, quod tanquam princeps devotus catholicus deo et apostolice sedi favorabiliter assistens, te reddis, prout fidedignorum testimonio letanter percepimus, ad sustentationem orthodoxe fidei velut columpnam immobilem, turrim fortitudinis et devotionis propugnaculum studio promptitudinis indefesse. Gaudemus, inquam, dum in mente revolvimus tua laudabilia opera, que dudum devotio tua ferventer exercuit et exercere non desinit ad exterminationem infidelium nationum. Cum igitur, sicut accepimus, in terris tibt subiectis in regno Ungarie consistentibus hostes crucis etc. ut supra sicut in secunda superiori usque iniungendum. Ideoque nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus eosdem inquisitores, cum ad terras easdem declinaverint, pro reverentia divina et apostolice sedis ac nostra benigne recipias et honorifice pertractes, eis in hiis et aliis consilium, auxilium et favorem taliter impendendo, quod ipsi commissum sibi officium exequi valeant inoffense, et nos sinceritatis tue zelum possimus in domino merito commendare, tuque exinde perenne bonum, quod suis fidelibus.

divina clementia" pollicetur, ad divini nominis laudem et anime tue salutem consequi merearis. Datum Avinione, kalendas februarii, anno undecimo.

In eodem modo. Dilecto filio nobili viro Mikth bano totius Sclavonie salutem etc. Indubitatam gerimus etc. ut in proxima superiori, videlicet de comite Salomone, usque in finem per totum. Datum Avinione, kalendas februarii, anno undecimo.

In eodem modo. Dilecto filio nobili viro Thome woyvode Transilvano. Indubitatam gerimus etc. ut supra sicut in eadem de comite Salomone usque in finem. Datum ut in eadem.

In eodem modo. Dilecto filio nobili viro Bazaras woyvode Transalpino. Indubitatam gerimus etc. ut supra de eodem comite usque in finem. Datum ut in eadem.

Theiner Mon. Hung. I. no. 790. str. 513. — Iz reg. orig. an. XI. com. ep. 16.

268.

1327, 11. februara. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje Gemzina svoj posjed Vrhbuzetu kraj grada Brumena.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Gemzina filius Nicolai de genere Rathe ex una parte, Blasius sacerdos ecclesie beate virginis de Zrachycha pro Paulo et Johanne filiis comitis Stephani filii Koyzlai, castellani de Brumen ex domina Jolenth consorte eiusdem comitis Stephani procreatis ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Gemzina quandam possessionem suam hereditariam Wrhbulzete vocatam, prope predictum castrum Brumen existentem, metis distinctam infrascriptis dixit et confessus est se predictis Paulo et Johanni et per eos ipsorum heredibus, heredumque suorum successoribus pro viginti octo marcis bonorum denariorum banalium vendidisse, tradidisse et assignasse cum omnibus suis utilitatibus, videlicet vineis, pratis, silvis, nemoribus et aliis pertinentiis ad eandem possessionem universis, prout idem Gemzina ipsam tenuit et possedit, iure perpetuo possidendam, tenendam irrevocabiliter et habendam. Mete autem ipsius possessionis, prout nobis discretus vir magister Nicolaus socius et

concanonicus noster, quem ad reambulandum eandem possessionem miseramus, in scriptis apportavit et etiam oretenus retulit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit ab occidente a quodam rivulo dicto Ozya minori in latere cuiusdam montis et inde vadit ad aciem eiusdem montis, ubi est in eodem monte arbor harazthfa cruce signata meta terrea circumfusa, inde vadit per quandam publicam viam, que procedit de Lokocheuch et tendit directe versus meridiem per magnum spatium et pervenit ad unam arborem berekynhe cruce signatam, deinde per eandem viam in bono spatio eundo divertit se ad partem sinistram versus meridiem, ubi est meta terrea supra caput cuiusdam vallis dicte Peleva inter silvam et montem, inde vadit ad quandam arborem vulgariter breza dictam cruce signatam, que stat sola in acie montis, sub qua etiam est meta terrea, deinde divertit se ad partem dexteram ad aliam viam publicam, que tendit de Brumen versus Boynam circa campum Wratizlai, ubi etiam est circa eandem viam meta terrea et per eandem viam procedendo divertit se ad partem dexteram versus occidentem ad antiquam viam publicam et per eandem viam quasi per spatium unius milliarii eundo pervenit ad quandam arborem haraztfa cruce signatam meta terrea circumfusam circa unam vallem dictam Moztischa, deinde divertit se ad partem dexteram versus orientem per unam viam, que vadit in Bulzetam et per eandem viam eundo in bono spatio pervenit ad duas arbores harazfa cruce signatas, inde vadit directe ultra viam per quandam semitam versus orientem ad aciem cuiusdam montis dicti Gradische et directe descendendo per quandam antiquam semitam pervenit ad rubum salicum, deinde vadit ad rivulum Bulzeta supradictum, inde vadit et pervenit ad metam primitus nominatam et sic terminatur. Retulit etiam nobis idem socius noster, quod omnes proximi seu vicini supradicti Gemzine processui et distinctioni predicte possessionis vendite non contradicentes venditionem factam inter partes unanimiter approtarunt. Preterea si que litere seu instrumenta super eandem possessionem primitus confecta, que supradictis Paulo et Johanni aut ipsorum successoribus processu temporis in aliquo possent obviare, per aliquem aut aliquos in lucem proferentur, cassa sint penitus et iuribus caritura. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes ad instantiam partium pendentis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum feria quarta proxima post dominicam circumdederunt, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo.

Thalloczy-Barabas Codex dipl. com. de Blagay 07. — .99.

269.

1327, 1. marta. U Zadru.

Martin iz Sv. Michalja prodaje vinograd svoj na otoku Sv. Michalja Cvitanu sinu Madijevu.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indicione decima, die primo mensis marcii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabife Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfini egregii comitis. Fateor ego Martinus filius condam Can[n]e habitator in villa monasterii sancti Michaelis de Monte, quomodo de consensu et uoluntate Lompri condam Johannis de Soppe Jadrensis do, uendo, trado et transacto tibi (Jfitano filio condam Madie ciui Jadre totam unam meam vineam circa gognaiorum sex. et si plus fuerit totum illud plus tuum sit, positam in dicta insula sancti Michaelis in confinio sancte Eufemie [in terra] eiusdem dicti Lompri, que reddit quartam partem pro terratico tocius redditus, scilicet fructus ex dicta vinea prouenienciuma(l), faciendo ex dicto terratico quat us de vi . . . predicte vinee ibi in dicta vinea et unum ex dict montibus dicte vinee portare debes in barca dicti Lompri illuc ad ma ad domum dicti Lompri ibidem positam, conductam tuis propriis expensis ubi ipse uoluerit. Cui de borea sunt uites Desse filie Helie ' . . ris, de trauersa est derrum capelle ecclesie sancte Eufemie, de austro est uia puplica et de quirina est vinea Maroy barberii condam Nicolay; cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, iuribus, proprietatibus, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram; a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum hcredibus et successoribus tuis ex dicta vinea cum suis confinibus, ut dictum est libere facere possis tuam omnimodam uoluntatem absque contradicione aliqua, saluo [iure] dicti Lompri, ut supra est expressum; ita tamen, si in aliqua fraude contra racionem dicti Lompri repeitus fueris, sibi nomine pene yperperos sex persolues quociens contrafeceris. Precio cuius uendicionis ego prenominatus Martinus recepi a te dicto (Jfitano libras quadraginta denariorum venetorum jDaruorum, quas mihi plene et integre dedisti et persoluisti. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Qfitano tuisque heredibus et successoribus predictam vineam cum omnibus suis proprietatibus, iuribus, [proprietati]bus, habenciis et pertinenciis excalump-

niare et defendere in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo condam Damiani de Nasse et Georgio condam Desse de . . . . gna Jadrensibus et aliis.

(Drugi mkopis).

f Ego Lompre Johannis de Soppe examinator manum missi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernialnom arkivu u Zadru, odio samosiana sv. Krševana. Capsula XXII. no. 550. — Listina oštećena.

270.

1327, 4. marta. U Zadru.

Petar Bujsmti u mjestu Grebi na otoku Pašmanu prodaje komad svoje zemlje Vulcinji sinu Mihe Martinusija.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimb trecentesimo vigesimo sexto, indicione decima, die quarto mensis marcii, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadera venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Dulphini(l) egregii comitis. Ego Petrus Buysmich de insula Pestimani do, uendo et transacto tibi nobili uiro Vulcigne condam Miche de Martinussio ciui Jadere unam peciam terre mee cum sex arboribus pirorum et cum omnibus suis aliis pertinenciis et iuribus, de qua est unum gognay et demidium positum in insula predicta in loco uocato Grebba, vt deinceps tu predictus Vulcigna de predicta terra cum suis arboribus et pertinenciis predictis possis facere tuum uelle sicut de tuo proprio ; cui terre vndique est terra tui predicti Vulcigne; precio cuius uendicionis ego predictus Petrus recepi a te predicto Vulcigna tuisque heredibus et successoribus libras tres denariorum paruorum, promittens ego predictus Petrus per me meosque heredes et successores tibi predicto Vulcigna tuisque heredibus et successoribus predictam terram meam cum predictis arboribus et pertinenciis suis excalumpniare et defensare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et

firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Milsa condam Prodani et Vito de Figasolis sartore Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopisi.)

f Ego Grisogonus Francisci Cadullini iudex [exajminator manum misi.

Et ego Blasius Michael Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus,.ut audiui scripsi et roboraui. -.

(Signum not.J.

Original u arkivu jugostavenske akademije u Za^rebu: Diplomata a. 1327.

271.

1327, 5. marta. U Zadru.

Bogdeša sin Draganov prodaje s dozvolom samostana sv. Marije šestinu vinograda u Babindubu bratu Radmanu i ženi mu Stani.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indictione decima, die quinto intrante mense marcio, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfini egregii comitis. Fateor ego Bogdessa filius condam Draganni habitator Jadre, quomodo do, dono, uendo, trado et transacto vobis Radmano fratri meo et Stane coniugibus habitatoribus ad Obrouec in confinio Babindub in villa monasterii sancte Marie monialium de Jadra sextam partem meam mihi pertinentem iure paterno tocius unius vinee posite in dictis confinibus super terram dicti monasterii, que reddit decimam partem pro terratico hic in Jadra conductam ad dictum monasterium, uestris propriis expensis ; et hoc interueniente auctoritate a domina Agnete abatissa dicti monasterii; et sextam partem meam omnium bestiarum et massaritici, mihi iure predicto pertinentem, uel que pertinere potest, pro precio librarum quatuor et dimidie denariorum venetorum paruorum, quas mihi plene et integre dedistis et persoluistis; a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus uestris ex dicta sexta parte mea ipsius vinee cum suis arboribus et pertinenciis omnibus et ex dicta sexta parte mea mihi pertinentibus omnium bestiarum et massaritici libere facere possitis uestram omnimodam pro anima et corpore uoluntatem absque contradicione aliqua, salua semper racione

dicti monasterii, ut supradictum est. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto uobis predictis Radmano et Stane coniugibus uestrisque heredibus et successoribus prefatam sextam partem meam ipsius vinee, bestiarum et massaritici cum omnibus suis predictis excalumpniare et defendere in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano condam Stephani Terpigne et Georgio Marangono condam Johannis scutarii Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Lompre Johannis de Soppe examinator manum missi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije ti Zadru.

272.

1327, 12. marta. U Zadru.

Braća Petar i Martin prodaju brijaču Stefanelu svofu zemlju na o.toku Ugljanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesmo sexto, mdictione decima, die duodecimo intrante mense marcii, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delphyno egregii comitis. Fatemur nos Petrus et Martinus fratres, filii condam Stephani, habitatores Jadre, quomodo vendimus- atque transactamus tibi Stephanello barberio, filio naturali Nicole de Stumulo, ciui Jadre, totam unam terram nostram quatuor gonaiorum et si plus est, tuum sit, positam in insula Gilani, cui de austro est terra, que fuit condam Lapi apothecarii, de trauersa est terra monasterii sancti Nicolay, de borea et quirina vinea Nicole de Bucaro, cum omnibus suis certis terminis, habenciis, iuribus et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram, pro precio librarum viginti denariorum venetorum paruorum. quas nobis persoluisti, a modo cum plena uirtute et potestate omnimodam tuam et tuorum heredum et successorum ex ea libere in perpetuam faciendi uoluntatem, sine alicuius persone contradictione. Vnde nos dicti Petrus et Martinus et Marinus

Dusica filius condam Crasni, habitator in Cerno, cum heredibus et successoribus nostris nos obligamus et promittimus tibi dicto Stephanello uel tuis heredibus aut successoribus dictam terram excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super omnes nos tres uel super alterum nostrum, ad quem te tenere uolueris in solidum et in parte, et super omnia bona nostra uel alterius nostrum presencia et futura. Actum est hoc firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Madio de Muto et Chrengco sartore, filio condam Dragoy, Jadrensibus et aliis.

"(Drugi rukopis).

Ego Gallus Cerne de Cando iudex examinator'manum posui-.

Ego Du^i-mus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.J

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole. br. 130.

273.

1327, 22. marta. U Ninu.

Izmjenjuju vinograde Juriša Ceprmin i Miha Paškvin.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo sexto, rnense marcio die decimo exeunte, indiccione decima, None. Temporibus domini Karuli magnifici regis, Vngarie et Johannis venerabilis Nonensis episcopi, ac Georgii egregii comitis, necnon et domini Bartholomei nati magnifici viri domini Federici egregii comitis Vegle honorabilis potestatis None. Ego quidem Jurisa filius condam Ceprine ciuis None per hoc presens scriptum confiteor fecisse tecum cambium Micha Pasckue ciue Jadre, dedisse tibi dicto Miche vnam meam propriam vineam cum omnibus suis pertinenciis ex gonays quinque V Artu positam, cuius vinee hii sunt confines: Ex trauersa est uia publica, ex austro est vinea quorumdam de Jadria(l), ex meridie est vinea Dragote Michaelis, ex borea est vinea Tolini filii condam Viti, et recepisse a te unam tuam vineam cum omnibus eiusdem pertinenciis ex gonays sex positam in Priulaka, cui hii sunt confines: Ex trauersa est vinea heredum Mathei filii olim Chrancii, ex austro est vinea quorumdam Jadratinorum, ex meridie est vinea heredum Martini Ceprinig, ex borea est vinea mea. Quam quidem dictam vineam a me tibi datam cum omnibus eius pertinenciis teneor cum meis heredibus et successo-

ribus tibi tuisque heredibus et successoribus ab omnibus discaiumpniare et defensare in perpetuum super me et omnia bona mea habita uel habenda in hoc seculo, e conuerso tu mihi. Quare igitur amodo in antea liceat tibi et tuis heredibus et successoribus predictam vineam libere habere, perpetuo possidere, heredibus et proheredibus derelinquere, uendere, dare, donare, comutare, pignorare, pro anima et corpore indicare et omnimode ad tuam uoluntatem alienare nemine tibi contradicente et eodem modo michi. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Vito Poruge nunc iudice, Radaco filio condam Vulcine, Mirsa Tomse et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Vitus Poruge iudex et examinator manum misi.

Et ego Quirinus subdiaconus ecclesie sancti Aselli et iuratus Nonensis notarius interfui rogatus, vt audiui scripsi, roboraui et solito signo signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1337.

274.

1327, 30. marta. U Zagrebu.

Diomzije svećenik i gospodja Sreherna izmjenjuju svoje posjede Petrovac i Hrašće.

Nos Punek comes Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod discretus et honestus vir Dyonisius clericus, notarius venerabilis capituli ecclesie Zagrabiensis ex una parte, domina Zreberna relicta nobilis viri Mathie filii Rados de Campo, cum Gureno filio suo, tam suo quam eciam pro Mathey germano dicti Gureni nomine, in nostri et regni nobilium presencia ex altera coram nobis personaliter constituti, bona, libera ac spontanea eorum voluntate de possessionibus suis tale inter se concambium fecisse retulerunt, quod idem Dyonisius notarius quandam possessionem suam Hrastha vocatam. in Campo Zagrabiensi constitutam, quam in una parte pro suis serviciis ex donacione dicti capituli, et in alia parte empcionis titulo iuxta continenciam litterarum capituli memorati dignoscitur obtinere, confessus est se dedisse, donasse, tradidisse et eciam assignasse dictis domine Zreberne et prefatis suis filiis et eorum heredibus, heredumque suorum successoribus, cum iobagionibus et omnibus aliis utilitatibus perpetuo

possidendam. E converso prefata domina et Guren et Mathey filii sui memorati, totalem porcionem possessionis eorum Petrouch vocate, sub castro Medwe existentis, ipsos iure hereditario contingcntem, cum omnibus suis utilitabus, videlicet vineis, silvis, terris arabilibus et fenetis ac aliis adiacenciis quibuscumque, cum eisdem signis et metis et terminis quibus predictus Mathias pater eorum, maritus dicte domine, cum Pousa fratre suo tenuit et possedit, confessi sunt se in concambium dicte possessionis dedisše, donasse, tradidisse et eciatn assignasse prefato Dyonisio clerico, notario, et per eum quibuscumque eandem porcionem possessionis donare, legare aut vendere voluerit iure perpetuo possidendam, tenendam inevocabiliter et habendam pleno iure, assumpmentes et obligantes se eedem partes coram nobis invicem altera. alteram expedire ab omni, si qua racione dictarum possessionum per quempiam processu temporis oriri contigerit, questione in propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam perpetuaraque firmitatem ad instanciam et peticionem parcium, assidentibus nobis Jacobo terrestri comite de Campo, comite Paris, castellano de Zomsed, nobilibus viris Johanne Vitez et Matheus fratre suo, comite Vyncomino de Kamarcha, Phile de Coztnicha, Andrea et Mykech filio Clementis, Marcus Hungaro et Andriolo civibus Grecensibus, Johanne filio Radomerii, Iwan clerico, Petro filio Dessa, Radozlao Staulen et Ladizlao filio Radus, Iwan et Dominico servientibus nostris, ac aliis quam pluribus nobilibus regni, presentes concessimus litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, in loco nostro kathedrali, feria secunda proxima post dominicam iudica, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo.

Prijepis kaptola čazmanskoga od god. 1552. u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 119.—120. — Laszowski Povjes. spom. Turopoija I. 42. regest.

275.

1327, 1. aprila. U Zadru.

Filip de Scolatura z udova Mara Gerkavčić dijele kuču u Zadru.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indicione decima, die primo mensis aprilis, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis

archiepiscopi, ac domini Balduini Delfini egregii comitis. Philippus condam Miche Reste de Scolatura ex vna parte de uoluntate Petrane relicte Tliomani Gercafgich et Mara relicta Dmingi Gercafcich(f) de Jadra ex parte altera diuiserunt per medium inter se vnam eorum domum muratam ex tribus partibus cuppis cohopertam,- positam Jadre n confinio sancti Vigilii; cui domuy(!) de borea est via publica, de trauersa sunt loca ecclesie sancti Vigilii, de austro est curia inter conuicinos et partim locus et domus heredum Kerini, et de quirina est locus Johannis Quali et partim illorum de Bercigna; hoc modo videlicet, quia medietas transuersalis predicte domus uenit im(!) parte dicti Philippi et reliqua medietas quirinalis predicte domus venit in parte dicte Marie. Volentes predicte partes ad inuicem, quod quelibet eorum possit cum heredibus et successoribus suis ex predicta medietate seu parte sua domus predicte confinate,[1] ut dictum est, facere suum velle tamquam de re sua propria absque alicuius contradicione. Promittentes dicte partes uicissim altera alteri et e conuerso, predictam suam medietatem domus, ut dictum est, excalumpniare et deffensare ab omni persona et personis in racione super se et bonis suis presentibus et habendis; super quibus scripta sunt duo publica instrumenta idem continencia cuilibet parti vnum pro cautella. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Georgio de Soppe et Damiano Philipi de Begne Jadrensibus et aliis. «

(Drugi rukopis).

| Ego Grisogonus Francisci Cadullini iudex examinator manum misi.

Ego Marinus Simeonis de Saracho imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru.

276.

1327, 6. **aprila.** (U Napulju).

Optužuju se dva dubrovačka trgovca, da ' su zaplijenili ladfu.

Piše se, da su »Clemens de Dersia et Franciscus de Tedisio,[2] no-" biles cives et mercatores Ragusini«, *o kojima dubrovačka općina izvješ-*

* Dva puta pisano,-

[2] Rački ima »Tudisio«.

ćuje, da su »boni et legales mercatores et patroni magnorum lignorum, et eorum legalitas quasi cognoscitur per universum orbem* *zaplijenili ladju,* »sir Leonis de Trani de Janua«.

O istoj stvari pismo Roberta »Viris nobilibus rectori, consilio et communi terre Ragusii« *od 25. jula 1331. ind. XIV. i* »Officialibus r. Sicilie« *od 10. januara 1332. ind. XV.*

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 9. p. 62.—63.
Rački Rad XVIII. 228.

277.

1327, 14. aprila. U Zadru.

Ivan sin Andrijin na Velikom otoku poklanja svojoj zeni Radici vinograd na otoku Bosa-ou.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indicione decima, die quarto decimo mensis aprilis, Jadre. .Temporibus equidem domini Johannis incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfini egregii comitis. Fateor ego Johannes filius condam Andree habitator ad Punctas in insula Magna, quomodo ex donacione, que dicitur inter viuos, que nullo uicio uel aliquo alio titulo ingratitudinis reuocari possit do, dono, trado et transacto tibi Radice vxori mee, filie condam Grubce integram medietatem tocius unius vinee mee pro indiuiso posite in insula Bosaue super terram monasterii sancte Marie monialium de Melta, que reddit quartam partem pro terratico; cui de trauersa est vinea Stanci uocati Figica, de borea et de quirina est terra dicti monasterii, et de austro est vinea Radoslaui Grubsich; cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram; a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis ex dicte medietatis ipsius vinee, ut premittitur, libere facere possis tuam omnimodam pro anima et corpore uoluntatem absque contradicione aliqua, salua semper racione dicti monasterii pro terratico suo, ut supradictum est. Quam quidem donacionem uel quocumque alio nomine promitto cum heredibus et successoribus meis tibi dicte Radige tuisque heredibus et successoribus ratam, gratam et firmam habere et tenere perpetuo et nunquam ipsam reuo-

care de iure uel de facto super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo de Rasttsio et Gresanno condam Draganni Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Gallus Cerni de Cayde iudex exsaminator(!) manum possui. (!)

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Sign. not.).

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 45.

278.

1327, 16. aprila. U Avignonu.

Ivan XXII. ftafia preftoruča nadbiskupu koločkomu imenovanoga biskuftd zagrebačko^a Ladislava.

Johannes episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . . archiepiscopo Colocensi salutem et apostolicam benedictionem. Exhibite nobis pro parte Ladislai electi Zagabriensis petitionis series continebat, quod licet ipse dudum in puerili et iuvenili etate, inter scolasticos degens, quosdam clericos, quorum aliqui in minoribus, aliqui vero in sacris erant ordinibus constituti, aliquos ex eis citra, aliquos vero cum baculo usque ad effusionem sanguinis, non tamen enormiter, diversis percussisset temporibus, ante tamen quam a sententiis excommunicationum, quas propter percussiones huiusmodi incurrerat, ab hiis, qui super hoc potestatem habebant, absolvi se fecerat, procedente tempore ignoranter et simpliciter se ad sacros fecit ordines promoveri, licet in hiis, ut asserit, hucusque nullatenus ministravit, et tandem absolutione predictarum excommuntcationum seu aliquarum ex eis in specie non obtenta, idem Ladislaus per nos extitit in eius absentia ad ecclesiam Zagabriensem promotus et prefectus, eidem ecclesie in episcopum et pastorem, recipiendi munus consecrationis in partibus licentia sibi per nos gratiose concessa, quod nondum dicitur recepisse. Quare cum super hiis ad memoriam reductus, que in illis partibus, sicut idem Ladislaus etiam asserit, penitus sunt occulta, conscientiam habeat lesam, sueque in hac parte saluti desideret provideri, nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hiis de oportuno remedio misericorditer dignaremur. Nos igitur, qui salutem querimus singulorum, ipsius Ladislai

in hac parte providere volentes statui et honori, gerentes quoque de tue circumspectionis industria in hiis et aliis fiduciam in domino pleniorem, eiusdem Ladislai supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scrtpta committimus et mandamus, quatenus eundem Ladislaum a dictis excommunicationum sententiis auctoritate nostra in forma ecclesie consueta absolvas, iniuncta sibi pro modo culpe penitentia salutari; super irregularitate vero, si quam ex premissis contraxit ac sic susceptorum ordinum ante sue munus consecrationis executibne, et super prefati muneris susceptione, ac prefate ecclesie licita retentione, alio tamen sibi non obstante canonico, eadem auctoritate dispenses misericorditer cum eodem, quacumque constitutione in contrarium edtta non obstante. Datum Avinione, XVI. kalendas maii, anno undecimo.

Theiner Mon. Hung. I. no. 792, str. 513.—514. Iz reg. orig. an. XI. com. ep. 1430.

279.

1327, 16. aprila. U Avignonu.

Ivan XXII. papa nalaie nadbiskupima spljelskomu i zadarskomu, da ispitaju ftrava Dommikanaca i Franjevaca radi prava na inkviziciju.

Johannes episcopus seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus Jadrensi et Spalatensi archiepiscopis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod in provinciis Dalmatiae, Sclavoniae et Bossniae dilecti filii fratres ordinis Minorum inquisitionis officium contra haereticam pravitatem ad se duntaxat asserunt ex concessiorie sedis apostolicae pertinere; quodque dilectis filiis fratribus ordinis Praedicatorum ex adverso dicentibus non ad dictos fratres Minores, sed ad fratres dicti ordinis Praedicatorum in dictis provinciis spectare officium per . . . fratres Praedicatorum et Minorum ordinum occasionem praedicta semper, hoc est inquisitionis . . . . istae in dictis provinciis valet Quapropter fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum per vos, vel per alium, seu alios, praefatos Praedicatorum et Minorum ordints . . . . fratres in locis dictarum provinciarum . . . . ex parte vestra peremptorie citare curetis, ut infra festum beati Michaelis de mense septembri proxime futurum, ostensuri omnia priuilegia, quae super hoc habent per se, vel procuratores eorum ad hoc sufficienter instructos et

legitime ordinatos, comparere studeant coram vobis, ut per ea plena informatione habita de praemissis, ad quos in eisdem provinciis praefatum inquisitionis officium pertineat, iusto sedis apostolicae iudicio terminetur. Diem vero citationis, et finem, et quidquid super his feceritis, nobis per vestras litteras vel instrumenmm publicum harum seriem continentia intimare curetis. Datum Avenione, 17. kalendas aprilis

Fariati Illyr. sacr. IV. 57.—58.

280.

1327, 8. maja. U Bribiru.

Grgur sin Miroslava Bribirskoga daruje samostanu sv. Alarije u Bribiru dva jutra zemlje, da nasade vinograd.

In nomine dei eterni amen. Quum ea que ieruntur(i) in tempore simul cum tempore dilabuntur, propter quod oportet acciones humanas litterarum testimonio perherennari. Inc(!) est, quod ego quidem dominus Gregorius filius olim domini Miroslaui de Breberio notum facio uniuersis presentes litteras inspecturis, quod do et trado duo iugera de quadam terra mea propria ad plantandum uineam super eam fratribus ac fraternitati sancte Marie de Breberio et eorum sequentibus futuris fratribus ad quartam partem, quam quartam partem prefati fratres ac fraternitas mihi prefato domino Gregorio et meis heredibus ac proheredibus singulis annis dare de ipsa vinea teneantur; que terra sita est sub Breberio prope flumen sub petris circa terram Johannis filii domini Georgii Jursig, ex borea et ex alia utraque parte est vinea prefati domini Gregorii; quam terram prefati fratres ac fraternitas et eorum futuri sequentes fratres eam libere possideant perpetuo nemine contradicente; hoc adiecto, quod si ipsi prefati fratres uel eorum futuri sequentes aliqua necessitate conpulsi ipsam uineam uendere uellent, nulli alteri debeant, nisi prius a me uel ab heredibus meis requirant utrum ipsam emere uelimus; et si nobis tunc ipsam uineam placuerit ad emendum, secundum estimacionem bonorum hominum quantum ualeret mihi uel heredibus meis pro eadem pecunia uendere teneantur; si uer[o] nobis non placuerit ad emendum, tunc ipsam uendant cuicumque uoluerint uel poterint, salua tamen et reseruata semper nobis quarta parte prout superius est expressum; si uero ipsa predicta terra laborata non fuerit et sine trunccis uitum remanserit, tunc ipsa absolute et immediate ad me predictum dominum Gregorium et heredes ac proheredes meos

reuertatur. Actum est hoc in Breberio coram liis uocatis et roo-atis testibus: Nicolao archipresbitero Brebiriensi, magistro Lucachio Rarcone Dumonig et aliis, et ad magorem(!) firmitatem et securitatem perpetuam presentes litteras sigillo meo dependenti duxi roborandas sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, mense may die octauo intrante.

Original u arhivu jugoslavenske akademije u Zagi-ebn. Diplomala a. 1327.

Na hstim vise svilene vivce crvene i Ijubičaste boje, pečat je ntpao.

281.

1327, 15. maja. U Avignonu.

Pafta Ivan XXII. nalaže iupniku sv. Petra u Zadnt, da se pobrine, kako bi se sva imanja oduzeta nepoštenim načinom samostanu sv. Krševana istomu vratila.

Johannes episcopus servus servorum dei, dilecto filio . . . plebano ecclesie sancti Petri veteris Jadrensis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audienciam nostram peruenit, quod tam dilecti filii . abbas et conuentus monasterii sancti Grisogoni Jadrensis ordinis sancti Benedicti quam predecessores eorum decimas, redditus, terras, vineas possessiones, domos, casalia, prata, pascua, grangias, nemora, molendina, iura, iurisdicciones et quedam ,alia bona ipsius monasterii datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renunciacionibus et penis adiectis in grauem ipsius monasterii lesionem, nonnullis clericis et Jaicis aliquibus eorum ad uitam, quibusdam uero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam uel sub censu annuo concesserunt; quorum aliqui in forma communi dicuntur super hoc confirmacionis litteras a sede apostolica impetrasse. Quia uero nostra interest super hoc de oportuno remedio prouidere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea que. de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicite uel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, iuramentis, renunciacionibus, penis et confirmacionibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem monasterii Iegitime reuocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; testes autem qui fuerint

*

nominati, si se gracia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinioni, idus maii, pontificatus nostri anno vndecimo.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana : Kaps. XV. no. 277.
Na listini vidi se trag gdje je o vroci visio pečat.
Na pravoj strani na zavoju savremeno: »N. d. Fraccis«.

282.

1327, 15. maja. U Avignonu.

Papa Ivan XXII. nalaie primiceriju crkve zadarske, da prisili grožnjom Krševana de Soppe, da bi vratio oteta dobra samostanu sv. Krševana.

Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio . . . primicerio ecclesie Jadrensis salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis . . . abbas et conventus monasterii sancti Grisogoni Jadrensis ordinis sancti Benedicti, quod Grisogonus Andree de Soppe ciuis Jadrensis quasdam insulam, terras et possessiones in diocesi Jadrensi consistentes et ad dictum monasterium pertinentes titulo pignoris detinet obligatas, licet ipse ex eis peceret(!) ultra sortem. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus si est ita, dictum Grisogonum, ut sua sorte contentus pignora ipsa et quicquid ultra sortem percepit ex eis abbati et conuentui restituat memoratis per penam in Lateranensi concilio contra usurarios editam appellatione remota compellas; testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione, idus maii, pontificatus nostri anno vndecimo.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XV. no. 293.
Na listini nalazi se končana uzica; pečat je otpao.
Na prvoj stram na zavoju istom mkom: »Cor P. Reat.«
Na hrptu: »Romanus de Setia«.

283.

1327, 26. maja. U Višegradu..

Karlo Roberto kralj' ugarski i hrvatski piše banoštorskomit kaptolu neka obadj'e posj'ed Nij'ek.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie de Kw salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter damus in mandatis quatenus detis testimonium vestrum fidedignum, coram quo Johannes dictus Feuldura vel Nicolaus filius Ladizlai altero aboente homo npster perambulet et regambulet(!) possessionem Nyek vocatam in comitatu Syrimiensi existentes presentibus commetaneis et vicinis iuxta veteres metas et antiquas et statuat magnifico viro Thome woyuode Transilvano et comiti de Zonuk, si non fuerit contradictum; contradictores si qui fuerint, idem homo noster contra prefatum Thomam woyuodam ad nostram citet presenciam ad terminum competentem; post hec vero diem citacionis, terminum assignatum cum cursibus metarum et tocius facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria tercia proxima ante festum pentecostes, anno domini M°CCC°XX° septimo.

Iz izvješća kaptola sriiemskoga od 19. augusta 1327. potvrdjenoir po. kralju Karlu 28. novembra 1327. pa opet novim pečatom 2. novembra 1335. Izvomik ove potonje potvrde u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 2431. — Stara signatura N. R. A. fasc. 318. no. 8.
Nag)> Cod. dipl. Andeg. II 286.

284.

1327, 3. juna. U Gori.

Magister Ivanovaca Filip de Gragnana, daje sinovima Stj'epana bana za očeve zasluge redu učmjene posj'ede Jamnicu i Kupčinu.

Noverint universi presentes nostras literas priuilegiales inspecturi et etiam audituri, quod nos frater Philippus de Gragnania sancte domus hospitalis sacti Johannis Jerosolimitani prioratuum alme urbis et Ungarie prior humilis attendentes grata et accepta servitia, que nobiles et magnifici viri dominus magister Georgius, dominus magister Dionysius et dominus magister Paulus filii pie memorie domini Stephanl bani nobis et ordini nostro [hjactenus exhibuerunt et se in futurum exhibere promittunt, et ut ad ea exhibenda inposterum fortius animentur, volentes

eis gratiam facere specialem, quasdam possessiones nostras Kopiscino et Yaminiza vocatas, in preceptorio domus nostre de Chichano sitas, prefatis dominis magistro Georgio, magistro Dionysio et magistro Paulo et eorum filiis ex ipsis legitime descendentibus ac filiis filiorum suorum locavimus et concessimus tenendas, habendas, usufruct[u]andas et possidendas iure perpetuo cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, utilitatibus, proventibus, redditibus, pertinentiis, a[d]iacentiis, silvis et pratis ad dictas possešsiones de iure spectantibus et pertinentibus, ita tamen, [quod] predescripti domini magister Georgius, magister Donysius et magister Paulus eorumque filii ac filii filiorum suorum preceptori nostro, qui pro tempore fuerit in domo nostra de Chichano, signulis annis in festo sancti Martini quatuor marchas denariorum Zagrabiensium et tres descensus nobis aut successoribus nostris annuatim dare et solvere teneantur, reservatis nobis vel predicto preceptori quatuor iudiciis, videlicet sanguinis effusione, violentia, incendio et furto, quorum iudiciorum due partes piedescripto preceptori provenire debeant et tertia pars sepefatis dominis et eorum filiis similiter provenire debeat. Predictam vero locationem et concessionem valere volumus et tenere, quamdiu sepefati domini magister Georgius, magister Dionysius et magister Paulus eorumque filii ut supra fideles extiterint nobis et sancte domui prefate et dictas marchas in dicto termino ac descensus dederint et solverint annuatim. In cuius rei testimonium et certitudinem pleniorem presentes nostras patentes literas fieri iussimus ac sigilli prioratus Ungarie appensione muniri et roborari. Datum in domo nostra de Gora, anno domini M. CCC. XXVII., die III. iunii.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. coni. de Blagaj/ 99.—160.

285.

1327, 4. juna. U Zelini.

Pred skupštinom županije moravačke i glavničke priznaje se vlasnost posjeda Ugrmu Farkaševu.

Nos Symon filius Demetri comes terrestris de Maroucha et de Glawnicha ac vniuersi nobiles de eadem memorie commendantes significamus quibus expedit tenore presencium vniuers[is, quod] cum excellentissimus princeps dominus Karolus dei gracia rex Hungarie et terras hominum [sine] herede decedencium in Maroucha magistro Nicolao filio

Petri pro suis fidelibus seruiciis perpetuo contulisset, idem magister Nicolaus filius Petri dicebat possessionem Vgrini filii Farkasii hereditariam non esse, dicebat e[sse cast]rensium in presencia hominis Mychk bani tocius Sclauonie dicti Bank ac coram discretis duabus personis, videlicet Simentori [!], ecclesie Zagrabiensis . . . nobili viro Choretio (!) . . . eiusdem et vniuersi nobiles existentes in Marowcha et Glawnicha surexerunt personaliter jacobus filius Venchezlay Adam Slius Jacobi, Nicolaus dictus Cordus, Johanfnes filiu]s Mundek, Thomas filius Gregorii, Mychael filius Paulis, Irethlen filius Bogdozlay, Endre filius Mykow, Iwan filius Symonis, Petrus de Kalin, Johannes filius W [cum] tota generacione et in hac parte nos scimus esse predecessoribus suis hereditariam et suam; qui magister [Nicolaus filius] Petri dixit et confessus est esse predictam possessionem Vgrini filii Farkasii, dictam Thoplicham pacifice et quiete habere et possidere, eidem Vgrino nullo penitus vltra contradictore in presencia supradictorum proborum virorum hominis bani et capituli. Nos igitur terrestris comes vnacum vniuersis nobilibus visus (!) iusticie ipsius Vgrini dedimus, contulimus litteras nostras sub sigillo comitis terrestris perpetuo et suis heredibus irreuocabiliter preter particulam Paulin filii Paulis iobagionis castri, quod si aliquis predictum Vgrinum vel suos successores molestare intenderet, duodecim marcas subpatebit et calumpnia remanebit. Cuius terre meta incipit ab oriente fluuius dictus Zybin, deinde progreditur venit ad fluuium Chernech, inde progreditur peruenit ad aquam Loyna, inde tendit [et] peruenit ad arborem kelen cruce signatam, inde venit ad vnam viam ibi est meta terrea et ibidem uicinatur terra Petri, inde peruenit ad arborem egerfa et ibi vicinatur terra Herenkonis et ibi est vna vallis et per eandem vallem tendit supra ad montem versus occidentem, ibi est gyofa cruce signata, et ibi idem prope arbor dicta kurtilfa cruce signata, et inde peruenit ad arborem harazth iuxta magnam viam et ibi vicinatur terra domini episcopi Zagrabiensis et per eandem viam tendit versus ecclesiam sancti Johannis Baptiste [et] venit ad magnam arborem harazth vocata[m] cruce signata[m], inde descendit ad vallem dictam Parwam Globochycham et ibi est arbor ffirfa(!) vocata, inde peruenit ad fluuium Thopliche et per eundem fluuium versus septemtrionem peruenit ad domum Gregorii et ibi est vna vallis et per eandem venit ad arborem harazth cruce signatam, inde intrat ad vnam vallem dictam Prethoka, inde ascendit ad vn[um m]ontem ad duas arbores harazth signatas et ibi vicinatur terre nobilium de villa dicta Chereth, et inde progreditur directe ad siluam et peruenit ad primam metam. Datum

in Zelna foro, quinta feria proxima post octauas ascensionis domini, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo.

Iz originalnog prijepisa bana Hermana Ce/Jskoga od 11. jnla 1428. Original istoga u arkivtt jugoslavenske akademije ti Zagrebn: Diplomata a. 1321.

286.

1327, 12. juna. U Zadru.

Mavro de Sagalisa u ime svoje djece i Sergije de Cesamo u ime s-voje i svojih nasljedmka poriču svaku izmj'eničnu tražbinu.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indictione decima, die duodecimo mensis iunii, Jadre. Tempore domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi fratris domini Johannis de Buthouano dei gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delphini egregii comitis. Cunctis hoc publicum instrumentum pateat euidenter, quod Maurus de Sagatisa tutorio nomine Vulanne, Bunnice, Lipice et Franice impuberum filiorum suorum, nepotum olim Marci de Cantono prout de ipsa tutoria constat publico sentencie instrumento manu mei infrascripti notarii confecto anno incarnacionis Christi milessimo trecentesimo vigesimo sexto, indictione nona, die quinto decimo mensis septembris, Jadre etc. prout in ipso continetur, et Francisca vxor Stephani de Sopp[olo](l) et Nicolotta vxor Petri de Speranscis dictis viris suis presentibus, uolentibus et ad infrascripta omnia et singula eiusdem consentientibus hereditario nomine supradicti Marci ex parte vna, et Sergius de Cesamo suo ac hereditario nomine Mathei et (Jodne eius olim parentum atque Matheus Johannes et Jacobus fratres eiusdem Sergii filii, ipso Sergio volente et ad infrascripta omnia et singula eis consentiente ex altera, per se suosque heredes et successores fecerunt sibi alterutrum et vicissim pro se suisque heredibus et successoribus stipulantibus finem, refutacionem, remissionem, transactionem et pactum de ulterius non petendo generaliter de omni iure et actione reali et personali et de omnibus et singulis, ad que singule dictarum partium seu ex dictis partibus singuli sibi alteruter, videlicet vna alteri et conuersim nominibus quibus supra usque in presentem diem hactenus tenebantur seu teneri poterant nomine et occasione alicuius quantitatis pecunie aut alicu us debiti siue rei vel causa alicuius promissionis uel obligationis facte ab aliquo predictorum ali-

quibus seu alicui ex predictis aut occasione cuiuscumque instrumenti uel scripture, quaternorum et cedularum proprie manus uel non proprie siue alio quocumque modo, ratione uel causa et hoc per compensationis opem et insuper quia dicti Maurus, Francisca et Nicolotta nominibus quibus supra contenti et contexi (!) fuerunt se a supradicto Sergio habuisse et recepisse libras decem octo et soldos decem octo et dimidium denariorum venetorum grossorum, et quia utraque pars contenta et confexa fuit sibi integre ab alterutra solutam ac etiam satisfactam esse de omni debito et re et de omnibus et singulis, ad que vna pars alteri et conuersim supradictis nominibus hactenus tenebatur ex aliquo instrumento uel cuiuscumque generis scriptura siue alio quocumque modo, ratione uel causa, volentes et mandantes partes predicte vnanimiter et concorditer omnia instrumenta et omnes cuiuscumque generis scripturas, in quibus siue per quas appareret aliqua ex dictis partibus seu aliquis dictarum partium nominibus quibus sibi siue altero eorundem fuisse hactenus obligatam occasione aliqua ex nunc vana, cassa, cancellata et irrita et nullius momenti, efficacie uel ualoris se generaliter vicissim et alterutrum liberantes et penitus absoluentes, suosque heredes et successores et bona promictendo singule ex dictis partibus per se suosque heredes et successores sibi alterutra, scilicet vna alteri et conuersim, pro se suisque heredibus et successoribus stipulantibus litem uel controuersias aut questionem vna alteri et conuersim uel suis heredibus predictorum occassione seu alicuius ex predictis ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, set(!) predicta omnia et singula grata et rata habere perpetuo et eis nullatenus contraire de iure uel de facto sub pena quarti petite rei uel ob quam questio moueretur stipulacionis in singulis huius contractus capitulis in solidum promissa totiens commictenda(!) et inquietate parti applicanda quotiens in predictis uel eorum aliquo fuerit contrafactum; qua soluta uel non, hoc instrumentum et omnia in ipso contenta irreuocabilem obtineant firmitatem Ad hec quia supradicti Johannes et Jacobus minoris temporis sunt viginti annorum maioris uero quindecim Matheus supradictus eorum frater eorundem Johannis et Jacobi precibus et mandatis dicto Sergio eorum patre uolente ac eisdem filiis suis in hoc consentiente se pro eisdem Johanne et Jacobo eius fratribus fideiussores constituens principaliter et in solidum sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando promisit Mauro, Francisce et Nicolotte predictis nominibus quibus supra stipulantibus se facturum et curaturum omni exceptione remota, quod dicti Johannes et Jacobus rata et grata habebunt omnia et singula suprascripta ab eis promissa, et non contrafacient in predictis uel eorum aliquo aliqua ratione uel causa de iure uel de facto, ipsosque Maurum, Franciscam et

Nicolottam nominibus quibus supra, eorumque heredes et successores et bona a predictis Johanne et Jacobo indempnes penitus conseruare sub eadem pena, et hoc semper instrumento in sua firmitate durante, pro quibus omnibus et singulis voluerunt predicti fore obligata bona omnia partium predictarum. Actum est hoc et firmatum presentibus Simone Contarfeno] et Crescio de Vitaca testibus et aliis; de quo facta sunt eiusdem tenoris penitus duo publica instrumenta pro singulis partibus singulum.

(Drugi rukopis).

Ego Gallus Cerni de Cando iudex exsaminator(f) manum posui.

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella Jadrensis et nunc auctoritate notaria scripsi et publicaui et meo signo signaui.

(Signum not.J.

Original 11 arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diptomata a. 1327.

287.

1327, 24. juna. Na Visokom Kamenu.

Mikić ban nalaže, da desehnu točno plaćaju biskupu zagrebačkomu.

Mykch tocius Sclavonie banus fideli suo magistro Stephano, comiti Crisiensi salutem et dileccionem sinceram. Cum dominus noster rex tam verbaliter quam literatorie cum hominibus suis nostros homines pro exigendis decimis in specie in dyoecesi episcopatus ecclesie Zagrabiensis venerabili in Cristo patri et domino, domino Ladislao dei et apostolica gracia dicte ecclesie Zagrabiensis episcopo, compatri nostro karissimo, provenientibus, unacum procuratoribus eiusdem domini episcopi ad hoc deputandis, tociens, quotiens expediens fuerit destinare, ipsasque decimas a quibusvis status, condicionis, dignitatis et preeminencie hominibus in dicta dyoecesi episcopatus memorati constitutis, non obstante ipsorum prava et abusiva habita consvetudine, in specie per dictos homines suos et nostros, sua regia auctoritate recipi facere integre et plene exigi a dicto domino episcopo et suis procuratoribus absque diminuacione aliquali assignari firmiter dederit in preceptis; fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus detis homines vestros tociens, quociens expedire videbitur ad homines regie maiestatis, in quorum presencia ipse decime in dicta dyoecesi episcopatus Zagrabiensis existentes in specie et eciam mediante auxilio, si opus fuerit, per procuratores predicti domini Ladislai episcopi, compatris nostri karissimi, eidem domino episcopo in horis et terminis, quibus alias in dyoecesi archiepiscoporum et episcoporum regni Vngarie consveter dicentur et a quolibet in specie recipiantur ac plene et integre absque aliqua diminucione exigantur. Aliud si nostra dilectio vobis placet facere non ausuri. Datum in Alto lapide, in festo beati Johannis baptiste, anno domini M trecentesimo XX septimo.

Liber privilegiorum eppatus Zagr. fol. 20.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 121.

288.

1327, 26. juna. U Čazmi.

Kaptot čazmanski nalaže Benku svećeniku crkve sv. Martma pod gradom Brsljanicom, da s Germanom sinom Dioniza podjc, da iztraži štete nanesene samostanu garićkom.

Capitulum Chasmensis ecclesie dilecto sibi in Christo Benedicto sacerdoti ecclesie beati Martini de Bursanouch salutem cum dileccione. Requirimus a te diligenter, quatenus personaliter vadas cum Germano filio Dionisii homine magistri Pauli filii Myhalch comitis de Gresenche pro testimonio ad videnda, scienda et inquirenda de dampnis, nocumentis, deuastacionibus ceterisque iniuriis per quospiam ecclesie beate virginis fratrum heremitarum de monte Garig, sicut fertur datis, commissis et illatis, nec non de alienacione possessionis eorundem omnimodam ueritatem et post hec, prout tibi ueritas constiterit, diligenter inquirendo de premissis, nobis referas ad nos personaliter accedendo. Datum in festo beatorum Johannis et Pauli, anno domini M°CCC°XX° septimo.

Na hrptu: »Benedicto sacerdoti ecclesie beati Martini de sub castro Bursanouch pro heremitis inquisitoria«.

Original na papiru u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.170. — Stara signatura: Actor monast. de Garigh. fasc. 1. no. 10. Na hrptu vidi se trag pečatu, kojim bijaše ovo pismo zatvoreno.

289.

1327, 1. jula. U Avignonu.

Ivan XXII. papa zabranjuje Dominikancima inkviziciju, koju je povjeriq redu franjevačkom.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis . . . priori, provinciali ac universis fratribus ordinis Predicatorum in regno Ungarie et provincia Sclavonie constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Ouerelam dilecti filii Fabiani ordinis fratrum Minorum, inquisitoris heretice pravitatis in provincia Sclavonie et principatu Bosnensi auctoritate apostolica specialiter deputati, recepimus continentem, quod licet felicis recordationis Nicolaus papa IV. per suas litteras speciales fratribus dicti ordinis Minorum in dicto principatu Bosnensi officium inquisitionis pravitatis predicte duxerit committendum, prout in dictis litteris plenius continetur, ac deinde pie memorie Bonifacius papa VIII. predecessores nostri dilecto filio . . . ministro provinciali dicti ordinis fratrum Minorum in administratione provincie Sclavonie commiserit, et precipiendo mandaverit per suas litteras speciales, ut de consilio aliquorum fratrum dicti ordinis eligeret duos de fratribus sepedicti ordinis Minorum sue administrationis ydoneos ad huiusmodi officium exequendum, qui in partibus Servie, Rasie, Dalmatie, Crovatie, Bosne atque Istrie, et in archiepiscopatibus Duracensi, Antibarensi, Ragusino, Spalatensi et fadrensi, et diocesibus suis dicte provincie Sclavonie inquisitionis officium super labe predicta debeant exercere, et a longis temporibus citra fratres dicti ordinis Minorum eiusdem provincie Sclavonie exercuerunt huiusmodi inquisitionis officium in parlibus memoratis, iuxta formam eis ab. apostolica sede concessam, nullusque alicuius alterius religionis in eisdem partibus huiusmodi inquisitionis officium hactenus consueverit exercere: tamen dilectus filius Mathias de Zagabria ordinis fratrum Predicatorum. nulla de predictis litteris seu privilegiis huiusmodi super inquisitionis officio dictis fratribus ordinis Minorum a sede prefata concessis habita mentione, per suppressionem veritatis huiusmodi quasdam litteras ad te, fili prior, a nobis impetravit, per quas tibi duximus committendum, quod aliquos de fratribus dicti ordinis Predicatorum eligas, qui in regno Ungarie inquisitionis officium predicte pravitatis exerceant et valeant exercere, crucemque contra omnes Transilvanos, Bosnenses et Sclavonicos, qui heretici fuerint, in predicto regno Ungarie predicent et valeant predicare, ac insuper per alias nostras litteras carissimo in Christo filio nostro Carolo Ungarie

regi illustri, ac venerabilibus fratribus nostris . . . Strigoniensi et . . . Colocensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis et aliis prelatis in regno Ungarie constitutis, necnon . . . comiti Salomoni de Brasso et nonnullis aliis nobilibus Ungarie et Sclavonie dedimus in mandatis, quod eisdem inquisitoribus ordinis fratrum Predicatorum in hiis auxilium, consilium et favorem impendant. Cum itaque nostre intentionis non fuerit, nec existat, inquisitionis officium labis predicte, per sedem eandem dudum concessum eisdem fratribus ordinis Minorum, in partibus supradictis dictis fratribus ordinis Predicatorum committere, vel per litteras nostras predictis inquisitoribus dicti ordinis Minorum super dicto officio in prefatis provinciis seu partibus in aliquo derogare, ne dictarum litterarum nostrarum pretextu dictum officium, quod absit, valeat impediri, tibi ac universis et singulis fratribus ordinis vestri predicte inquisitionis officium in dictis provinciis seu partibus, que in dictis privilegiis seu litteris apostolicis dictis fratribus Minoribus concessis specialiter exprimuntur, interdicimus exercendum, vobis auctoritate presentium districtius inhibentes, ne de predicto officio in provinciis et partibus supradictis in dictis privilegiis seu litteris dictorum fratrum Minorum expressis vos intromittere presumatis, quinimo quo ad provincias et partes predictas prefatas litteras nostras super dicto officio tibi, prefate prior, vel aliis quibuscumque directas revocamus, cassamus et irritamus et nullius existere decernimus firmitatis. Datum Avinione, kalendis iulii, anno undecimo.

Theiner Mon. Hung. I. no. 794. p. 514.—515. Iz reg. an. XI. de Cui. ep. 31.

Wadding Annal. Minor. III. 336.—337. —Farlati Illyr. sacr. IV. 58. Katona Ilist. crit. VIII 582.—584. — Fermendžin Acta Bosnae str. 22. — Eubel Bullariuui Franciscanum T. V. 326. no. 668.

290.

1327, 1. jula. U Avignonu.

Ivan XXII. papa preporuča kralju Karlu Robertu, neka podupire Franjevce u inkviziciji protiv heretika.

Johannes episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. In illis, fili carissime, que exaltationem catholice fidei et exterminationem heretice pravitatis respiciunt, celsitudinem tuam eo libentius salubriusque

requirimus, quo experientia certa didicimus, quod tu, velut gloriosus athleta domini intrepidusque pugil ecclesie ac orthodoxe religionis zelator assiduus, ad exterminandum labem pravitatis eiusdem de regni tui finibus, et conterendum inimicos crucis et fidei vota tua semper feliciter direxisti. Sane querelam dilecti filii Fabiani ordinis fratrum Minorum. inquisitoris heretice pravitatis in provincia Sclavonie et principatu Bosnensi auctoritate apostolica specialiter deputati, recipimus continentem, quod licet felicis recordationis Nicolaus papa quartus persuas litteras speciales fratribus dicti ordinis Minorum in dicto principatu Bosnensi officium inquisitionis pravitatis predicte duxerit committendum, prout in dictis litteris plenius continetur, ac deinde pie memorie Bonifacius papa octavus, predecessores nostri, dilecto filio . . . ministro provinciali dicti ordinis fratrum Minorum in administratione provincie Sclavonie commiserit, et precipiendo mandaverit per suas litteras speciales, ut de consilio aliquorum fratrum dicti ordinis eligeret duos de fratribus sepedicti ordinis sue administrationis idoneos ad huiusmodi officium exequendum, qui in partibus Servie, Rasie, Dalmatie, Crovatie, Bosne atque Istrie et in archiepiscopatibus Duracensi, Antibarensi, Ragusino, Spalatensi et Iadrensi et diocesibus suis dicte provincie Sclavonie inquisitionis officium super labe predicta exercere deberent, et a longis temporibus citra fratres dicti ordinis Minorum eiusdem provincie Sclavonie exercuerint huiusmodi inquisitionis officium in partibus memoratis iuxta formam eis ab apostolica sede concessam, nullusque alicuius alterius religionis in eisdem partibus huiusmodi inquisitionis officium hactenus consueverit exercere: tamen dilectus filius Mathias de Zagrabia ordinis fratrum Predicatorum, nulla de predictis litteris seu privilegiis super huiusmodi inquisitionis officio dictis fratribus ordmis Minorum a sede prefata concessis habita mentione, per suppressionem veritatis huiusmodi quasdam litteras ad dilectum filium . . . priorem provincialem ordinis Predicatorum in regno Ungarie et provincia Sclavonie constitutum a nobis impetravit, per quas sibi duximus committendum, quod aliquos de fratribus clicti ordinis Predicatorum eligeret, qui in dicto regno Ungarie inquisitionis officium predicte pravitatis exercerent et exercere valerent, crucemque contra omnes Transilvanos, Bosnenses et Sclavonicos, qui heretici forent, in predicto regno Ungarie predicarent, et predicare valerent, ac insuper per alias nostras litteras tibi ac venerabilibus fratribus nostris . . . Strigoniensi et . . . Colocensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, et aliis ecclesiarum prelatis in dicto regno Ungarie constitutis, nec non comiti Salomoni de Brasso et nonnullis aliis nobilibus Ungarie et Sclavonie dedimus in mandatis, quod eisdem inquisitoribus ordinis fratrum Predicatorum in hiis auxilium,

consilium et favorem impenderent. Cum itaque nostre intentionis non esset, nec existeret, inquisitionis officium labis predicte per sedem eandem dudum concessum eisdem fratribus ordinis Minorum in partibus supradictis dictis fratribus ordinis Predicatomm committere, vel pcr litteras nostras predictis inquisitoribus dicti ordinis Minorum super dicto officio in prefatis provinciis seu partibus in aliquo derogare, ne dictarum litterarum nostrarum pretextu dictum officium, quod absit, impediri valeret, predicto priori et universis et singulis fratribus ordinis Predicatorum predicte inquisitionis officium in dictis provinciis seu partibus, que in predictis privilegiis seu litteris apostolicis dictis fratribus Minoriqus concessis specialiter exprimuntur, interdiximus eis auctoritate litterarum nostrarum districtius inhibentes, ne de predicto officio in provinciis et partibus supradictis in dictis privilegiis seu litteris dictorum fratrum Minorum expressis se intromittere presumant, quinimo quo ad provincias et partes predictas prefatas litteras nostras super dicto officio sibi, prefato priori, vel aliis quibuscumque directas revocavimus, cassavimus et irritavimus, ac nullius existere decrevimus firmitatis. Ouocirca serenitatem regiam rogamus, monemus et hortamur in domino, in remissionem peccaminum tibi nihilominus iniungentes, quatenus non obstantibus predictis litteris, quas prefatus Mathias ad celsitudinem regiam et alios prenominatos super premissis, ut predicitur, impetravit, dictum Fabianum in eiusdem inquisitionis officio in regno tuo et aliis provinciis, que in privilegiis apostolicis fratribus dicti ordinis Minorum concessis specialiter exprimuntur, pro divina et apostolice sedis reverentia atque nostra manuteneas et defendas, ei et aliis fratribus dicti ordinis Minorum ad dictum officium deputatis, vel imposterum deputandis, in hiis et aliis consilium et auxilium et favorem taliter impendendo, quod ipsi predictum officium tute exequi valeant, labemque predictam de dictis regno et provinciis profugare, tuque proinde a divina clementia premium eterne retributionis, et a nobis gratiarum consequi valeas uberiores actiones. Datum Avinione, kalendas iulii, pontificatus nostri anno undecimo.

Theiner Mon. Hung. I. no. 795. p. 315.—316. — Iz reg. orig. an. XI. de Cur. ep. 32. Islo tako piše nadbiskupima ostrogonskom i koločkom. str. 516.—517.

Wadding Annales Tom III. 337.—338.

Fermendžin Acia Bosnae p. 22.

Eubel Bidlarium Franciscanum Jom. V. 326 no. 669.

291.

1327, 13. jula.

Karlo kralj ugarski i hrvaiski nalaže podanicima crkve zagrebaćke preko Save, da plaćaju istoj crkvi desetinu.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis vniuersis nobilibus et cuiuscumque status, libertatis, dignitatis et condicionis ac ydiomatis hominibas in dyocesi episcopatus ecclesie Zagrabiensis ultra Zauam constitutis quocumque nomine censeantur ad quorum noticiam presencium continencia perueniet salutem et graciam. Licet cuncta fidelis familia crucifixi iuxta canonum statuta paternorum et sanctiones salutiferas etc. *(Slijedi dalje kao u slijedecoj listini jednakog datuma upravljenoj na grad Zagreb).*

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. iist. 17.
Kodeks u arkivu nadbiskupije zagrebačke I. B. IX. 167.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 3. 218.—220.

292.

1327, 13. jula.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski prijeti Zagrepčanima, sto u redu ne plaćaju biskupu desetinu.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis iudici, iuratis, civibus et universis hominibus cuiusvis status seu condicionis hominibus in civitate Grecensi constitutis salutem et graciam. Licet cuncta fidelis crucifixi familia iuxta canonum statuta paternorum et sancciones salutiferas in omni tocius mundi parte ubi religio christiana profitetur non varia sed equali sorte decimas omnium rerum suarum in specie, more Abel iusti, sanctis dei ecclesiis sanguine Christi dedicatis, dare debeat et solvere teneatur. Cum enim ipsas creator universorum deus decimas in signum universalis dominii pro tribubus animarum egencium sibi reservaverit et eius nomine ministris ecclesiarum offeri voluerit. Vos tamen sicut relatibus certis cognovimus contra hec quadam abusiva consuetudine, que non consvetudo, ymo pocius corruptela et salutis vestre dispendium dici potest, non de omnibus rebus vestris decimalibus, sed de

quibusdam eciam non in specie, nec datis aliquibus denariis in expedicionem vestram dampnabilem solveritis, censuram ecclesiasticam, si quam propter huiusmodi vestram negligenciam ministri Christi, volentes animas vestras domino lucrari, super vos imponerent, parvipendentes et penitus sicut filii contumacie et inobediencie ac sathane alumpni pro nullo reputantes, non advertentes, quod decimas et primicias omnium rerum a deo attributarum ipsi creatori nostro pro suo speciali dominio reservatas offerre, suisque vicariis et ministris nostrarumve animarum sacro baptismate renovatarum custodibus et tutoribus specialibus negligentes in specie ministrare, et ipsorum vicariorum Christi monicionibus salutiferis et doctrinis, necnon ecclesiasticis correctionibus, cordibus induratis et animis obstinatis tamquam eterne [poene] mancipi parere reluctantes, in sinum Jhesu Christi redemptoris nostri minimine valeant agregari et in consorcium fidelium nunquam collocari. Et cum nos, quem rex regum in solio huius regni per ineffabilem eius clemenciam feliciter constituit erga sanctam matrem ecclesiam, cuius precum suffragio omne quod habemus venisse nobis reputamus, cura sollicita invigilare debeamus velut decet patronum ecclesiarum regni Vngarie specialem. Dignum una cum prelatis ecclesiarum et aliis regni nostri baronibus fore decrevimus, ut si vos timor dei ab huiusmodi erratica consvetudine ad solvendas iustas decimas non revocat, nos auctoritate regia revocemus, ne contigat nostre et vestris animabus detrimentum exinde generari. Quapropter fidelitati vestre precipimus regio edicto per presentes firmiter et districte, quatenus presentibus Beke tavarnico, homine nostro fideli, de „latere ad hoc nostro transmisso, ac homine magni.fici viri Mikch, tocius .Sclayonie bani, fidelis et familiaris npstri ad hoc deputando,: venerabili in Christo patri domino Ladizlao dei et apostolice sedis gracia episcopo Zagrabiensi, dyocesano vestro riobis dilecto et fideli eiusque procuratoribus et nomine suo ecclesie ipsius procuratoribus in omnibus rebus vestris et iobagionum vestrorum decimalibus in specie, ita ut in frugibus, in orreis, in vino autem vestns in cellariis in aliis in hbris et terminis quibus alias in regno nostro exiguntmv iustas decimas vestras et vestrorum prout in aliorum archiepiscoporum et . episcoporum regni Vngarie dyoeeesium dari decime consveverunt absque omni difficultate detis efc. dari plene absque ulla diminucione faciatis, sicut nostram indignaCione.m,'. que culpam quamque puniet excedentis, graviter incurrere formidatis, aliud facere in nullum eventum presumpmentes. Tibi vero Mykch -bano firmissime precipimus, ut 7ad < dictum- hominem nostrum et ;alios. ."nostros homines quocumque nomine.ypccntur hommes..tuos:.t0t, jjjuot ad.exequenda premissa sufficere" y.idebuntur. dare.deb.eas,' qui dictas decimas per hqrnines.; p.rescriptos .prelibato .domino Ladizlao episcopo'fit nprrjine

suo procuratoribus suis ac ipsius ecclesie procuratoribus de omnibus rebus a" deo collatis in specie secundum consvetudinem aliarum ecclesiarum in regno Vngarie existencium, non obstante eorum prescripta consvetudine et corruptela erratica dari faciatis plene et absque aliqua diminucione nostra regia auctoritate persolvi; aliud sicut nos graviter offendere pertimescis facere non ausurus. Datum in Alto lapide, in festo beate Margarete virginis. Anno domini MCCCXXVII.

Lib. priv. episcop. Zagrab. fol. 17.
Farlati Ш. sacr. V. 419.—420. ,
Katona Hist. crit. VIII. 557.—562.
Tkalćić Mon. civ. Zagr. I 121.—123.

293

1327, 12. augusta. U Avignonu.

Ivan XXII. papa zahvaljuje -kralju Robertu, $to je lijefto primio Franjevce inkvizitore.

Johannes episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Dudum, fili carissime, ad audientiam apostolatus nostri fidedigna relatione deducto, quod principe tenebrarum, humane salutis emulo nocendique cupido et perito, consuetis nequitie stimulis procurante, magna hereticorum caterva de multis et diversis partibus congregata ad principatum Bosnensem in confinio Dalmatie constitutum sub fiducia seminandi inibi obscenos errores tuteque nocendi confluxerat, qui antiqui hostis imbuti versutia catholicorum simplicium animos sub simplicitatis simulate fallacia virulentis sermonibus corrumpebant, quodque eorumdem hereticorum nephanda seductio in principatu prefato, tue ditioni subiecto, iam multas animas labe resperserat seu infecerat heretice pravitatis. Nos attendentes fore multum expediens, cum omni cautele studio et provisionis accelerate remedio de dicto principatu pestem huiusmodi radicitus extirpare, ne passim vagari permissa intactas et innoxias Christi oves morbo eiusdem pravitatis inficeret, et in vicinis provinciis periculosius spargeretur, celsitudinem tuam per litteras nostras rogandam et hortandam duximus in eodem domino Jesu Christo, tibi nichilominus per apostolica scripta mandantes, ut ob reverentiam apostolice sedis et nostram, et pro salute animarum ad eliminandum et extirpandum dictos hereticos de principatu predicto opem parares et impenderes congru-

entem regio culmini et eiusdem provincie statui opportunam, pie sollicitudinis • zelum contra eosdem hostes sevissimos animarum ad requisitionem dilecti filii Fabiani ordinis fratrum Minorum, inquisitoris pravitatis <predicte in partibus illis auctoritate apostolica deputati, et aliorum inquisitorum dicti ordinis auctoritate predicta deputatorum in illis partibus, et deputandorum inantea, et eorum cuiuslibet viriliter assumendo, percipiendo etiam dilecto filio . . . principi Bosnensi, ut •dictos inimicos fidei de dicto principatu radicitus extirparet. ut non solum, qui recti essent, perseverarent incolumes, sed etiam eorumdem :hereticorum seductione decepti, ;confutatis et abiuratis erroribus, ad lumen vere fidei remearent; dictumque Fabianum et alios inquisitores prefatos in hiis, que ad dictum inquisitionis officium pertinerent, super quibus auxilii et favoris tui partes ducerent fiducialiter requirendas, ob reverentiam eiusdem sedis atque nostram haberes propensius commendatos, teqiie illis exhiberes propitium et benignum. Cum itaque, sicut eiusdem Fabiani inquisitoris relatione didicimus, serenitatis tue grata sinceritas eundem ob eiusdem sedis reverentiam atque nostram gratiose receperit, etbenigne in hiis, que fidei favorem respiciunt, pertractarit, celsitudini tue super hiis gratis affectibus gratiarum referimus actiones, magnitudinem regiam iterate rogantes, ut eidem Fabiano et aliis inquisitoribus supradictis auctoritate apostolica in illis partibus deputatis et imposterum deputandis in omnibus, qui . eiusdem fidei promotionem respiciunt etfavorem, prestes auxilii et consilii tui opem, prout tam favorabili pioque negotio videris expedire; ita, quod inquisitores predicti regii favoris fulti presidio, huiusmodi inquisitionis officium contra respersos labe predicta ad laudem dei, et pro salute fidelium in decretis sibi provinciis securius et efficacius valeant exercere. Datum Avinione, II. idus augusti, pontificatus nostri anno undecimo.

Theiner Mon. Hung. I no. 797. str. 517.—518. Iz reg. orig. an. XI de Cur. ep. 34.
{Sfil
j.rt-i- *Fermendžin Acta Bosnae p. 22.*
Eubel Btdlarium Franciscanum T. V. 327. no. 670.

294.

1327, 19. augusta. (U Banoštoru.)

Kaptol banoštorski izvješćuje kralja Karla Roberta o medjama posjeda Nijek.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum de Kw oraciones ad dominum pro eodem debitas ac deuotas cum fideli famulatu. Litteras vestre serenitatis honore quo decuit recepimus in hec verba: *(Slijedi listina kralja Karla od 26. maja 1327.)* Nos igitur vestre regie excellencie mandatis diligenter obtemperantes ut tenemur, unacum predicto Nicolao filio Ladizlai homine vestro hominem nostrum pro testimonio duximus destinandum ad premissa exequenda. Qui demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod tercia feria post festum beati Laurencii martiris proxime preterita ad faciem eiusdem possessionis Nyek in comitatu Syrimiensi existentis accessissent, eandemque lapidea ecclesia in honore beati Petri principis apostolorum inibidem fundata, silvis, pratis, fenetis aliisque omnibus uti--Ktatibus suis et pertinenciis, universis continenciis, convocatis vicinis et commetaneis suiš per veteres metas et antiquas, vbique necesse fuit nquis me-tis erectis, reambulando idem homo vester presente eodem nostro testimonio prefato tnagnifico viro Thome woyvode Transsiluano statuisset perpetuo possidendam, nullo penitus contradictore existente. Cuius quidem possessionis Nyek cursus metarum sicut ab eodem homine vestro et nostro testimonio percepimus taliter distinguntur: Quod primo incipit a parte orientis super tribus metis angularibus, quarumHina a septemtrione magistri Laurencii dicti Cytuuar, altera ab oriente Petri filii Bank, tercia eiusdem possessionis Nyek ab occidente, inde autem currentibus metis interpositis versus meridiem vadit ad alias tres metas angulares, quarum una **a** parte oriendis(i) .eiusdem Petr.i filii Bank, altera a parte meridiei Martini filii Laurencii, tercia eiusdem possessionis Nyek ab occidente; deinde vero currentibus metis interpositis itur versus occidentem similiter ad tres metas angulares, quarum una a parte orientis eiusdem Martini filii Laurencii, altera Joannis filii Mark dicti Durgo, a plaga meridionali, tercia existens a septemtrione ipsius possessionis Nyek; de hinc quampluribus metis evidentibus tam in aquis quam in arboribus positis et circumfusis versus meridiem reflectitur ad tres metas angulares, quarum una a parte orientis eiusdem Johannis filii Mark, alia a parte meridiei Dominici filii Pauli, tercia a plaga septemtrionis eius possessionis Nyek, postmodum

metis interpositis curritur ad plagam septemtrionis, ibique circa locum quendam aquosum Aran vocatum tres mete angulares, ex quibus una eiusdem Dominici filii Pauli a plaga meridionali, altera Gregorii filii Augustini ab occidente, tercia ipsius possessionis Nyek ab oriente; preterea per silvas metis interpositis currentibus versus septemtrionem venitur ad tres metas angulares, quarum una eiusdem Gregorii filii Augustini supra pratum unum posita a parte meridiei, alia dicti Dominici filii Pauli a parte septemtrionis, tercia ipsius possessionis Nyek ab oriente; consequenter transit ad plagam orientalem et metis interpositis pervenitur ad tres metas angulares, ex quibus una prefati Dominici filii Pauli a climate occidentis, alia Laurencii dicti Cyttuuar(l) a plaga septemtrionis, tercia dicte possessionis Nyek per plagam meridionalem; tandem versus orientem quampluribus metis interpositis vertitur ad priores tres metas angulares iterato, super quibus in primis reambulare inchoarunt, Ibidemque cursus et distincciones metarum possessionis Nyek suprascripte terminantur. Datum quarta feria proxima post festum assumcionis virginis gloriose, anno domini M°CCC°XX° septimo.

Iz darovnice kralja Karla vrhii imanja Nyek vojvodi erdeljskom Tomi od 28. novembra 1327. potvrdjene, 2. novembra 1335. novim pečatom budući stari pečat bio izgubljen: »Magnificus vir Thomas woyvoda Transiluanus exhibuit nobis quoddam privilegium nostrum sigillo nostro medio[c]ri, quod in partibus Transalpinis quodam casu inopinabili extitit amissum.«

Ortgtnal u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2431. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 387. no. 23.

Nagv Cod. dipl. Andeg. II. 313.—315.

295.

1327, 20. augusta.

Nikola Ludbreški poklanja kaptolu zagrebačkomu posjed Vrazji laz u moravečkoj župamji.

Nomine domini inuocato. Currente anno domini MCCXXVII.(!) ego magister Nicolaus filius Petri de Ludbregh, volens et consulens saluti mee et proximorum meorum modis omnibus quibus possum prouidere, inter cetera quandam possessionem meam empticiam Wrazilaz vocatam, in districtu Zagrabiensi, de comitatu Morocha constitutam, totaliter cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis, in ecclesia beati regis Stephani, et in festo eiusdem, maioris misse officio existens, tempore offertorii ad **aram** beati regis Stephani, honorabilibus viris capitulo Zagrabiensi obtuli

et offero, donaui et dono, perpetuis temporibus per ipsum capitulum cum suis metis et limitibus pleno iure possidendam, tenendam et habendam ita, quod semper per ipsum capitulum in communi possideatur et teneatur. Quod si processu temporum dictum capitulum voluerit forsitan ipsam possessionem predicto modo prediali possit habere non alter, quam aliquis de nostris heredibus; vt castra nostra et nostrorum heredum de Zelna et Byztrycha cum suis pertinenciis non possint aliquo coloro per detentores eiusđerh possessionis in aliquo offendi vel turbari. In cuius donacionis perpetuam firmitatem presentibus sigillum nostrum fecimus appendi. Datum anno, die et loco (!) supradictis.

Iz prijepisa kaptola čazmanskoga od g.~ 1552. u arkivu kaptola zagr fasc. 23. br. 51.

Tkalčić Mon. episc. Zagrab. I. 57.—58. i Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 7. — Wenzel Cod. dipl. Arp. XI. p. 205.—206. — Kukuljević Reg. no. 211. — Svi ovi stavljaju ovu listinu u god. 1227., štoje neispravno. Sravni listinu g. 1317. 28. septembra, 1319. 31. januara i 1320. 24. aprila u VIII. sv. ovoga djela, te listinu od 11. pktobra 1327.

296.

1327, 16. septembra. U Stenišnjaku.

Mikić ban osvojivši grad Steničnjak od nevjernih kralju sinova bana Stjepana Babonića, na molbu plemsiva hrvatskoga podaje im Moslavinu.

Nos Mykch banus totius Sclavonie, comes Simigiensis et de Sarus. significamus tenore presentium quibus expedit universis, quod cum nos ex regie maiestatis clementia in regno totius Sclavonie pro compescendis malefactoribus et austeritatibus nocivorum conterendis ad pleneque satisfactionis exhibitionem largiendam, iuris tramite requirente, simus constituti, Georgiusque, Johannes, Dionysius et Paulus filii Stephani quondam bani obliquis processibus eorum et sinistris dominum nostrum regem non modicum excessissent, ob quorum excessuum eorum ultionem, ne de facili possint pertransire, castrum eorundem Stenisnak vocatum valido nostro exercitu obsedissemus et quam plures proximos et servientes nostros interemptos et sanguinis effusione perpessos habuissemus, tandem quia amplius eisdem resistendi non posse habere facultatem, non cuilibet extiterat manifestum, ad petitionem et ordinationem venerabilis in Christo patris domini Ladizlai dei et apostolice sedis gratia. episcopi Zagrabiensis et universorum nobilium regni Sclavonie et aliorum

quamplurimorum nobiscum existentium cum eisdem misericorditer agentes condescendimus in hunc modum: quod iidem filii Stephani quondam bani castrum eorum predictum cum omnibus suis attinentiis vice regie persone in manus nostras tradiderunt, nos vero de maiestate regia confisi, retributionem volentes ipsis facere aliqualem, castrum Monozlou inferius cum omnibus pertinentiis suis propriis, sub veris metis et terminis eiusdem dedimus et assignavimus perpetuo possidendum iamdictis Georgio, Johanni, Dionysio et Paulo in filios filiorum, quam nostram donationem per dictum dominum nostrum regem toto posse procurabimus approbari et literis suis privilegialibus confirmari, tali modo, quod si iidem filii Stephani quondam bani per quemcunque ratione dicti castri et possessionum suarum impeterentur, dominus noster rex et nos seu banus pro tempore constitutus tenebimus ipsos expedire, etiam dato concambio, si expedierit, pro eisdem semper dicto castro et possessionibus suis libere apud memoratos filios Stephani quondam bani modo priori remanente. Ceterum omnia maleficia sive per mortem sive per mutilationes membrorum, spolia, nocumina, dampna et alia quecunque mala per eosdem filios Stephani bani et ad eos pertinentes ac eorum servientes ubicunque illata usque modo ad ipsum dominum nostrum regem, et ad nos et quoscunque alios pertinentibus, de consensu nobilium regni et specialiter Nicolai filii Petri de Ludbreg, Pauli et Nicolai filiorum Myhalch, Stephani filii Opay, Nicolai vice bani nostri, Johannis filii Pauli castellani de Kopruncha, Thome filii Martini, Benedicti et Andree filiorum Georgii castellanorum nostrorum, ex parte domini regis et nostra remisimus penitus et in toto, ita, quod nec coram domino rege vel eius iudicibus, nobis et nostris iudicibus quibuscunque aliqua actio possit moveri vel etiam admittatur contra ipsos et eorum heredes ac ad eos nunc pertinentes. Preterea vice et nomine eiusdem domini nostri regis castrum Lypowch cum tenutis, possessionibus et pertinentiis suis universis specialiter Duorian, Belchych, Sclauetiz, Reka, Gurcham, Debrouch, videlicet castrensibus de comitatu Podkoria eisdem relinquimus, que ad ipsum castrum primitus pertinebant; insuper possessionem Grech vocatam iuxta Culpam existentem, quam dicunt se privilegio domini Bele regis possidere, nec non possessiones -Brezouicha et sancti Petri in campo Zagrabiensi constitutas cum omnibus attinentiis suis eisdem modo premisso relinquimus possidendas et etiam omnes emptitias possessiones et iusto titulo acquisitas ubique in regno Sclavonie constitutas preter eas, quas constaret per eos ipsi domino nostro regi antea restitutas et exceptis possessionibus ecclesiarum et nobilium, quas fore detinuissent usque modo, item si dicto domino nostro regi possessiones, quas antequam predictum castrum Stenisnak Stephanus banus iamdictus

et fratres sui sive patrui acquisierant, annectere ipsi castro placeret, eas pro decenti cambio ab eisdem recipiet, quod ex eorum nunc processit voluntate, post acquisitionem vero castri iam dicti possessiones inventas et obtentas ad castrum voluerunt pertinere antedictum. Volentes igitur, ut premissa omnia inviolabiliter per ipsum dominum nostrum regem et per nos plenius observentur, cum predicto Zagrabiensi episcopo in ecclesia beate virginis sub eodem castro Stenisnak constituta tactis sanctis euangeliis corporaliter promisimus fideliter et diligenter "apiicT iam dictum dominum nostrum regem procurare toto posse, per nos omnia superius premissa et assumpta approbanda et etiam confirmanda et ultra hec specialem gratiam eiusdem pro ipsis filiis Stephani quondam bani, in quantum plus poterimus procurare, dummodo ~de debite fidelitatis constantia non desistant. In cuius rei memoriam presentes eisdem concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum in loco supradicto, feria quarta proxima post festum exaltationis sancte crucis. anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo.

Thattdczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 1. 100.—102.

297.

1327, 24. septembra. U Bologni.

Kardmal Bertrando legat fiapin, oćituje, da je ostatak svojih beriva u sfiljetskoj nadbiskufiiji i njenih diocesa primip po Bertinu Duhu trgovcu iz Bosne.

Nos Bertrandus miseratione diuina tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus presencium tenore fatemur nos habuisse et recepisse per manum Bertini Duchi nuntii mercatoris Bosne soluentis pro parte et nomine venerabilis in Christo patris dei gratia archiepiscopi Spalatensis et eius suffraganeorum de residuis sex annorum preteritorum legationis nostre nobis debitis ab eisdem sexaginta unam libras et per solidos duos et denarios sex Bononienses. De quibus quidem sexaginta una libris et solidis duobus et denariis sex Bononiensibus eidem archiepiscopo et suis suffraganeis finem et quietationem facimus et factum de ulterius non petendo; has litteras nostro sigillo pendenti munitas ipsis in premissorum testimonium concedentes. Datum Bononie, XXIV. mensis septembris, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape XXII. anno duodecimo.

Original u arkivu kaplola ec Spljetu XVI 1. 156.
Na listini visi o končanoj uzici ovalhi pečat u crvenom vosku.
Farlati III. sacr. III. 311.
Carrara Arch. cap. no. 107.

298.

1327, 30. septembra. **U Zadru.**

Kreševan sin fiokojnog Tolka Skorbine pravi svoju oporuku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indictione vndecima, die vltimo mensis septembris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Joannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delphini egregii comitis. Cum morte nil sit cercuis uitaque nichil incercius et dies mortis ab omnibus ignoretur, decens est atque secundum, ut quilibet Christianus se et sua negocia sit sollicitus taliter ordinare, ne propter negligenciam ipsius anima ledatur et de suis bonis questio inter posteris(f) aliqua oriatur. Idcirco ego Creseuanus filius condam Tolci Schorbine Jadre licet infirmus corpore sanam tamen per dei graciam habens mentem, memoriam et intellectum, considerans suprascripta, tale de omnibus bonis meis facio et ordino ultimum testamentum. In quo meam fideicommissariam esse constituo, ordino et dimitto Bogdanam vxorem meam filiam condam Sorani, ut, sicut in hoc testamento meo de bonis meis ordinauero darique iussero, sic ipsa vxor et commissaria mea post mortem meam adimpleri faciat, firmumque sit in perpetuum et ratum. Primum quidem dimitto dictam Bogdanam vxorem et commissariam meam dominam, donatricem et patronam super omnibus bonis meis mobilibus et inmobilibus dum uixerit nemine sibi contradicente uel molestante et ipsam in predictis bonis mihi heredem instituo, recordando tamen ipsa animam meam, prout deus sibi inspirabit, non uendendo nec quocumque alio modo alienando bona mea pro suis negociis, set(!) uendere possit libere de bonis meis pro soluenda(!) debita(!) creditoribus meis. Item, dimitto presbittero Gregorio sancte Marie maioris, patrino meo grossos sex, post mortem uero dicte vxoris mee volo, quod omnia bona mea uendere debeant, prout ipsa in suo testamento ordinare uoluerit et dicta bona mea dispensari debeat in missis et aliis helemosinis pro animabus illorum, qui mihi dicta bona dimiserunt et pro anima mea et dicte Bogdane vxoris mee. Item volo, quod omnes (!) instrumenta, quod habeo

super Raddam neptem meam reddantur sibi incisa, si ipsa fecerit dicte uxori mee instrumentum uendicionis de vinea et terra fratris sui posita ad punctam Michebone pro libris quadraginta paruorum, ex quibus iam est soluta. Et hoc est mea ultima uoluntas. Cui vxori et commissarie mee predicte do et concedo post mortem meam illam plenam uirtutem et potestatem, quam aliquis uerus et legittimus commissarius alicuius uel aliquorum habet uel habere potest in iudicio et extra agendi, „petendi, citandi, placitandi, aduocandi, aduocatorem tollendL excepciones cuiuscumque generis proponendi, allegandi, litem contestandi, in causa concludendi, sacramentum calumpnie et de ueritate dicenda et cuiuslibet alterius generis iuramentum in animam meam prestandi, testes et instrumenta producendi, senenciam petendi et audiendi, paciscendi, concordandi, testandi et breuiter omnia alia et singula faciendi et exercendi in predictis omnibus uel circa predicta, que egomet testator uiuens, si adessem, facere possem et deberem. Et hoc uolo esse meum firmum et stabile testamentum et quod ualeat iure testamenti, et si iure testamentt non ualet, saltem ualeat iure codicillorum uel cuiuslibet alterius ultime uoluntatis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Stephano sancti Petri noui et Desa cymatore filio condam Nicola Busoni Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis),

Ego Paulus de Galcigna procurator comunis Jadre manum missi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi et roborauі.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 46.

299.

1327, 2. oktobra. U Lastovu.

Lastovčamn Raden kufiuje od Dragoša kuću u Dubrovniku.

Anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, indicione decima(l), secundo die intrante mensis octubris. Actum Laguste in domo Radeni Cuetenich, presentibus Marino Bogdenic et Jacobo Radenich et aliis quampluribus de Lagusta ad hoc vocatis et rogatis. Ibi Dragoxius Grubenich de Lagosta vendidit iure proprio in perpetuum Radeno Prodaxii de Lagusta et habilatori Ragusii vnam domum suam de plancis cum curia et omnibus suis pertinenciis prope dornum predictam

pro yperperis viginti grossorum venetorum, de quibus dictus Dragoxius^ fuit confessus, quod iam recepit a dicto Radeno emptore iperperos^ quinque et in festo pasce debet predictus Radenus solucre supradicto< Dragoxio iperperos quinque, residuos vero decem iperperos tenetur soluere sepedictus Radenus supradicto Dragoxio hinc ad festum beati Petri de mense iunio proxime uenturum, medietatem silicet in pecunia, aliam medietatem in territoriis. Deinde supradictus Dragoxius tenetur recedere de supradicta domo et deserere illam atque assignare ipsam. Radeno sepedicto tamquam suam possessionem et propriam rem vltimo termino perhemtorio usque ad festum sancti Michaelis de mense septembri proximo venturum, quod si predictus Dragoxius negligeret supradicta ducere ad effectum, videlicet non assignando et in corporalem: tenutam ponendo predictum Raden, habeat potestatem sepedictus Radenus ipsum Dragoxium capere in persona et ipsum subiugare atque- cuncta sua bona mobilia et immobilia usurpare et retinere pro refeccione suorum dampnorum omnium et singulorum sibi imminentium, occasione supradicte vendicionis, et pena soluta uel non, promisit vna. pars alteri cum iuramento, quod supradicta in perpetuum durent firma. Supradicta autem vendicio fuit per plagarium comunis sollempniter pro— clamata per octo dies in locis consuetis Laguste.

(Dru^i rukopis).

Ego Nicolaus (Jeno uicarius in Lagusta manus mea (!) misi.

Ego presbyter Vitus Symonis Pasce de Ragusio capellanus et no-- tarius Laguste supradicta scripsi et signo solito roborauі.

(Signum not.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIV.

300.

1327, 3. oktobra. U Spljetu.

Predaja Spljeia fiod Veneciju i izbor Mlečanina Marka Segreta zakneza sfiljetskoga.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indicione decima(!), regnante domino Karolo Roberto rege: Ungarie, ac domino Johanne Superantio inclito duce Venetiarum, temporibus venerabilis patris domini Baliani archiepiscopi Spaletini, nobilis • et sapientis viri domini Marci Segreto honorabilis gentis, ac nobilium, virorum dominorum Lucari Andree, Jancii Egidii, et Nicole domini Paruosclaui iudicum ciuitatis Spalati, die tercio octobris conuocato et con-

-gregato generaliter et pleno conscilio communis et hominum Spalati in palacio dicti communis sono campane et uoce preconis more solito, in quo interfuerunt nobiles et discreti viri infrascripti, videlicet Lucarus Andree,- Jangius Egidii iudices predicti, Damianus Nicole, Theodosius .Alberti, Domaldus Duimi, Madius Petri, Micha Madii, Petrus Duimi, Petrus Cammurgii, Johannes Vulcine, Johannes Petracche, Dobrollius Paruoslaui, Petrus Stoyse, Johannes Duimi, Philippus Duimi, Grubulus Theodosii, Andreas Desse, DobrolUs Junii, Petrus Paruoslaui, Duimus Johannis, Petraccha Petri, Culius Buccamaioris, Paruoslauus Francissi, Johannes Theodosii, Serecchia Lucari, Nicolaus Grubesce, Petrus Bogodani, Marcus Marini, Matheus Kalende, Petrus Nicole, Johannes Marini, Michay Madii, Johannes Stephany, Gregorius Petri, Laurencius Nicole, Andreas Draghi, Produlus Draghi, Petrec Marini, Paruosclauus Johannis, Michay Desse, Nicola Theodosii, Cammurcius Johannis, Andreas Duimi, Petraccha Marini, Micha Alberti, Lucoy Stephany, Philippus spetiarius, Dessa Bitchi, Johannes Grecus, Joseph Marini, Nicola Duimi Gaudii, Franciscus Damiani, Gregorius Cirrole, Crestolus Medicine, Nicola Lu•cari, Jacobus Domaldi, Thomas Lucari, Marcus Stephanicii, Theodosius Grubuli, Stephanus Miche, Martinus Marini, Forminus Formini, Petrus Tolumiti, Grestolus Petri, Thomas Francisci, Nicola Stephanicii, Crestolus Theodosii, Elia Mathey, Milce Desse, Franciscus Gualterii, Madius Miche, Gloue Bogodani, Marinus pictor, Musciactus spetiarius, Duimus Duaci, Duimus Madii Petri, Bertannus Conule, Uulgisle Luce, Sauinus Laurencii, Luca Milci, Duimus Madii Duimi, Bogodanus Petri, Duimus Marini, Damianus Marci, Binice Johannis, Marinus Mestichine, Nicola Poussini, Duimus Johannis Gusi, Jacobus Petri Braciche, Marinus Desse, Stanicha -Siiuestri, Duimus Draghi, Junius Miche, Duimus Damiani, Petrus Desse et Petrus Siluestri, predicti omnes et singuli qui sunt quatuor partes consciliariorum maioris conscilii dicte terre, et qui totum conscilium -commune et uniuersitatem dicte terre representant, presente et adsistente ibidem nobili et sapiente viro domino Marco Segreto honorabili ciue ueneto pro illustri domino duce et communi Veneciarum, Spalatensi comite nuncupato, qui in hac parte personam dicti domini ducis et communis Veneciarum ex speciali mandato sibi facto representat, et ad eius instanciam et peticionem sponte, libere, unanimiter et concorditer memine discrepante, deum ex tanta gratia laudantes, ratiflcauerunt, laudauerunt, confirmauerunt et approbauerunt in totum oblationem, subiectionem et submissionem ciuitatis, districtus, comitatus, communitatis, xiniuersitatis hominum et bonorum Spalati, factam illustri et magnifico <iomino duci et communi Veneciarum per nobiles et discretos viros do-.minos Dominicum Lucari archidiaconum Spaletensem et Nicolaum Theodosii de dicta terra syndicos speciales eorum Spalatinorum, ac etiam cum omni reuerentia et humilitate laudauerunt et acceptauerunt benignam et piam prouisionem, quam gratiosa sua liberalitate dictus dominus dux et commune Veneciarum eisdem de Spaleto seruari et fieri uolunt, nec non omnia alia et singula contenta in quodam instrumento ex hoc confecto manu Marini Benedicti notarii et ducatus Veneciarum scribe, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indictione decima, die Veneris octauo decimo septembris, in cancelrarra ducatus Veneciarum et sub eisdem penis, promissionibus, renuntiationibus et obligationibus in dicto instrumento notatis acceptauerunt, emologauerunt et firmauerunt in totum, et insuper ad exequendum oblationem et submissionem predictam promissam et factam per perdictos dominos Dominicum et Nicolaum. eorum syndicos omnes unanimiter et reuerentur cappellis, cappuciis et mantellis eleuatis in signum uere et perpetue deuotionis et submissionis,- predictum dominum Marcum Segreto nomine et uice prefati domini ducis et communis Veneciarum et suorum successorum pro uero et perpetuo dominio posuerunt in tenutam et possessionem dicte ciuitatis et districtus Spalati, dantes in manibus suis claues portarum dicte ciuitatis et vectes ipsarum et palacii eorum ac ponentes eum ad sedendum in dicto palacio in loco ubi domini et rectores dicte ciuitatis sedere consueuerunt, nec non omnes et singuli ac singulariter pro se et eorum successoribus et heredibus super sanctam crucem, reliquiis et testauangeliis(!) ibi in medio dicti palacii cum deuotione positis corporaliter iurauerunt ueram, puram et perpetuam fidelitatem domino duci et successoribus suis et communi Venetiarum et ciuitatem et districtum Spalati et personas ac bona eorum tenere, defendere et saluare ad honorem et statum ipsius domini ducis et communis Veneciarum perpetuo, saluis iuribus et honorificentiis domini regis Ungarie, que habet uel habere deberet in dicta terra. Actum in palacio ciuitatis Spalati et ad portas eiusdem, presentibus Dessa primicero Spaletensi, domino Berardo de Bononia socio et milite et Egidio de Predolata notario dicti domini. comitis testes(!) et Paruosclauo Francissi examinatore.

Ego Peruosclaus quondam Francissi consc[i]us examinaui.

Ego Alexander Johannis Albertonis de Firmo notarius et nunc communis Spalati rogatus scripsi et publicaui.

Original u državnom arkivu u Veneciji pod naslovom: vPatti sctoltt serie II < Listine vraćene od Austrije g. 1868. no. 58.

301.

1327, 11. oktobra. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže svima županima, kastelanima itd., a napose Nikoli od Ludbrega itd. da plate desetinu biskupu zagrebačkom.

Kardlus dei gracia rex Vngarie dilectis et fidelibus suis vniuersis comitibus, castellanis, iudicibus, nobilibus, rectoribus ciuitatum et villicis, specialiter nobilibus Nicolao filio Petri de Ludbreg, Stephano filio Opoy, Thome filio Borch, Johanni filio Vrbani, Gregorio filio Pauli, Paulo et Nicolao filiis Myhalch, Johanni filio Johannis filii Junk, Nicolao filio Stephani de Monozlou, Nicolao filio Rade filii Baboneg et Petro Sclauo, Jacobo, Johanni et Petro filiis Laurencii de Ochina salutem et graciam. Ex querela venerabilis domini Ladizlai episcopi Zagrabiensis dilecti et fidelis nostri nec non ex relacione thauarnicorum nostrorum intelleximus, quod uos mandatis nostris iustis et legittimis obtemperare nolentes, contumaciter decimas eidem domino episcopo per uos et ad uos pertinentes debitas de omni genere frugum specialiter milii, de quo plus apud homines uestrarum parcium habetur in communi, leguminum, apum porcorum et vini secundum[1] et nouum testamentum nec non canonicas sanctiones dare denegatis, et ut illas non solueritis inter uos iuramento firmauistis contra salutem animarum vestrarum et nostrum mandatum procedentes. Vnde cum nos ecclesias dei in suo statu tenere et iuuare teneamur, uobis firmiter precipimus per presentes, quatenus si indignacionem nostram cupitis euitare, dictas decimas omnes, ut predicitur, in specie secundum uetus et nouum testamentum ac canonicas sanctiones officialibus dicti domini episcopi exsoluatis et exsolui per uestros faciatis sine dilacione seu diminucione aliquali, alioquin contra vos tamquam rebelles auctoritate regia procedemus. Datum in Wysegrad, in dominica proxima ante quindenas beati Mychaelis archangeli, anno domini MCCCXXVII.

Iz kodeksa: Liber privil. episc. Zag. list. 18.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu I. B. IX. 167.

[1] Očevidno manjka: »vetus«

302.

1327, 12. oktobra. U Zagrebu.

Mikić ban naredjuje, kako se ima plaćati desetina biskupu zagrebačkomu.

Mykch banus tocius Sclauonie, comes Symigiensis et de Saris, uniuersis presencium noticiam habituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Inter cetera, que sollicitudinis nostre cura cottidiana meditacione revolvit, illud occurrit nostre consideracionis precipuum, qualiter venerandus orthodoxe fidei cultus, debito a nobis et a regia maiestate nobis commissis affectu devoto et veneretur et colatur. Ex eo enim potest noster et nobis temporaliter commissorum augeri status, si regi regum grato obsequio occurramus; revera deum in hoc maxime coli prospicimus, quando iustas decimas, quas sibi creator omnium a suis fidelibus in signum universalis dominii reservatas, clericorum usibus deputavit, ministris Zagrabiensis ecclesie, qui eisdem ab olim fuerant defraudati, persolvi integre procuramus. Quamvis eciam serenissimus princeps dominus Karolus dei gracia illustris rex Vngarie, dominus noster, nobis oretenus et per plura suarum paria literarum hoc idem perficiendum cum effectu, zelo devocionis accensus, dederit in mandatis, igitur matura deliberatione prehabita decrevimus, ut indefferenter omnes comites, nobiles, officiales et cuiuscumque status et condicionis homines in Zagrabiensis ecclesie dyoecesi sonstituti, decimam partem in specie omnium agnorum, edorum et apum, item tocius frumenti, siliginis, avene, ordei, milii et cuiuscunque alterius bladi in orreis, vini autem in cellariis, ac porcorum annualium et infra, solvere teneantur et debeant annis singulis temporibus infrascriptis domino episcopo Zagrabiensi et eius ecclesie procuratoribus seu decimatoribus eorumdem. Primo de agnis, edis et troncis apum, statim sicut dicata fuerint vel quam cito per decimatores petentur. Item, de frumento, siligine, avena et ordeo usque octavas beati regis Stephani. Item, de milio et alio quocumque blado autumpnali usque octavas festivitatis omnium sanctorum. Item, de vino et porcis modo predicto usque octavas beati Martini confessoris. Hoc expresso ex consensu domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis, quod singuli nobiles et comites castrensium sive castellani, qui infra premissa tempora per decimatores semel requisiti tempore competenti suas et suorum subditorum decimas integre persolvere curaverint, de dictis suis et suorum quibuscunque racione cure et sollicitudinis, quas in hoc adhibuerint partem sextamdecimam habeant

et ultra hec nullus sibi quitquam(!) pretextu consvetudinis cuiuscunque vel aliter valeat vendicare. Illi vero, qui infra scripta tempora et deinceps usque octavas beati Andree apostoli, modo et ordine supradictis, tocius decime solucionem non fecerint, eo ipso pars decimarum totalis, que ipsos, ut predicitur, poterat contingere, cedat illi, qui ad hoc per nos vel banum pro tempore constitutum fuerit deputatus. Et nichilominus singulos nobiles castrum vel amplas possessiones habentes in quinque marcis, alios..vero.-in una marca, castrenses autem seu marturinarios et cives in marca media, qui solucionem totalem ipsarum decimarum usque quindenam predicti festi beati Andree non fecerint, et hoc per querelam decimatorum constiterit, condempnamus. Pro decimis autem vel parte earum non solutis, extunc decimatores sepedicti secundum valorem rerum decimalium congruentem, recipiendi denarios, si yoluerint, habebunt liberam facultatem. Et ad hec exequenda Zagrabienses et Crisienses comites, in tota dyocesi Zagrabiensi, nisi alii per nos vel banum pro tempore constitutum deputarentur volumus esse forcius obligatos, ita, ut ex tunc in brevi per capciones pignorum, modo proxime premisso, ipse decime exigantur- et solvantur integre decimatoribus per eosdem. Qui si secus fecerint tempore nostro, eo ipso honorem comitatus amittant, et nichilominus per dominum episcopum sepedictum censura ecclesiastica percellantur. In cuius rei memoriam perpetuam presentes concessimus literas sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum Zagrabie, feria secunda proxima ante quind.enas beati Michaelis archangeli, . anno dqmini millesimo CCC vicesimo septimo.

Lib. privil. epišcop. ZagraB. fol. 15. — Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu I. B. IX 167.
TkaUic' Mon. civ. Zagrab. I. 123.—125.

303.

1327, 16. novembra. U Višegradu.

Karlo.kralj ugarski i hrvatski, nalaže plemićima iz Kamarde,, da filate desetinu biskupu zagrebačkomu.

Karplus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis vniuersis nobilibus ,et possessionatis hominibus de comitatu de Kamarcha salutem et gracjam. Fidelitati yestre firmiter et districte precipiendo damus in mandatis, quatenus decimas .yenerabilis patris domini Ladizlai ep.iscopi Zagrabiensis in medio uestri sibi prouenientes in om.nibus in specie more consueto

plene et integre exsoiuere debeatis et per iobagiones uestros persolui faciatis; aliud sicut graciam nostram karam(!) habetis non presumatis; in eo tamen, quod priores litteras nostras minime acceptastis, debito non fecistis. Datum in Wysegrad, secunda feria proxima post festum sancti Brictii confessoris, anno domini MCCCXVII°(!).

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 18.
Kodeks u ark. nadb. u Z.agrebu. I. B. IX. 167.

304.

1327, 18. novembra. U Djakovu.

Pred kaptolom bosattskim zalaže udova Katanna jedan dio svoga posjeda Iriga kraj Dunava.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus . . quod nobilis domina Katharina vocata relicta comitis Pauli filii Emerici unacum Johanne, Petro, Thoma, Emerico et Paulo filiis suis . . . confessa extitit . . quod ipsa propter suam inopiam . . de consensu et permissione filiorum suorum predictorum quandam particulam terre sue filialis de possessione sua Irug vocata distinctam . . a data presencium usque vigesimam primam revolucionem eiusdem annualem Petro et Nicolao filiis Phile pro triginta duabus marcis, quamlibet marcam cum sex pensis computando . . pignori obligasset tali condicione mediante, quod quandocunque eadem domina vel prefati filii sui vel saltim(!) unus ex eisdem aut filia eiusdem domine relicte, videlicet magistri Pauli filii eiusdem Phile in predicto termino vel post . . posset redimere, redimendi haberet absque aliquo gravamine vel pena duppli liberam et securam facultatem, tali eciam vinculo interserto, quod nec cum rebus vicinorum commetaneorum vel extraneorum quorumlibet nisi cum rebus ipsorum propriis redimere possint ab eisdem, hoc eciam non pretermisso, quod si eadem domina Katharina vocata, residuam possessionem seu particulam Irug vocatam, que eidem remansisset possidenda ab eadem particula, quam eisdem filiis File impignorasset, alicui vel cuicunque inpignorare, vendere vel qualitercunque alienare vellet vel niteretur, aliis non possit, nisi filiis Phile usque terminum et revolucionem anni prenotatam; cuius quidem particule terre sicut eadem domina et predicti filii sui nobis dixerunt, mete tali ordine distingvuntur, quod prima meta incipit a duabus arboribus nucum cruce signatis, prope Danubium existentibus, iuxta villam Irug et transit ipsum Danubium versus orientem et contra

cursum ipsius Danubii tendit sursum circa quandam silvam Zewzygeti uocatam usque illum locum, ubi quidam fluvius, qui Silla Duna vocatur exit de Danubio, inde girat versus meridiem per antiquas metas, que separant et distingvunt ipsam particulam terre a possessione monasterii sancti Spiritus Nazra vocata, et per easdem reflectitur iterum versus occidentem et venit ad arborem nar cruce signatam et ibi retransit ipsum Danubium ad unam metam terream, que est in medio cuiusdam magni nemoris prope portum -et pertransit ipsum nemus per metas antiquas, que distingvunt ipsam particulam terre a predicta possessione dicti monasterii et pervenit ad tres metas terreas angulares, inde parum eundo reflectitur versus septemtrionem ad quandam viam et transeundo ipsam viam venit ad metam terream, deinde reflectitur per eandem viam iterum versus orientem per quosdam dumos cher vocatos, abhinc vadit iterum versus septemtrionem ad unam metam terream, inde iterum reflectitur versus orientem ad unam metam terream ubi est dumus cher, inde ad arborem pomi silvestris et ibi est meta terrea, ex hinc ad aliam metam terream ubi est dumus spinosus, ab hinc ad alium dumum zyl vocatum et ibi est meta terrea, deinde ad unam metam terream et ibi est dumus pomi silvestris, inde declinando versus septemtrionem modicum venit ad quandam viam et ibi est meta terrea et per ipsam viam eundo venit ad quoddam fossatum et ibi est similiter meta terrea, inde tendit ad priorem, ibique terminalur. Datum in octavis beati Martini' confessoris, anno domini M°CCC° vigesimo septimo.

Original u kr. ug. drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2463. — Stara signatura N. di. A. fasc. 1507. no. 14.

Nagy Cod. dipl. Andeg. II., 333.—335.

305.

1327, 2. decembra. U Zadru.

Braća Gjore i Nikola, sestre Stasija i Marija iz Zadra prodaju supruzima Domtniku г Veseli Tolčić vinograd u Sv. Jakovu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indictione vndecima, die secundo intrante mense decembri, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfini egregii comitis. Fatemur nos C,ore et Nicolaus fratres et Stasia et Maria sorores eorum, heredes

condam Radoslaui habitatores Jadre, quomodo vendimus atque transactamus vobis Dominico Tholcich et Veselle coniugibus, habitatoribus Jadre totam unam nostram vineam duoruin gonaiorum in duobus clappis, et si plus est vestrum sit, positam ultra portum, super terram .scole confraternitatis sancti Jacobi ultra portum, que soluit pro affictu dicte confraternitati pro terratico et loco terratici grossos duodecim venetos annuatim; unius clappi de austro et de borea est vinea tue dicte Veselle, de trauersa est terra Mare de Crase et de quirina est ortus C,oilli de Cipriano; alterius clappi de austro dicta Vesella, de trauersa dicta Mara de Crase, de borea vinea Stephani de Soppe et de quirina dictus crtus C,oilli; cum omnibus suis certis terminis, habenciis, iuribus et pertinenciis, pro precio librarum decem et nouem denariorum venetorum paruorum, quos nobis persoluistis; a modo cum plena uirtute et potestate omnimodam vestram et uestrorum [here]dum et successorum ex ea libere in perpetuum faciendi uoluntatem sine alicuius persone contradictione, saluo semper omni iure dicte confraternitatis pro affictu. Vnde nos dicti fratres et sorores cum nostris heredibus et successoribus nos obligamus et promittimus vobis dictis iugalibus et uestris heredibus et successoribus dictam vineam in duobus clappis superius confinatam excalumpniare et defensare in ratione ab omni homine et persona super nos et omnia bona nostra presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Mauro de Sagatisa et Leonardo de Oseffico[1] (!) ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Matheus de Nassis iudex examinator manum missi.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monog. not.}.

Original u guberniatnom arkivu u Zadru, odio samosiana sv. Krsevana. Capsula V. no. 69.

[1] Ima biti: »Ossessico«.

306.

1327, 3. decembra. U Trogiru.

Trogir, Splfef i Sibenik stupaju u savez i prijateljstvo pod okriljem Venecije.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem 1327., indictione 11., die 3. decembris. In sala palatii communis Tragurii praesentibus nobilibus et sapientibus viris dominis Marco Secreto honorabili comite Spaleti, Johanne comite Sibenici, Johanne Gradonico honorabili comite Tragurii et discretis et sapientibus viris dominis Theodosio Albertinis, Perino Camcini et Dobrolio Pervoslavi omnibus de Spaleto, et . . . . Johannis, Marino Bercii et Cypriano quondam Cresnuse omnibus de Sibenico, Georgio Salinguerrae, Casoto Nicole et Friderico Mathei Lucii, omnibus de Tragurio testibus ad haec vocatis specialiter et rogatis et aliis. Ibique nobiles et sapientes viri domini Laurentius Andreae procurator et syndicus communis ciuitatis Spaleti habens ad infrascripta liberam potestatem, ut apparet . . . . publico instrumento manu Alexii Johannis Albertini de Firmo notarii communis Spaleti rogati in 1327., indictione 11., die 26. novembris . . . . Jacobus procurator et syndicus communis et ciuitatis Tragurii habens similiter ad infrascripta liberam potestatem, ut apparet instrumento publico scripto manu Conradi quondam domini Antonii de imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii, ac communis Tragurii iurati cancellarii in 1327., indictione 11., die dominico penultimo novembris, et Bogdanus Desini et Radoslauus quondam Michete procuratores et syndici communis et ciuitatis Sibenici habentes sibi ad infrascripta liberam potestatem, ut apparet publico instrumento scripto manu Angeli Amici de Ytalis de Erthulo imperiali auctoritate notario et iudice ordinario et communis Sibenici iurato in 1327., indictione 11., mensis novembris die 26., a me notario infrascripto diligenter visis, et lectis, convenientes in unum in praesentia egregiorum dominorum, dominorum Marci Victuri et domini Frederici Danduli honorabilium provisorum inclyti domini ducis et communis Venetorum in partibus Sclauoniae destinatorum, considerantes conditionem et status suarum civitatum, quarum sunt syndici et procuratores, damna, iniurias et oppressiones, quas quandoque a circumstantibus suis vicinis recipiebant in eorum sinistrum non modicum et iacturam, cogitantesque hoc periculum iam maximum posse evitari, et statum suum cuiuslibet civitatis praedictae, de bono in melius posse feliciter augumentari, si fraternitas, amicitia, coniunctio et unio fierent

inter eos, moti persuasionibus et monitis praedictorum dominorum provisorum, ac eorum consilio, utpote iusto, inhaerentes vice et nomine communium et civitatum ac specialium personarum et praedictorum locorum, quorum syndici et procuratores sunt, ut superius est notatum, amicitiam, fraternitatem, coniunctionem et unionem insimul promiserunt, iuraverunt et fecerunt contra quascunque personas, ciuitates, communia, loca et vniuersitates, damnificare et inimicare volentes nicent domino suo dominb duci et comrtiuni Venetorum et ipsius donrini ducis et communis Venetorum fidelibus universis, ita quod quaelibet praedictarum civitatum suos amicos et aliarum duarum pro amicis, et e converso inimicos pro manifestis inimicis, tractantes amicos pro amicis, et inimicos pro inimicis in omni casu et eventu pro sua, suorumque civium uniuscuiusque conservatione et augumento; hoc pacto conventum est, quod si casu aliquo aliqua praedictarum civitatum, vel civis et singularis persona earum damnum aliquod paterentur a quacunque persona, ut commune et damnificati ad sui satisfactionem, et loci pervenire possint, iuratus communis terrae damnificatae seu persona auctoritate requirere debeat per suas litteras damnificatorem, vel superiorem et caput, ut damnum satisfaciat, et si habita responsione non satisfecerit, tunc ipse comes solus auctoritate praedicta ipsum damnum libeat videre et examinare, et facta examinatione taxare, qua facta taxator iterum propria auctoritate requirere debeat ipsum damnum sic taxatum, sicut sibi videbitur, ut satisfaciat infra terminum, quem ipse comes voluerit assignare, infra quem si satisfecerit bene quidem, alioquin ipse comes sua propria auctoritate procedat contra ipsum damnificatorem, et . . suam ac bona eorum sicut sibi videbitur esse iustum, considerata qualitate et quantitate damni recepti, quod processum notificare teneatur et debet aliis duabus civitatibus sibi unitis, quae ipsum processum debeant et teneantur integraliter observare et facere observari contra ipsum damnificatorem et suam ac eorum bona; si vero aliqui sui cives et mercatores essent in partibus ipsius damnificatoris cum suis mercantiis, vel sine citare, ut inde recedant quo velocius esse potest infra terminum, qui videbitur suo comiti assignandus, qui terminus non transeat unum mensem; quod si aliquis dam praedictarum trium civitatum, vel comites ipsarum, et cum praedicta et . . . reducentur ad alias civitates, comes illius civitatis ad . . . se reduxerit ipsum malefactorem, vel ipsos . . . in hauere(!) et personis, et facta restitutione damnificatorum procedi debeat contra malefactorem • vel malefactores sicut contra proditores et specialissimos inimicos, et si facta denuntiatione praedictarum civitatum emeret ipsam praedam, comes suus teneatur ipsam restitui facere damnificato absque satis-

factione aliqua facienda ipsi emptori . . post satisfactionem praedictam et nihilominus possit procedere contra ipsum sicut sibi videbitur ipse comes et si emerit . . . nationem praedictam nihilominus comes faciat rest . . . damnificato, sed remaneat in arbitrio comitis sui de faciendo sibi restitui pretium emptionis, vel non, sicut sibi videbitur inquisitio facienda, videlicet si emerit ante denunciationem.

*Lucius De regno Dalm. et Croat, Lib. IV. c. 14. 210.—211. (Amst.J Katona Hist. crit. VIII. 578.—*57,9.

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 3. p. 263.—264. Nepotpuno.

307.

1327, 15. decembra. U Križeveima.

Pred iupanom kriievačkim Stjepanom mire se Pavao sin Petrov i Grgur sin Benediktov.

Nos magister St[ephanus] filius Pauli bani, comes Crisiensis[1] memorie commendamus, quod Paulus filius Petri a parte vna, Gregorius filius Benedicti ab altera, personaliter coram nobis comparendo confessi sunt se omnes causas usque data presencium inter ipsos existentes per omnia sedasse et sopisse. Datum in Crisio, secunda feria [in cra]stino octauarum beati Nicolai confessoris, anno domini M°CCC°XX° septimo.

Original na papiru u biblioteci narodnog muzeja u Budimpešti DoSao onamo g. 1899. iz privatne zbirke D. Veghelya.

Na hrplu vidi se trag pritismita pečata.

308.

1328* 7. jaxraara. U Zadru.

Kaptol i kurija zadarska izabira punomoćnike, koji da prodadu posjed nadbiskupski u Punkti na Velikom otoku.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione undecima, die septimo mensis ianuarii, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape XXII. anno

[1] Slijedi precrtano »d«.

* Ovdje se podudaraju godina i indikcija, što pokazuje, da je početak godine brojen od 1. januara.

XII°. Cum hoc sit, quod archiepiscopatus Jadrensis habeat quandam possessionem positam in teritorio Jadre in insula niagna in loco uocato Puncta de quinque, que dicto archiepiscopatui modicum prebet emolumentum adque(!) fructum, venerabilisque pater dominus Johannes dei gracia archiepiscopus Jadrensis pro maiori commodo et utilitate dicti sui archiepiscopatus intendat dictam suam possessionem de Puncta uendere uel permutare seu aliter alienare et cambiare, prout sibi melius et utilius pro ipso archiepiscopatu uidebitur expedire, cum consilio-^Jadrensis capituli et assensu; idcirco congregato Jadrensi capitulo supradicto ad peticionem domini archiepiscopi antedicti in ecclesia sancte Barbare de Jadra ad sonum campane et citacionem sacriste, ut est moris, ubi interfuerunt ultra quam due partes ipsius capituli, discretus vir dominus Nichiforus archidiaconus et ipsum capitulum, ut predictum est, manifeste cognoscentes dictam possessionem eidem archiepiscopatui modici ualoris existere ac molumenti, et utile fore eam uendere uel pro alia meliori permutare et alienare, fecerunt, constituerunt, ordinauerunt ac creauerunt suos et dicti capituli ueros ac legitimos procuratores, syndicos et nuncios speciales seu quocumque nomine dici possunt et debent, discretos viros dominum Michaelem primicerium, dominum Stephanum plebanum sancti Mathei Jadrensis ibidem presentes et hoc mandatum sponte suscipientes et utrumque eorum in solidum ita, quod non sit melior condicio occupantis, set quod unus ipsorum inceperit, alter mediare ualeat, prosequi et finire; ad consenciendum suo et dicti capituli nomine ac pro ipsis et ipsorum quolibet nomine uenditioni, permutationi seu alienationi cuicumque fiende. per dominum archiepiscopum prefatum de possessione sua superius nominata. Dantes et concedentes eisdem procuratoribus et syndicis ac cuilibet ipsorum plefnam licen]tiam et liberam potestatem et auctoritatem agendi, faciendi et realiter exercendi et complendi omnia et sin[gula] circha (!) predicta et premissorum quodlibet neccessaria, utilia et oportuna, prout ipsis procuratoribus seu alteri ipsorum uisum fuerit expedire, etiam si mandatum exigerent speciale, et que ipsi constituentes facere possent, si personaliter singuli interessent, ratum et firmum per. se et successores ipsorum habituri et gratum quicquid in premissis uel singulis premissorum aliquo actum fuerit, gestum seu etiam procuratum, sub obligatione omnium bonorum capituli antedicti. In cuius rei testimonium et cautelam predictum capitulum mandauerat presens instrumentum sui sigilli robore comuniri. Actum est hoc et firmatum Jadre predicta [in] ecclesia sancte Barbare, coram hiis uocatis testibus et rogatis, silicet Raua Andree de Raua, Qoilo de Butouano, Marcho condam Marini Girardi, Francisco de Lemessio, Cosa Tusa[n]nino et Bogde de Lemessis ciuibus Jadre et aliis.

Et ego Andreas de ciuitate Austria Foroiulii imperiali autoritate notarius publicus et curie archiepiscopalis Jadre scriba predictis omnibus interfui et rogatus scripsi. signoque meo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u arkivti grofova Begna u Posedarju: P. no. 47.

309.

1328. 10. jamxara. U Zadru.

Ivan sm Kreševanov prodaje braći Mihoju, Jakovu i Jurku vinograd u okružju sv. Sofije.

InChristi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo septimo,. indicione vndecima, die decimo mensis ianuarii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delphini egregii comitis. Ego Johannes condam Cresseuani Jadrensis de uoluntate Stephani de Zeputa do, uendo et transacto uobis Michoio, Jacobo et Jurgio fratribus, filiis Radoslaui dvornici ville monasterii sancte Marie monialium Jadrensium in confmio sancte Sofie vnam vineam meam circa vnius gognai positam in confinio predicto super terram dicti Stephani, reddentem sibi pro terratico quartam partem fructuum et reddituum exinde in dicta vinea; cui de borea est uia publica, de trauersa est vinea dicti Stephani, de quirina est terra dicti Stephani, de austro sunt terratici Mare sororis dicti Stephani. Vnde a modo possitis cum heredibus et successoribus vestris ex dicta vinea confinata et iuribus ac pertinenciis suis omnibus facere omnem vestram voluntatem sicut de re vestra propria absque alicuius contradictione, saluo omni iure dicti Stephani etiam secundum formam statutorum Jadre; item possitis et valeatis ponere vestrum pudarum seu custodem in dicta vinea. Precio cuius uendicionis recepi et habui a uobis dictis fratribus emptoribus libras decem et octo denariorum venetorum paruorum. Vnde per me meosque heredes et successores me obligo uobis, vestrisque heredibus et successoribus dictam vineam uenditam cum iuribus et pertinenciis suis omnibus excalumpniare et deffensare in racione ab omni persona et vniuersitate super me et bonis meis.omnibus presentibus et futuris. Datum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano Philipo de Begne et Andree Cresseuani Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

y Ego Matheus de Nassis iudex examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Marinus Simonis de Saracho imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

Ori^inal u arkivu samostana sv. Marije ti Zadru.

310.

1328, 20. januara. (Kraj Zagreba).

Sa?noslan Cistercita kraj Zagreba prepisuje potvrdu ugovora izmedju kaptola zagrebačkoga i samostana ivanovačkog od 29. maja 1324. potvrdjenu po Filipu od Granane prioru istoga reda za Ugarsku i Hrvatsku od 29. ma/a 1324.

Nos frater Engelhardus ordinis Cisterciensium, abbas ecclesie beate virginis prope Zagrabiam, totusque conuentus loci eiusdem significamus quibus expedit vniuersis, quod discreti et honesti viri, magistri Martinus cantor et Thomas archidiaconus ecclesie Zagrabiensis suo et capituli eiusdem nomine, exhibuerunt nobis priuilegiales litteras fratris Philippi de Granana, sigillo prioratus Vngarie et suo proprio consignatas, petens(!) a nobis easdem transcribi et nostri sigilli apposicione consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina Pilipa priora ivanovackog od 29. maja 1324.)* Nos igitur iuste et congrue peticioni eorundem cantoris, archidiaconi et capituli satisfacere cupientes, predictas litteras non cancellatas, non abrasas, neque in aliqua sui parte uiciatas presentibus de uerbo ad uerbum transcribi et nostri sigilli apposicione fecimus consignari. Datum in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum, anno domini MCCCXXVIII°.

Iz kodeksa: liber privil. episcopalus Zagrab. fol. 22.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu. I B. IX. 167.

311.

1328, 15. februara. U Višegradu.

Ladislav nadbiskup koločki prepisuje na molbu bana Mikića opis medja imanja Cića, PeSčenice ild. iz potvrdnice kralja Andrije.

Nos frater Ladislaus dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Colocensis, aule regie cancellarius tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod vir magnificus Mykch banus tocius Sclauonie exhibuit nobis quoddam priuilegium domini Stephani condam illustris regis Hungarie confirmatorium domini Andree condam incliti regis eiusdem Hungarie felicium recordacionum super possessionibus Chychan,. Pexenycza, Krowarska, Jamnycza et Culpseyna(!) vocatis per fratrem Philipum ordinis sancti Johannis Hyerosolimitani priorem prioratuum Hungarie et Appulie excellentissimo principi domino Karolo illustri regi Hungarie domino nostro in concambium dans confectum, petens, quod quia propter vanos et dubios viarum euentus id priuilegium in districtum vbi dicte possessiones existunt in specie transmittere non auderet, metas earundem possessionum in eodem priuilegio expresse contentas litteris nostris inseri faceremus; quarum cursus sicut in eodem priuilegio vidimus hoc ordine distinguunter: Prima meta tenet Chychan, incipit ab oriente de aqua, que inde vadit versus occidentem diuidendo metam cum terra Okych et egrediens ad aquam Brezwycza tendit versus occidentem ad magnam kercum(f), deinde ad aliam kercum vbi diuiditur de terra Cupzyn, hinc progrediens vadit versus orientem diuidendo cum Janzlo et tendens ad metam terream cadit in aquam Odra, per quam vadit versus orientem diuidendo cum terra comitis Petri filii Jurk et sic redit ad metam priorem. Prima vero meta terrarum Crowarzka(!), Pezenycza(!) et Cupzyna, que simul adiacent, incipit versus occidentem ab aqua Bwna diuidendo cum terra Craion, deinde versus orientem diuidendo cum terra Booru, hinc progrediens tiiuidit cum terra Petri filii Jurk, inde vadit versus meridiem per viam loci que transiens per mediam siluam separat terram Bauzlo et cadit in aquam Lekelnyk, per quam tendit ad meridiem diuidendo cum terra Templariorum de Gora et vadit ad arborem fagum, hinc per medium montem tendit versus orientem dividendo cum terra ecclesie de Toplyca, cuius montis est nomen Pomigno, inde vadit versus meridiem tenendo metam cum eadem ecclesia tendensque ad radicem eiusdem montis, vbi oritur fons nomine Kroworska (!) vadit per eundem versus meridiem tenendo metas cum eadem ecclesia et cadit Culpam, inde vadit versus occidentem diuidendo cum terra

Bobynyz et tendens in aquam Culpschyna separatur de Myrizlo, de occidente vero separatur de terra Samar et tendens ad aquam Breznycza vadit ad terram Samar, deinde ad aquam Skopsyncz, inde vadit versus occidentem tenendo metas cum Samar, tendit ad aquam Sparen,. inde progrediens separatur de terra Petri filii Gwrk et vadit ad montem Pomigno et ibi est quercus pro meta, sub quo oritur quidam fons Lexyzycza, que cadit in aquam Krowaska(!), Krowaska vero vadit versus meridiem dluidendo cum sepedicto Petro et—eadit in Culpam sicque terminantur. Nos igitur ad iustam peticionem dicti bani ipsas metas nil addendo nil diminuendo presentibus inseri fecimus et sigillo nostro consignari. Datum in Wyssegrad, feria secunda proxima post dominicam esto rnihi, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo.

Is listine kaptola zagrebačkog od 22. marta 1328. prepisane po istonr kaptolu £• 1504. i 1533.

Original potonjeg prijepisa od g. 1533. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 132 S.

312.

1328., 22. februara. U Križevcima.

Pred županom križevačkim Stjepanom odredjuje Beke sm Junkov,. da njegov posjed Vrbovac, koji sada posjeduje u zajednici s Poanom sinom Ivanovim, po smrti njegovoj zapadne rečenog Ivana.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani comes Crisiensis significamus quibus expedit vniuersis, quod Beke filius Junk a parte vna, Johannes filius Johannis filii Junk ab altera personaliter coram nobis constituti, idem Beke porcionem possessionis sue Vrbouch vocate ipsum contingentis cum silua et aliis vtilitatibus suis confessus est se dedisse et contulisse predicto Johanni et per eum suis heredibus heredumque successoribus iure perpetuo et inreuocabiliter possidendam pro expensis, quas idem Johannes fecit pro reinueniendis omnibus possessionibus eorum, exceptis quatuor iobagionibus in eadem possessione existentibus, quos vsqe vitam idem Beke possidebit simul cum porcione silue ipsum contingentis, quam in communi similiter vsque vitam cum predicto Johanne possidebunt, post decessum autem suum ad manus ipsius Johannis vel filii sui deuoluetur pleno iure. Datum in Crysio, secunda. feria proxima post dominicam inuocauit, anno domini M. CCC. XX°* octauo.

Iz prijepisa kaptoia zagreb. od 1. maja 1335. što ga ponovno prepisao :isti kaptol 25. marta 1375.

Original potonjeg prijepisa u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1328.

313.

1328, 26. februara. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže kaptolima zagrebačkom e caz- •manskom, da obadju medje posjeda Cića, Pešćenice, Kravarskoga, Jamnice i Kupčine, što ih je dobio od Ivanovaca u zamjenu za imanja StarSu i Trnavu.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis Zagrabiensis et Chasmensis ecclesiarum capitulis salutem et gratiam; cur(!) vir religiosus frater Philipus prior ordinis Cruciferorum sancti Johannis Hyerosolimitani vice et nomine eiusdem ordinis cum sufficienti procuratorio quasdam possessiones Chychan, Peschenycza, Krawarska, Jamnycza et Kwlpchyna vocatas inter Zawam et Kwlpam existentes mediante priuilegio suo efficaci in concambium et permutacionem quarundam posses sionum nostrarum Ztharcha et Thornowa vocatarum in comitatu de Posegga(!) existencium nobis perpetuo dederit et contulerit, nosque easdem sub certis metis et nouis distinctionibus habere et recipere volumus de eisdem fidelitati vestre precipimus per presentes, quatenus vestros homines idoneos pro testimonio transmittatis, in quorum presencia Jacobus filius Wlkozlo, Johannes dictus Wythez filius Iwan et Phyle de Koznycza homines nostri conuocatis commetaneis et vicinis earundem possessionum, metas ipsarum, quarum metarum cursus de priuilegio, cuius vigore dictus ordo sancti Johannis easdem possessiones tenebant et possidebant ad manus nostras assignato in litteris venerabillis patris •domini Ladizlai archiepiscopi Qolocensis transscriptas, eoque idem priuilegium in specie illa nequiuimus transmittere, videbitis, distinguant et renouent, et si qui in distinctione ipsarum metarum et renouacionibus contradictores existerint, eos ad nostram presenciam litteratiue euocent ad terminum conpetentem de suis contradictionibus rationem reddituri,(!) post hec tocius facti seriem cum cursibus metarum nobis fideliter res- •cribatis. **Batum** in Wyssegradh(!), feria sexta proxima ante dominicam rreminiscere, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo.

Iz listine kaptola zagrebačkog od 22. marta 1328., prepisane poistom kapiolu g. 1504, i 1533.

Original potonjeg prijepisa od g. 1533. u arhivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1328.

314.

1328, 17. marta. U Sani.

Toma župan sanski vraća Mirku od Pobrežj'a njegov posjed Pobrežje.-

Nos Thomas filius -Andree comitis, comes de Zana vice magistri Pauli filii comitis Myhalch, et duo iudices per dominum Mikech banum deputati: comes Petros filius Petk et comes Borounia significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Emricus de Pobresya possessionem suam Pobresya vocatam, quam Georgius filius Mark filii Drugauch vy(!) et manu violenta occupauerat, iure iudiciario dictus Emricus coram nobis et vniuersorum nobilium de Zana obtinuit et lucrauit, quam dictam possessionem predicto Emrico statuimus et heredibus suis, heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac irreuocabiliter possidendam et habendam sub metis et terminis, prout antea tenuit et possedit. Cuius quidem possessiohis mete taliter distinguntur, prout magister Jacobus canonicus ecclesie Zagrabiensis et homo noster reambulauerunt: Prima meta incipit a rivulo Lubena, deinde vadit in Goricham, que est in medio, deinde vadit in vnam siccam vallem vorsus occidentem, deinde transit magnam viam et venit ad vnam metam terream versus occidentem, deinde vadit ad vnum rivulum Dolgi vocatum et transit eundem rivulum, deinde vadit supra ad vnum berdech et venit ad vnam metam terream versus occidentem, [deinde] venit ad viam ad duas metas terreas, deinde venit ad vnam fossam, deinde venit ad vnum locum palacii, deinde ad portum in fluuium Zane, cuius quidem fluuii vsque in Lubyna(!), cuius medietas est [dicjti Emrici et ibi terminantur dicte mete. Pristaldus ad hoc deputatus Radizlaus de Gradna. In cuius rei memoriam et robur perpetue firmitatis, [ut] optineat, sigillis duximus roboratas(l). Datum in Zana, feria quinta post dominicam letare, anno domini M°CCC° XXVIII».

Original u arkivu zagreb. kaptola: Acta capit. antiqua (neuredjeno).

Na hrptu listine vide se tri pritisnuta pečata, kojima bijaše listina zatvorena.

315.

1328, 20. marta. **U Avignonu.**

Ivan XXII. papa povjerava Stjepanu nekoč hvarskomu biskupu upravu samostana sv. Petra izvan zidma grada Raba.

Johannes episcopus servus servorum dei: Venerabili Tratri Stephano •episcopo olim Farensi, administratori in spiritualibus et temporalibus monasterii sancti Petri extra muros Arbenses ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Inter solicitudines varias, quibus assidue premimur, illud potissime continua nos pulsat instancia angitque propensius mentem nostram, ut circa monasteriorum omnium et ministrorum dei, presertim officio pontificali fungentium statum, sic vigili et solerti solicitudine intendamus, ut ipsorum m.onasteriorum utilitatibus et eorumdem ministrorum necessitatibusj quantum nobis ex alto permittitur, per apostolice sedis providenciam salubriter consulatur. Cum itaque tu dudum oneri regiminis ecclesie Farensis, cui tunc preeras, ex certis rationabilibus causis per procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum in nostris manibus cesseris tua sponte, nosque cessionem huiusmodi auctoritate apostolica admittentes, te a vinculo, quo eidem tenebaris ecclesie, duxerimus de apostolice potestatis plenitudine absolvendum, nos attendentes, quod tu non habes iuxta episcopalis status et persone tue decenciam, unde possis commode sustentari, ac propter hoc necnon tuarum grandium virtutum merita, quibus personam tuam dominus insignivit, ad te compassionis animum convertentes; ac attendentes, quod monasterium sancti Petri extra muros Arbenses ordinis sancti Benedicti, quod in patriarchatu Gradensi consistit, et adhuc quod abbates, qui ei prefuerunt pro tempore, consueverunt per electionem assumi, per obitum sultimi ipsius monasterii abbatis, qui in partibus ilhs diem clausit extremum, vacat ad presens, de cuius ordinatione nullus preter nos se •hac vice intromittere potest, pro eo quod nos diu ante vacationem huiusmodi provisiones omnium monasteriorum in patriarchatu Gradensi • consistentium, ad quorum regimina abbates, qui eis prefuerunt pro tempore, consueverunt per electionem assumi, tunc vacantium et vacaturorum inantea ordinationi et dispositioni nostre et sedis apostolice usque ad nostrum et ipsius sedis beneplacitum duximus specialiter reservandas, decernentes extunc irritum et ina.ne, si secus de illis a quoquam quavis .auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari; volentes quo•que tam tuis necessitatibus, ne in pontificalis dignitatis obprobrium egere .cogaris, quam eidem monasterio, ut utilis gubernatoris presidio fulciatur,

iuxta officii nostri debitum salubriter et utiliter providere, monasterium ipsum cum omnibus iuribus et pertinenciis suis in spiritualibus et temporalibus usque ad eiusdem sedis beneplacitum de fratrum nostrorum consilio tibi auctoritate apostolica commendamus, administrationem plenam et liberam dicti monasterii et bonorum ipsius, necnon curam et gubernationem eiusdem ac membrorum, ecclesiarum et locorum omnium iurisdictionum et iurium eiusdem monasterii in eisdem spiritualibus et temporalibus per te vel alium exercendas et gerendas tibi tenore presentium committentes, ita quod de fructibus, redditibus et proventibus eiusdem monasterii ordines et disponas, ac si verus abbas monasterii existeres prelibati,, alienationem tamen bonorum immobilium dicti monasterii tibi penitus interdicta. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus curam et administrationem ac gubernationem huiusmodi sic geras solicite et prudenter, circa recuperationem et defensionem iurium monasterii, ecclesiarum et locorum ipsorum studium attente solicitudinis adhibendo, quod a retributore bonorum omnium eterne retributionis premium assequi merearis, nosque devotionem tuam possimus propter hoc dignis in domino laudibus commendare. Datum Avinione, XIII. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

In eodem modo. Conventui monasterii sancti Petri extra muros Arbenses ordinis sancti Benedicti, universis vassallis eiusdem monasterii, . . . comiti et communi civitatis Arbensis et . . . episcopo Arbensi.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 228. str. 172.—173. Iz reg. an. XIII. par. 2. ep. 1943.

316.

1328, 22. marta. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački daje na znanje, da je po nalogu kralja Karla od 26. februara 1328. obašao medje imanja Cića, PeSćenice itd.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod curri nos litteras excellentissimi principis domini Karoli dei gracia illustris regis Hungarie reuerenćia qua decuit recepissemus in hec verba: *(Vidi listinu kralja Karla od' 26. februara 1328.)* Nos autem mandatis sue excellencie obedire cupientes cum predictis Jacobo filio Wlkozlo, Johanne dicto Wythez filio Iwan et Phyle de Koznycza hominibus suis discretum virum magistrum Bartholomeum

socium et concanonicum nostrum ad premissa duximus pro testimonio destinandum, qui quidem homines sui et dictus socius noster demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod iuxta mandatum sue maiestatis et consuetudinem regni approbatam conuocatis commetaneis et vicinis et in nullo contradicentibus preter Arlandum filium Nicolai, qui de quadam particula possessionaria Lequenyk vocata distinctioni ipsarum metarum contradixit, quem quidem dicti homines sui ad octauas beati Georgii martiris, proxime venturas rationem reddituram ad suam presenciam euocauerunt, dictas possessiones per veteres et antiquas metas reambulando easdem innouarunt modo et ordine infrascripto: Prima videlicet predicte possessionis Chychan incipit ab oriente de aqua sua, inde vadit versus occidentem in vicinitate terre castri Selyn et egrediens ad aquam Brezenycza tendit versus occidentem per magnam viam in magno spacio vsque ad metas filiorum Pycenta olim, que extitit Culpchyn, inde reflectitur ad septentrionem per terras arabiles ad duas metas terreas, ab hinc ad meridiem in bono spacio cadit in aquam Chychan, per quam tendens vadit in aquam Odra, per quam vadit versus orientem tenens metas cum Johanne filio Iwan, in magno spacio exit vero ibi fluuius Sylena vocatus intrat Odram vbi tenet metas cum Petro et Stephano filiis Lwkach, que condam fuit Petri filii Gwck, ab hinc regreditur ad occidentem et venit ad priorem metam ibique terminatur, Item, mete predictarum quattuor possessionutn, videlicet Krawarzka, Jamnycza, Peschenycza et Culpchyna hoc ordine distinguuntur: Prima meta incipit circa quandam viam vbi sunt due mete terree supra caput cuiusdam vallis Thrysthych vocate, vbi est arbor hasfa cruce signata a parte septemtrionali et descendit in fluuium Bwna a parte occidentali, tendit ad orientem tenens metas cum filiis' Wlkota iobagionibus castri et' generacionis eorundem et circuit per eundem fluuium semper circa metas iobagionum castri predictorum, inde exit vbi Bwnycza fluuius intrat in predictum fluuium iuxta monticulos ad partem meridionalem et tendit per viam Poy dictam per arbores continuatas cruce signatas cadit in fluuium Lyquenyk(l) vbi est arbor haas tenens metas cum Johanne Wythez filio Iwan, inde tendit ad meridiem supra predium Polona vbi exit iterum ad meridiem in magno spacio circuens siluas per arbores continuas cruce signatas tenens metas cum terra Cruciferorum de Gora vsque ad metas terre abbatis de Thoplyca, inde ascendit montem Pomneno per magnam viam tenens metas semper cum terra abbatis de Thoplyca venit circa montem vbi oritur fons nomine Krawarzka, inde vadit per eundem versus meridiem tenens metas cum predicto abbate inde cadit in Culpam, ab hinc ascendit et tendens venit ad aquam Culpchyna, inde per eandem vadit supra. et tendit in fluuium Breznycza

versus meridiem tenens metas semper cum terris castri de Okych, inde venit ad aquam Kwpynyk, ab hinc iterum versus occidentem tendit ad aquam Pezaryewo, inde progrediens supra ad occidentem venit per viam ad arborem thewl, que est circa viam vulgo prykrysye vocatur, ibi tenens metas cum predictis iobagionibus castri, ab hinc regreditur per viam et venit ad arborem aliam magnam thewl vocatam, inde reflectitur ad occidentem et venit ad arborem cher vocatam ad metam terream super caput Lochylnycza, ab hinc descendens semper per eandem aquam tendit in aquam Krawarzka, inde per eandem aquam Krawarzka venit supra in magno spacio ad montem supra domum Elie iobagionis castri circa quandam mlakam, inde reflectitur et tendit ad montem per arbores cruce signatas venit ad magnam viam vbi est terrea meta, inde per eandem viam vadit ad arborem thewl cruce signatam, ab hinc ad duas metas terreas superius nominatas, ibique terminatur. Presentibus eciam tenorem litterarum reuerendissimi condam domini Ladizlai archiepiscopi Colocensis superius nominatarum, cursus dictarum metarum continentes, de verbo ad verbum duximus inserendum. Qui quidem talis est: *(Slijedi listina nadbiskupa Ladislava od 15. februara 1328.)* Nos eciam ad instante(l) eiusdem domini Mykch bani omnia premissa presentibus inseri nostrique sigilli apposicione fecimus consignari. Datum feria tercia proxima ante dominicam ramis palmarum, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo.

Iz prijepisa kaptola zagrebačkoga od g'. 1504. ponovno prepisana po istom kaptolu 1533.

Original potonjeg prijepisa od g. 1533. u arkivu jugoslavenske akademije u Za^rebu. Diplomata a. 1328.

317.

1328, 26. marta. U Stolnora Biogradu.

Kaptol stolnobiogradski prepisufe na molbu biskupa zagrebačkoga Ladislava listinu kralja, Karla od g. 13 . .

Nos capitulum ecclesie Albensis significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod magister Andreas notarius et procurator venerabilis in Christo patris domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis litteras patentes excellentissimi principis domini Karoli dei gracia incliti regis Vngarie tenoris infrascripti, petens nos vice et nomine predicti domini sui deuote et attente, vt tenorem earundem de uerbo

ad uerbum nostris Htteris patentibus transcribi faceremus. Quatum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od g. 13 . .)* Nos igitur peticionibus eiusdem magistri Andree procuratoris et notarii dicti domini Ladizlai episcopi Zagrabiensis vice et nomine eiusdem domini sui factis annuentes, predictas litteras patentes ipsius domini nostri regis non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte uiciatas de uerbo ad uerbum nostris litteris presentibus transcribi fecimus, ac apposicione sigilli nostri communiri. Datum sabbato proximo ante dominicam ramispalmarum, anno domini MCCCXXVIII°.

Iz koaeksa: Liber priuil. ep. Zag. list. 22.
Kodeks ti ark. nadb Zagreb. I. B. IX. 167.

Ova listina sadržaje neku listinu Karlovu, nu nije moći ustanoviti koju. Prepisač njezin upuczye nas na list 7.; nu oudje nema nijedne listine Karlove, veli, da se nalazi fiod znakom —ffl-, taj znak se nalazi doduše na listu 16., gdje ima i jedna Karlova listina od 2. juna 1319., ali poietak te listine ne slaže se s poeetkom ove neznane listine Karlove, koji glasi:

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis -vniuersis bano pro tempore constituto uel eius vices gerentibus nec non castellanis uel officialibus eorum ac populis seu hospitibus pertinentibus ad eos, castellanis suis propriis uel hospitibus sub ipsorum potestatibus constitutis, ciuibus Grecensibus et aliis cuiuscumque status, preeminencie, dignitatis et condicionis hominibus etc.

Sr. listinu u Tkaleića Mon. civ. Zag. I. 125. od g. .1328. 10. aprila, koja ima ovaj isti početak. Po tom jest sigurno, da ova listina stolnobiogradskoga kaptola ide najprije u godinu 1329. — Vidi i listinu našu pod br. 320.

318.

1328, 28. marta.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje povelju Mikića bana danu sinovima bana Stjepana Babonića.

[Kjarolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salratore. Favorabilis supplicantium petitio plenum debet consequi effectum, ut dum ea, que iuste postulant, promerentur, ad opera fidelitatis exercenda magis eorum devotio accendatur. Proinde ad uni-

versorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Georgius, Johannes, Dionysius et Paulus filii Stephani quondam bani ad nostram accedentes presentiam, exhibuerunt nobis patentes literas Mykch bani totius Sclavonie et comitis Simigiensis, dilecti et fidelis nostri, confectas super habita ordinatione et conventione inter ipsos filios Stephani bani, restituentes nobis castrum Stenisnak vocatum, et inter ipsum banum, nostro nomine assignantem et dantem eisdem castrum Monozlou nominatum cutn possessiombus ad id spectantibus et relinquentem eisdem quasdam possessiones in tenore earundem literarum expressas, supplicaveruntque nostro culmini humiliter, ut easdem literas seu ipsam ordinationem Mykch bani ratas habere et acceptas *et* nostro dignaremur priuilegio confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina bana Mikie'a od 16. septembra 1327.)* Nos itaque, qui ex innata nobis benignitate misereri potius novimus quam ulcisci, cum pulchrum vindicie genus estimemus subditis ignoscere delicta, ubi nos putamus posse punire, licet autem prefati Georgius, Johannes, Dionysius et Paulus filii Stephani bani huper ad falsas quorundam nostrorum infidelium suggestiones a fide et devotione nostri nominis deviaverant, tamen quia postmodum iidem ad fidelitatem nobis et sacre corone debitam redeuntes, nostre misericordie gratiam mediante predicto Mykch bano humiliter implorarunt, attendentes quippe ipsorum devotionis integritatem et fidei puritatem, quam ad nos ipsos habere cognoscimus, precibus presertim predicti Mykch bani intervenientibus, p^refatas patentes literas eiusdem Mykch bani non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte vitiatas de verbo ad verbum presentibus insertas, seu ordinationem et conventionem eandem in omnibus suis clausulis approbamus, acceptamus, ratificamus et de prelatorum ac baronum nostrorum consilio et consensu presentis scripti patrocinio perpetuo valituras ex certa scientia confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras privilegiales novi et authentici sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree prepositi ecclesie Albensis et aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, quinto kalendas aprilis, regni autem nostri anno similiter vice--simo octavo; venerabilibus in Christo patribus dominis Bolezlao Strigoniensi locique eiusdem comite perpetuo, et fratre Ladizlao Colocensi, aule nostre cancellario archiepiscopis, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio de sancto Ireneo, Ladizlao Quinqueecclesiensi, fratre Petro Boznensi, Iwanka Waradiensi, Andrea Transsilvano, Laurentio Waciensi, Henrico Wesprimiensi et aule domine regine cancellario, Chanadino Agriensi et Ladizlao Zagrabiensi episcopis, ecclesias dei feliciter

gubernantibus; magnificis viris Mykch bano totius Sclavonie et comite Symigiensi, Thoma vayvoda Transsilvano et comite de Zonuk, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi, Paulo iudice curie nostre, Johanne bano de Machou et comite Sirmiensi, de Wolkou, de Bodrog et de Barana, Johanne magistro tavarnicorum et Desew iudice curie predicte regine, Stephano agasonum et Dionysio dapiferorum nostrorum magistris, Nicolao comite Posoniensi, aliisque quampluribus comitatus regni nostri tenentibus et honores.

Thalloczy-Barabas. Cod. Blag. 103.—104.

319.

1328, 31. marta. 0 Zadru.

Cresce de Grubogna potvrdjuje Marinu de Peloso -plebanu sv. Styepana u ZadrUf da mu je namirio dug.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indicione decima, die ultimo mensis marcii, Jadre. Tempore ddmini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basillii egregii comitis. Confiteor ego quidem Cresce de Grubogna, ciuis Jadre, me recepisse a te Marino de Peloso, plebano sancti Stephani de Jadra, illas libras centum denariorum paruorum, quas mihi soluere tenebaris in festo pascatus proxime futuro per publicum instrumentum, scriptum die secundo mensis octobris proxime preterito per notarium infrascriptum, pro terra ad Drenouac, quam uendidi (Janino, nepoti tuo. Quare ego predictus Cresce per me meosque heredes et successores plenam securitatem facio tibi plebano predicto tuisque successoribus de ulterius non petendo predictas libras centum uel aliquid aliud occasione ipsarum, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra, super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris, et pena soluta uel non, hbc presens instrumentum securitatis pro modo predicto semper firmum existat. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo de Sloradis et Grisogono condam Francisci de Zadulinis, ciuibus Jadre et aliis.

v:: *(Drugi rukopis).*

•*: ' f Ego Nicolaus Madii Galleli iudex examinator examinaui.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Ori^inal u gubernijal. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole tr. 132.

320.

1328, 10. aprija. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski odobrava odredbe Mikića bana glede plačanja desetine.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis bano tocius Sclauonie pro tempore constituto, vel vices eius gerentibus, necnon castellanis suis et officialibus eorum aut populis seu hospitibus pertinentibus ad eundem, castellanis suis propriis vel vices suas gerentibus vel hospitibus sub ipsorum potestatibus commorantibns, civibus Grecensibus et aliis cuiuscumque status, preeminencie, dignitatis et condicionis hominibus, eciam nobilibus in dyoecesi Zagrabiensi constitutis, quibus presentes ostenduntur, salutem et graciam. Venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus dei gracia episcopus Zagrabiensis, dilectus et fidelis noster, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis privilegiales literas Mykch bani tocius Sclauonie et comitis Simigiensis, in quibus vidimus eundem banum statuisse, ut a vobis universis et singulis deci me predicto domino episcopo et ecclesie sue persolvi debeant, tali modo, ut decima pars in specie omnium agnorum, edorum et apum, item frumenti, siliginis, avene, ordei, milii et cuiuscumque alterius bladi in orreis, decima vero pars vini in cellariis; omnium autem harum rerum predictarum decime, si domino episcopo vel eius ecclesie procuratoribus placuerit, secundum valorem redimantur per eosdem. Item, decima -pars porcorum annualium et infra, dicto domino episcopo et ecclesie sue ad requisicionem decimatorum suorum persolvantur. Cumque idem dominus •episcopus nostro culmini supplicaverit, ut huiusmodi constitucionem et ordihacionem predicti Mykch bani de solucione ipsarum decimarum factam, ratam habendo et acceptam, ipsas decimas solvi sibi et dari de benignitate regia mandaremus. Nos qui ex debito suscepti nostri regiminis ecclesias in regno nostro constitutas in suis iuribus confovere debemus, precibus eiusdem domini episcopi benigne inclinati, premissam •constitucionem et ordinacionem dicti Mykch bani ratam habentes,

gratam et acceptam, fidelitati vestre firmiter et districte precipimus per presentes, quatenus decimas dicto domino episcopo et ecclesie sue a vobis provenientes, premisso modo, decimam scilicet omnium agnorum et edorum atque apum, frumenti, siliginis, avene, ordei, milii et cuiuscumque alterius bladi in orreis, vini autem in cellariis, ac porcorum annualium et infra, dando, facta dicacione, ad requisicionem decimatorum suorum annis singulis persolvere debeatis et aliud facere nullo modo presumatis. Quicumque autem vestrum secus facere presumpserit, contentam in predictis literis bani et propterea ordinatam penam incurrat. Presentes autem cum nobis fuerint reportate, nostro privilegio confirmabimus. Datum in Wysegrad, in octavis pasce domini, anno eiusdem MCCCXXVIIL

Liber privil. eppatus Zagr. fol. 19.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 3. 301—303. i VIII. 7. 303.-203.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 125.—126.

321.

1328, 20. aprila. U državi Austrije.

Bertrand Rotundo, ubirač papme desetine odredjuje, da se obustavi postupak radt, desetine poveden protiv koludrica sv. Klare u Zadru do osmine duhova, a dotle imadu one uznastojati, da uu dostave sve spise u tof stvari.

Hoc est exemplum et transcriptum literarum reuerendi domini Bertrandi Rotundi, collectoris sanctissimi domini, domini Johannis XXII. summi pontificis, quarum tenorem de uerbo ad uerbum ego infrascriptus notarius vidi, legi et nunciaui coram discretis fratribus et dominis Dominico inquisitore heretice prauitatis, fratre Michaele custode Ystrie, Leonardo guardiano Justini, Bernardo de Castro notario, Simone de Tarsia et Mengosio notario, nichil addens, nichilque minuens, cuius tenor talis est: Bernardus(l) Rotundi Vinariensis canonicus, apostolice sedis nuntius, collector decimarum et fructuum a sanctissimo patre et domino Johanne, superna prouidente clemencia papa vicesimo secundo, vna cum aliis in Aquilegensi et Gradensi patriarchatu in solidis deputatus, reuerendo patri in Christo, domino Johanni dei et apostolice sedis gracia archiepiscopo, salutem et nostris ymo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Cum auctoritate apostolica plures processus fecerimus(!) contra religiosas dominas moniales ordinis sancte Clare vestre-

Jadrensis diocesis, quorum processuum solum nudam exequ[u]tionem tanquam subie[c]to et deuoto dicte sedi apostolice vobis per nos fuit comissa, nuncque ad suggestionem dictarum dominarum nobiles et potentes viri domini Andreas Basilius comes, iudices et comune dicte ciuitatis pro ipsis dominabus nobis suas direxerunt preces, vt cum, prout assueuerunt consulti per plures peritos, prefatas dominas pretextu dictorum processuum fore per nos minus debite agrauatas, eorum intuytu, ac iusticie cultu dictum grauamen deberemus -mediante iusticia reuocare et indempnitati dictarum dominarum super hiis cum debita mansuetudine prouidere, et licet prima facie non obstantibus quibusoumque exibitis(l) et productis pro dictarum dominarum parte, salua meliori et sentencia veriori easdem in aliquo non releuetur. Volentes propter reuerenciam et afectionem dictarum dominarum et iuris prompjssionem plene deliberare cum peritis, ideo requisitioni et suplicationi eorum contemplatione in hac parte anuere volentes, exequ[uJtionem dictorum processuum suspendimus et suspensam esse uolumus per presentes hinc ad octauas festi pentecostes proxime venientis, predicentes dictis dominabus, ut interim prouideant atque curent, quod omnes raciones et allegationes iuris et facti, ex quibus adiuuare se intendunt, nobis debeant destinare et eciam assignare ad finem, quod cum eis plene deliberare valeamus, mediante consilio peritorum, quid agendum sit super reuocatione uel moderactione(l) processuum aut ipsorum annulitatis declaractione(l) et discernere cum iusticia prout dictauerit ordo iuris In cuius rey testimonlum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum in ciuitate Austrie(f), anno a natiuitate domini millesimo CCC° vicesimo octauo, XI. indictione, mensis aprilis vicesimo, pontificatus eiusdem domini nostri pape anno duodecimo. In cuius rei fidem ego Ingalpernus de Vida de Justino, imperiali auctoritate notarius notam et signum meum consuetum apposui, anno domini millesimo CCC° vicesimo octauo, XI. indictione.

(Signum not.)

Original u guber. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole no. 133.

322.

1328, 24. aprila. U Zagrebu.

Pred zagrebačkim kaptolom prodaju neki plemici iz Bemovca svoj fiosjed Psanu za dvadeset maraka Mateju sinu Kristanovu iz Bernovca.

[CJapitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Georgius filius Johannis, item Banfa filius Stephani pro se et pro Marco filio Iwanka proximo suo nobiles de -Bernouz ex vna parte, Mathey filius Cristani similiter nobilis de eodem Bernouz ex altera coram nobis personaliter constituti, iidem Georgius et Bamfa(!) quandam possessionem ipsorum hereditariam Psana uocatam metis distinctam infrascriptis confessi sunt se de consensu et permissione omnium vicinorum et commetaneorum suorum vendidisse, tradidisse et assignasse antedicto Mathey filio Cristani et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus cum omnibus suis vtilitatibus perpetuo possidendam, tenendam et habendam, pro viginti marcis bonorum denariorum banalium, receptis ab eodem plenarie, sicut dixerunt; predicte autem possessionis mete, prout nobis Benedictus clericus prebendarius noster, quem ad reambulandum ean•dem miseramus, cursum ipsarum in scriptis reportauit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a fluuio Psana ubi est portus filiorum Wlkyne et tendit uersus meridiem per vnam siccam vallem usque ad quandam viam puplicam ubi est meta terrea, deinde transiens viam procedit per vnam semitam ad vnam arborem hracia uocatam, inde tendit ad vnum riuulum Chaplynpotok uocatum, ubi est arbor egurfa cruce signata, deinde tendit ad vnum monticulum circa magnam viam, deinde tendit per eandem viam supra vineam Petri filii Prekanigh, inde tendit supra incultas vineas ad dumum raquita uocatum, inde procedit ad vnum puteum Breztoui izdenech uocatum et per. meatum dicti putey tendit in predictum fluuium Psana et per eundem infra desscendendo venit ad priorem metam ibique terminatur. Obligantes se nichilominus predicti venditotes expedire predictum Mathey et heredes suos ab omni, si quam racione dicte possessionis per quempiam in futurum oriri contingerit questione. in propriis ipsorum laboribus et expensis. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes contulimus litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Georgii martiris, anno domini millesimo CCOXX° octauo.

Original zi kr, ngar. drž. arkiim u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.738. — Stara signatura N. R. A. fasc. 1535. no. 21.
Na listini visi modra svilena vrvca bez pečata.

323.

1328, 1. maja. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj u<(arski i hrvatski daje obići sve granice ftosjeda biskupije zagrebatke.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Albensis salutem et graciam. Quia cause ecclesiarum per morosas citaciones plerumque periclitari contingunt, fidelitati vestre firmiter precipimus, quatenus quandocumque et quocienscumque a data presencium per anni circulum per dominum Ladizlaum dei gracia episcopum Zagrabiensem et capitulum eiusdem ecclesie et eorum procuratores fueritis requisiti ad citaciones, inquisiciones, prohibiciones, recaptivaciones et reambulaciones possessionum, ac ad alia omnia prosequenda, que in talibus processibus iuxta regni consvetudinem fieri consveverunt, vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Jacobus aule nostre thavarnicus, vel Iwahen filius Thome filii Beriuoy de Garygh, homo noster, omnia premissa et singula premissorum exequatur iuris ordine observato, et post hec tocius facti seriem quociens necesse fuerit et videritis expedire, tociens nobis in vestris litteris fideliter rescribatis. Datum in Vyssegrad, in octavis beati Georgii martiris, anuo domini MCCCXXVIII.

Liber stat. cap. Zagrab. p. IV. cap. IV.
Fejer Cod. dipL Hung. VIII. 3. 333.—335.
Tkatčić Monum. episcop. Zagrab. II. 116.
Tkatčić Mon. civ. Zagr. I. 126.

324.

1328, 13. maja. U Zadru.

Canin de Peloso prokurator Petra de Visentina z Ivan kožar obvezuju se fiokorih se presudi mirovnoga suda, izabranog radi riješenja njihove prepirke zbog cijene jedne kuće, koju je kupio Petar od Ivana.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo octavo, indicione vndecima, die terciodecimo mensis maii, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Bassiglii egregii comitis. (Janinus filius condam (Jerni de Peloso, ciuis Jadrensis procuratbr Petri magellerii condam Bertaldi de Visentina ciuis Jadrensis, per instrumentum de procuracione scriptum per Stephanum Petri pictoris notarrium(l) Jadrensem, die quarto exeunte marcii proxime preteriti, Jadre, procuratoris nomine ipsius ex vna parte, et Johannes peliparius condam Drasilli Jadrensis ex parte altera, conpromiserunt se et dimiserunt in discretos viros Marinum plebanum sancti Stephani de Jadra, Leonardum de Petrogna, Johannem Thadei Contareni et Dessam Marangonum protomagistrum condam Johannis scutarii, eorum iudices arbitros, arbitratores et amicabiles conpositores de questione, quam habent dicte partes ad inuicem occasione precii vnius domus, quam idem Johannes uendidit eidem Petro per instrumentum publicum, quod est in deposito, et quia idem Petrus uellet esse securus de emcione ipsius domus. Vnde dicte partes dederunt ipsis iudicibus arbitris et maiori parti ipsorum plenam potestatem et hberum arbitrium inter ipsas partes conponendi, terminandi, sentenciandi, diffiniendi et arbitrandi, laudandi et pronunciandi diebus feriatis et non feriatis, partibus presentibus et absentibus, iuris ordine seruato et non seruato, promittentes dicte partes et se obligantes ad inuicem altera alteri nomine quo supra, et vniuerse stare, parere, obedire et obseruare omni eorum sentencie, pronunciacioni, laudo et arbitrio, quod et quam inter ipsos fecerint, dixerint et quoquo modo de predictis fuerit arbitratum, sub pena soldorum viginti grossorum soluenda per partem contrafacientem parti obseruanti, instrumento presenti et laudo ferendo et vnoquoque ipsorum firmis manentibus. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Martino plebano sancti Petri noui, et Johanne presbitero plebano sancti Mathei Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

\ Ego Matheus de Nassis iudex examinator manum misi.

Ego Marinus Simonis de Saracho imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signuiu not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio saviost. sv. Nikoie. br. 134.

325.

1328, 24. maja. U Viiiegradu.

Karlo Roberlo kralj ugarski i hrvatski nalaže, da se desetme kunovine imadu plaćati biskupiji zagrebačkoj.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis Mykch bano tocius Sclauonie, et aliis pro tempore constitutis, Cruciferis, abbatibus, comitibus, castellanis, vices eorum ger entibus, nobilibus, civibus et cuiusvis status hominibus vel condicionis regni Sclauonie, dyoecesis Zagrabiensis, salutem et graciam. Quod cum nos ad laudem et honorem sanctissimi regis Ladizlai, fundatoris ecclesie et episcopatus Zagrabiensis eandem ecclesiam et episcopatum in omnibus libertatibus et iuribus suis fovere et tenere volumus seu promisimus, prout per predecessores nostros prius et antiquitus est privilegiata et observata, sive per originalia aut confirmatoria in nostram recipimus protectionem specialem. Idcirco fidelitati' vestre universitatis firmiter et districte damus in mandatis, quatenus in nullo privilegia seu libertates prefate ecclesie, singula et universa, que in ipsius ecclesie privilegiis continentur impugnare et violare presumentes,. quinymmo in omnibus auxiliis et consiliis vestris oportunis eam in premissis debeatis confovere. Specialiter decimam partem marturinarum a multis temporibus predicte ecclesie per predecessores nostros et nobiles regni Sclauonie ordinatam pro iusticia eiusdem regni, necnon de omnibus aliis rebus decimalibus a deo vobis collatis plenarie sine diminucione, omni contradiccione postposita, dare et persolvere debeatis, aliud facere non audentes. Datum in Wysegrad, feria tercia proxima post festum penthecosten, anno domini MCCCXXVIH-

Liber privilegiorum, eppatus Zagr. fnl. 19.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 100.—101.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 126.—127.

326.

1328, 3. juna. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže kaptolu čazmanskom. da ustanovi medje posjeda Krasničanoga, koji je svojina crkve sv. Benka u Bukovici.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie de Chasma salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatenus detis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Zoyn vel Bors altero absente homo noster, metas possessionis Crasnichanoga vocate in districtu Bokouciuar existentis, quam frater Jacobus heremita prior ecclesie sancti Benedicti de eodem districtu fore ius dicte ecclesie asseruit, vicinis et commetaneis suis conuocatis per veras et veteres metas reambulando ab aliis terris separet et distingat, nouas metas iuxta veteres vbi necesse fuerit erigendo, relinquatque eidem ecclesie sub certis metis eandem perpetuo et pacifice possidendam, si non fuerit contradictum; contradictores vero si -qui fuerint, contra eundem fratrem Jacobum ad nostram citet presen•ciam ad terminum competentem, et post hec diem et locum citacionis •cum serie tocius facti et cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad, feria sexta proxima post festum corporis domini, anno eiusdem M°. CCC°. vicesimo octauo.

Iz listine čazmanskog kaptola od 9. augusta 1328., kako ju je poivrdio kraij Karlo 18. juna 1329. a prepisao sve to kaptol čazmanski 7. januara 1349.

Original posljednjeg prijepisa u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L: no. 32.761. — Stara signatura: Acta monast. Baulinorum de Bakva no. 1.

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 7, 218.—220.

327.

1328, 6. juna. U Zagrebu.

Pred zagrebačkim kaptolom prodaju Benko, Marko, Andrija, Po•vrzen, Maren i Buden od plemena Gorićkoga svoju zemlju na Donjoj Radoni za šesdeset maraka samostanu zlatskom.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternafn. Ad

vniuersorum noticiam tam presencium quatn futurorum harum serie uolumus peruenire, quod Benk filius Vratich, Marcus filius Pezk, Andreas filius Marcolphi, Pouersen filius Pribse, Maren filius Perdyak et Buden de genere Gorichensi comitatus Zagrabiensis ex vna parte, frater Guerdos ordinis heremitarum, tam pro se quam pro priore et conuentu fratrum heremitarum ecclesie beati Petri de monte Zlat ex altera coram nobis personaliter constituti, iidem Benk, Marcus, Andreas, Pouersen, Maren et Buden quandarrr porcionem seu paiticulam terre ipsorum, quam in possessione Inferior Raduna iure hereditario dinoscuntur obtinere, confessi sunt se vendidisse, tradidisse et assignasse antedicto fratri Guerdos et ecclesie beati Petri memorate et fratribus in eadem deo fa{mulan ibus], cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis perpetur [possidendum], tenendum irreuocabiliter et habendum [pro] sexaginta : aarcis bonorum denariorum banalium . dicte ecclesie et fratrum a predicto fratre Guerdos receptis dixerunt, obligantes se nichilominus predicti Benk, Marcus, Andreas, Pouersen, Maren et Buden . . . . . ores expedire predictam ecclesiam et fratres ab omni, si quam racione per quempiam processu temporis mouere contingeret questionem in propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes contulimus litteras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima ante octauas corporis domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octauo.

Original veoma trošan, u kr. zem. arkivn u Zagrebu. Doc. med. aevi. a. 1328.

Na listini visi crvena svilena vrvca bez pečala.

Na hrptu glagolska bilješka: ^List svetoga Petra gore Slatke.*

£ 328

1328, 6. juna. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački svjedoči, da je samostan sv. Petra u Zlackoj gori kupio posjed Dol.

Capitulum Zagrabiensis ecclesiae universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis salutem in domino. Ad .unjyersorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Joannes filius Petri Belz, Thomas filius Szukel et Joannes de generatione Szlath ex una parte, frater Gererdos,

•ordinis Eremitarum tam pro se, quam pro priore et conventu fratrum Eremitarum ecclesie beati Petri de monte Szlat ex altera, coram nobis personaliter constituti, idem Joannes et ceteri de parte sua prenotati cum generatione ipsorum quamdam possessionem ipsorum hereditariam DoH vocatam, confessi sunt se vendidisse, tradidisse et assignasse antedicto fratri Gererdos et ecclesiae beati Petri memoratae et fratribus in eadem deo famulantibus cum omnibus suis utilitatibus perpetuo possidendam, tenendam irrevocabiliter et habendam pro decem marcis bonorurri denariorum banalium, nomine dictae ecclesiae et fratrum a praefato fratre Gerardos plenarie receptis et integre, sicut nobis retulerunt. Huius qui•dem possessionis metae prout nobis ecclesiae eiusdem sacerdos de -Stenychnyak, vicearchidiaconus de Guerche, quem ad reambulandum eandem miseramus cursum earum in scriptis reportavit, hoc ordine distinguitur: Prima meta incipit a parte orientali apud quamdam arborem cheresnia iuxta viam a parte sinistra, ubi metae populorum de Perna connectuntur; deinde procedit versus meridiem ad antiquum locum •castri Gredech nominati, tenendo metas cum predictis populis de Perna, -dein'de procedit directe et pervenit ad metas Katteny, inde procedit versus occidentem et venit ad metas nobilium de Goricza, deinde pervenit ad viam publicam, que iacet per montem Topolovecz vocatum, ibidem auteni descendendo venit ad rivulum, ubi simul coniunguntur duae aquae Godoinicza et Cananicza vocatae. Deinde in reversione ascendit ad montem et per eundem montem veniendo tendit ad metas Petri filii Mazk, ad arborem iaszen, deinde procedit ad viam publicam, per quam itur in Goriza, et per eamdem viam procedendo pervenit ad priores metas ibique terminatur. Praeterea asseruit etiam nobis predictus ecclesiae nostrae sacerdos, quod omnes praedicti commetanei et vicini dictae possessionis reambulationem dictae possessionis ratam habentes, factae venditioni et emptioni suum cdnsensum praebuerunt. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem praesentes concessimus litteras, pendentes sigilli nostri munimine roboratas. Data feria secunda proxima ante octavas corporis domini, anno eiusdem MCCCXXVIII.

Fejer Cod dipl. Hung. VIII. 3. 316.— 318. po nekom prijepisu kako -jueli: vjeredosiojnom od g. 1364.

329.

1328, 20. juna. (U Napulju.)

Bilješka.

Karlo Robert, kralj, imenuje »Bonum Johannem episcopum Veglensein« •-—»*m* consiliarium, capellanum et familiarem«. -.- - -

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. fril. 3. p. 67.
Raeki Rad XVII!.. 228.

330.

1328, 21. juna. U Trogiru.

Općina spljetska i knez Gjuro Subić sin Pavla bana, izabiru mirovne suce: Ljudevita Maurocena i Ivana Gradonika, načelnike Šibenika z Trogira.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, XI. indictione, regnante domino Karulo Roberto rege Hungarie, ac domino nostro domino Johanne Superancio inclito duce Veneciarum, Spalatensi ecclesia vacante, tempore nobilis et sapientis viri domini Marci Secreto honorabilis comitis, ac nobilium virorum dominorum Phylippi Duimi, Andree Desse et Michoi Madii iudicum ciuitatis Spaleti die XXI. iunii. Cum discordie, lites et controuersie verterentur et essent inter magnificum et egregium virum dominum comitem Georgium natum condam domini Pauli bani pro se et eius hominibus ex vna parte, et nobiles viros Lucharum Andree, Theodosium Alberti, Petrum Camurcii et Dobralum Peruoslaui Spalatenses ciues pro comune et ciuitate Spaleti, eiusdemque hominibus et personis et eorum nomine ex parte altera, in primis de strata per ipsum dominum comitem Georgium inpedita volentibus ire Spaletum et inde redire, item de omnibus iniuriis, ex[cessi]bus, violenciis, roborarys(l) et mallis(!) quibuscumque commissis et perpetratis per dictas partes uel aliqua ipsarum contra alteram a tempore quo Spalatensis ciuitas' fuit sub protectione domini ducis et comunis Veneciarum, vsque in hodiernam diem; item de confinibus faciendis, ordinandis et determinandis inter dictas partes, de territoriis et districtibus, ac etiam de possessionibus habitis per aliquam specialem personam alicuius dictarum parcium infra confines alterius earum; de

quibus omnibus predictis et singulis predicte partes volentes ad concordiam deuenire, promiserunt et compromiserunt in nobiles viros dominos Lodoycum Maurocenum Sybenicensem, et Johannem Gradonicum Traguriensem comites presentes, recipientes tamquam in arbitros, arbitratores, amicabiles compositores et amicos comunes et bonos viros, quod ipsi possint super predictis et de predictis omnibus et singulis inter ipsas partes cognoscere, determinare, diffinire, arbitrari, laudare et precipere,. sentenciari et amicabiliter componi de iure et de facto sine strepitu et figura iuditii, de plano alte et basse diebus feriatis et non feriatis stando, sedendo sub quacumque forma et concepcione verborum semel uel pluries, vna parte presente et altera absente, dum tantum requisita, vbicumque, quocumque et qualitercumque ipsis arbitris placuerit et videbitur. Promictentes predicte partes ad inuicem quelibet earum vna alteri stare, parere et obedire omni laudo, determinationi, diffinitioni, arbitrio, precepto, sentencie et amicabili compositioni per ipsos arbitros ferende inter eas, et ipsam execucioni mandare cum effectu et non appellare, nec petere illam reducere ad arbitrium boni viri; emologantes, approbantes ex nunc omne laudum, arbitrium, preceptum, sentenciam et amicabilem compositionem per ipsos arbitros ferendum super predictis omnibus et singulis, ac si per bonos viros lata esset. Elligentes ex nunc ipsos in bonos viros et renunpciantes(!) insuper predicte partes omnibus exceptionibus et iuribus legum et decretorum auxiliis ex nunc prenominatis, habitis et expressis, quibus contra hunc contractum in aliquo facere uel venire possent, promiserant ad inuicem quelibet earum alteri predicta omnia et singula in hoc contractu contenta rata et firma perpetuo habere, tenere, adinplere, attendere et obseruare et in nullo contrafacere uel venire aliqua ratione uel causa, de iure nec de facto» sub pena trium millium librarum venetorum paruorum comitenda et soluenda per partem contrafacientem uel non obseruantem parti obseruare volenti, et sub obligatione dictus dominus comes Georgius omnium suorum bonorum et dicti Lucharus, Theodosius, Petrus et Dobralius omnium bonorum comunis et hominum Spalati, et pena. predicta commissa soluta, exacta uel non, predicta omnia et singula nichilominus rata sint et firma. Actum apud locum fratrum Minorum de Tragurio, presentibus domino Francischo de Montagnano socio comitis Tragurii, Daniele Jacobi et Petro Panarata de Tragurio testibus.

Ego Alesander Johannis Albertonis de Firmo notarius et nunc comunis Spaleti rogatus scripsi et publicaui.

h odluke L^dovika Maurocena itd. od 1. decembra 1328. u arkivu kaptola u Spljetu XVI. 1. 104.

331.

1328, 24. juna. (U Srijemu).

Kafttol srijemski uredjuje fosjed Bazakuz.

Nos capitulum ecclesie sancti Irenei. m[arty]ris memorie commendantes presencium tenore significamus quibus expedit vniuersis, quod nobilis domina Macha vocata relicta Nicolai filii Iwan, filia videlicet Anputh ex vna, item nobilis domina Annis vocata, filia videlicet eiusdem simul cuin Ladislao filio Pousa de Zala marito suo parte ab altera ad nostram venientes personaliter presenciam, per eandem dominam Macha exstitit propositum pariter et relatum eo modo, quod licet ipsa quartam partem de omnibus possessionibus et possessionariis iuribus cum iure paternali ac de Johanne filio predicti Aniputh(!) fratre suo contingentibus, iuxta aliarum litterarum nostrarum patencium nobili domine Annis filie sue extradedisset, sed quia nomina possessionum racione dicte quarte partis per ipsam extradatarum in predictis litteris nostris non continerentur, et ne super huiusmodi extradacione inter progenies mocio litis in posterum emergatur, ob hoc possessiones pro ipsa quarta pafte eidem domine Annis perpetuo possidere extradatas nominatim expressisset, ymo explanauit coram nobis: Primo videlicet in possessione Kamar, item Vrnafalua et Zelenzunhad(!) ex una parte cuiusdam loci aquosi Zelezunfos vocati, aliam similiter Zelezunhaad nec non Naradteleky cum omnibus vtilitatibus suis; super quibus videlicet possessionibus pro quarta parte assignatis iam dicti comes Lad[islau]s et domina Annis consors sua coram nobis se contentos affitmarunt. Signa autem' distinctoria inter se in Bazakuz [com]missa sic distinguuntur, videlicet: Primo incipit a parte septemtrionaly(!) super quendam locum spinosum Tuuismege dictum iuxta Surgbaza, vadit ad meridionalem partem in quandam arborem sorbelli et ab hinc per eandem plagam super quamdam viam transit per vnam siluam, peruenit ad quemdam fimatum Judasteleky vocatum, deinde flectit se ad partem occidentalem super vnam viam, que ducit ad Naradteleki predictam, deinde tendit ad Zelezunfoka, ipsamque transeundo vadit ad predictam partem occidentalem, deuenit ad quoddam fenetum Siricori dictum et ibi descendit ad quamdam viam, que ducit vsque metas nobilium de Maroth et ibi terminatur; ita tamen, quod vbique a parte meridionali pretacte domine Macha et a parte septemtrionali prefate domine Annis separat et distinguit; condicione eciam tali, si qua parcium heredum solamine carens de hac

vita decesserit, extunc talis partis porciones alteri superuiuenti remanerent perpetuo possidende. Presentes vero dum nobis reportabuntur in formam priuilegii nostri redigi faciemus. Datum in festo natiuitatis beati Johannis babtiste, anno domini millesimo CCC° XX⁰ octauo.

Iz originalnog prijepisa istoga kaptola od 26 aprila 1378. u narod. muzeju u Budimpešti, prije zbirka Jankoviceva.

Po istom izvoru s mhogo stvarhih pogrješdka: Feje'r Cod. dipl. Hung. f. IX. v. VII. 612.—613.

332.

1328, 27. jima. U Stolnom Biogradu.

Kafitol stolnobiogradski izvješćufe kralj'a o istrazi glede Medvedgrada, koj'i bi se imao vratiti biskupiji zagrebačkoj.

Excellentissimo domino suo, domino Karolo dei gracia illustri regi Hungarie, capitulum Albensis ecclesie oraciones in domino salutares. Litteras excellencie vestre cum reverencia qua decuit recepimus, hunc tenorem continentes : *(Slijedi lislina od I. maja 1328.)* Nos igitur mandatis vestre excellencie obtemperare volentes pariter et preceptis, unum ex nobis discretum virum magistrum Blasium subcustodem ecclesie nostre cum Joachino filio Thome Beriuoy, homine vestro, ad venerabilem patrem Ladizlaum Zagrabiensem episcopum et ad capitulum loci eiusdem pro faciendis inquisicionibus duximus transmittendum. Qui demum ad nos redeuntes concorditer et pari voce retulerunt, quod facta inquisicione, tam apud nobiles regni, cives civitatum regalium, communes populos, divites et pauperes, quam apud religiosos, sacerdotes et clericos regni Sclauonie, ex confessione et relacione eorumdem resciverunt, quod venerabilis pater dominus Philippus, olim episcopus Zagrabiensis et demum archiepiscopus Strigoniensis, castrum Medue, unacum capitulo Zagrabiensi in terra ipsorum, propriis sumptibus suis et suorum construxerunt et per multos annos pacifice possederunt. Tandem tempore Johannis episcopi dicte ecclesie, per Gardinum, cui castellanatum ipsius castri idem Johannes episcopus tradiderat, redditum non fuit, assumpmendo scrupulum infidelitatis et malicie; postmodum ad manus domini Andree regis in suam liberacionem, per quem detentus fuerat, est devolutum. Qui quidem Andreas rex tradidit castellanatum dicti castri cuidam Veneto, Nicole Torusto, quo mortuo, ad manus Janini, fratris eiusdem devenit; ipso eciam interempto, Marcus presbiter

canonicus dicte Zagrabiensis ecclesie, frater ipsorum Nicole et Janini, qui tunc in eodem castro morabatur, habuit castrum memoratum. Et per eundem Marcum, Stephano, Johanni et Radus filiis Baboneg fuit traditum, quamvis dominus Augustinus eciam Zagrabiensis episcopus, Marcum predictum de alienacione et filios Baboneg de recepcione legittime personaliter et per ydoneas personas ac sentencias latas inhibuisset. Datum quarto die beati Johannis Baptiste, anno domini jyrOGCXXVIII.

Lib. priv. episcop. Zagrab. fol. 66. — Farlati Illyr. sacr. V. 421. — Feje'r Cod. dipl. Ilung. Vlll.3. 333—,335. — Kukuljević Ark. za pov. jugosl. III. 84. — Tkalčić Mon. civ. Zagreb. 1. 127. —128.

333. '

1328, 13. jula. U Zagrebu.

Mikić ban odobrava zamj'enu izmedju svećenika Dionizija i gospodje Srebrne.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie, omnibus .... notum facimus per presentes, quod accedens ad nostram presenciam discretus vir magister Dyonisius notarius capituli Zagrabiensis exhibuit nobis privilegiales litteras Punek comitis nostri Zagrabiensis tenoris infrascripti, petens nos humili precum instancia, ut ipsas litteras ratas habentes nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum quidem litterarum tenor talis est: *(Slifedi listina od 30. marta 1327.)* Nos vero peticionibus eiusdem magistri Dyonisii favorabiliter inclinati, easdem litteras non cancellatas, non abrasas, neque in aliqua sui parte viciatas, tenorem earumdem presentibus de verbo ad verbum inseri facientes ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Datum Zagrabie, in festo beate Margarethe virginis, anuo domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo.

Iz prijepisa kaptola čazmanskoga od g. 1552. u arkivu kaptola zagrebačkoga. fasc. 23. no. 51.

Tkatčić Monum. civ. Zagrab. I. 128.

334.

1328, 16. jula. U Požegi.

Pred kaptolom poieitkim prodaje Pavao Lovrin svoj posjed Tardai Nikoli-Giletovu.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posaga vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad un'iversorum tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium voiumus pervenire, quod magister Paulus filius Laurencii filii Petri bani ab una parte, et magister Nicolaus filius comitis Gyleti ex altera, coram nobis personaliter constituti, idem magister Paulus confessus est oraculo yiue vocis, quod quandam possessionem suam Tardas vocatam iuxta*• possessionem Mortunwasara nuncupatam a parte aquilonis adiacentem, cum omnibus vtilitatibus eiusdem possessionis, sub eisdem metis et terminis, sub quibus predecessores sui et per consequens i.pse eandem possessionem hereditarie. possedisse dinoscuntur, pro quinquaginta marcis denariorum dedisset et vendidisset prenominato magistro Nicolao filio comitis Gyleti et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tali modo, quod-si aliquis vel quicumque eunđem magistrum Nicolaum racione eiusdem possessionis processu temporum ordine iudiciario impeteret,, idem magister Paulus assumsit expedire et defendere laboribus propriis et expensis, quem si expedire et defendere non posset, extunc precium ipsius possessionis, videlicet quinquaginta-marcas prenotatas ipse magister Paulus reddere et restituere tenebitur -magistro Nicolao supradicto. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad peticionem eiusdem magistri Pauli presentes dicto magistro Nicolao concessimus litteras pen-' dentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Petri lectoris ecclesie nostre, sabbato proximo post festum:' beate Margarethe virginis, anno ab incarnacione domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2504. — Stara sign. Mon. Poson. fasc. 62, no. 4. — JVa listini visi komađić svilene vrvce žute i Ijubičaste ioje, a pečata više nema.
Nagy Codex dipl. Andeg. II., 367.—368.

335.

1328, 1. augusta. U Stolnom Biogradu.

Kiaptol stolnobiogradski izvjeSćuje kralja Karla Roberta o obavljenoj obhodnji posjeda biskupije zdgrebačke. —

Excellentissimo domino suo, domino Karolo dei gracia illustri regi Hungarie, capitulum Albensis ecclesie oraciones in domino salutares. Litteras magnificencie vestre ^ecepimus reverenter, ut decuit, hunc tenorem continentes:" *(Slijedi listina od 1. maja 1328.)* Nos igitur mandatis excellencie vestre obtemperare cupientes, unum ex nobis discretum virum magistrum Blasium subcustodem ecclesie nostre pro erigendis metis, renovandis et reambulandis, pro faciendis citacionibus et inquisicionibus una cum homine vestro Iwachino filio Thome filii Beriuoy, ad venerabilem patrem dominum Ladizlaum dei gracia Zagrabiensem episcopum ac ad eiusdem capitulum Zagrabiense duximus transmittendos. Qui demum ad nos redeuntes dixerunt se reambulasse terras et possessiones inferius nominatas, et in eisdem erexisse ac renovasse metas, convocatis vicinis et commetaneis nullo contradictore existente, sicut in scriptis nobis attulerunt in hec verba : Prima meta terrarum capituli Zagrabiensis in vicinitate Grecensi incipit ab oriente in orto presbiteri plebis ecclesie beati Emerici de Zagrabia ab orto fratrum Predicatorum sancti Nicolai, ubi rivulus Circuesche vocatus influit ipsum ortum Predicatorum, et per eundem rivulum includendo dictum ortum presbyteri ex utraque parte rivuli vadit supra ad locum molendini super eodem rivulo sancti Emerici prope puteum, deinde per eundem rivulum sursum ad duo molendina abbatis de Zagrabia super eodem rivulo, que molendina ad metas capituli includuntur, deinde super ipsum rivulum ad tria molendina capituli, et dehinc ad molendinum domini episcopi, abhinc iterum ad tria molendina capituli, semper cum dicto rivulo in totum cum molendinis ad capitulum seu Zagrabiensem ecclesiam pertinente^ dehinc per verum meatum ipsius rivuli versus septemptrionem pervenit ad duo molendina Grecensia, que aqua de dicto rivulo recepta ducuntur. Abhinc tendit per antiquum meatum sepedicti rivuli ad molendinum Heremitarum, deinde per antiquum meatum ipsius rivuli transit quedam molendina Grecensia in vicinitate predii Nicolai filii Sirgarini, quod a capitulo optinet ex parte orientis, et venit ad locum ubi quidam rivulus currens de quadam villa Faiz olim, nunc Craleuch vulgariter nuncupata, que sub castro Medue vocato ipsum rivulum influit, et dehinc ad dex-

teram partem per primum rivulum vadit sursum directe in bono spacio usque ad locum ubi de parte sinistra in terra Grecensi prope quasdam vineas est quidam monticulus eminens, ubi exit ipsum riuulum versus orientem, et per quandam vallem tendit supra versus orientem iuxta terras pristaldorum ad cacumen montis via antiqua, per quam vadit versus septemptrionem per magnurn spacium in metis Bokoucha, et pervenit ad vineam Heremitarum in Cratkidol, ubi est parva arbor nucis, deinde vertitur ad meridiem per viam, et venit ad arborem parvam piri, ubi est meta terrea in vicinitate terre ville fratrum Predicatorum de Zagrabia. Deinde venit ad albos lapides reflectendo se quodammodo ad orientem, deinde in bono spacio venit ad caput vallis parve prope vineam Heremitarum, abhinc per eandem vallem infra transit viam pupplicam(f) euntem in Bachun, ubi est meta terrea, et venit per ipsam versus orientem per bonum spacum, et cadit in aquam Blizna extra fenile Heremitarum. Deinde transeundo fluvium versus orientem cadit in quandam vallem, per quam venit ad magnam arborem castanee site in monte circa viam publicam, per quam viam in magno spacio vadit versus septemtrionem directe et transeundo quasdam arbores castanearum et alias in bona copia exit viam circa quandam vineam et iuxta eandem vineam flectitur in vallem versus occidentem, et inter vineas eundo, venit ad arborem harazt, et cadit deinde in rivulum Bachun, ubi est arbor nucis, deinde transit rivulum et venit ad vineam prope lapides, ubi emanat fons circa arborem graburgh dictam, deinde per vallem sursum ad montem et venit ad viam usque ad semitam, que est sub loco dicto Stremapech, et per illam semitam usque ad aquam Blizna, deinde ad Stelopmerch, deinde versus septemptrionem ad cacumen directe magni montis Meduednicha, per quod cacumen vulgariter Stelemen dictum vadit directe versus orientem usque ad metas domini episcopi de Chucheria, remanentibus terris capituli, dpmini episcopi et Cruciferorum ad meridiem, et filiorum Arlandi et Nicolai filii Petri, ad septemptrionem. Ville vero Zagrabiensis capituli obtente et possesse per ipsum a tempore cuius memoria non extitit, inter fluvium Zaue et inter dictos montes Meduednicha metis prescriptis concluse sunt hec: villa videlicet Bachun, villa sancti Symonis, villa dicta nigri Stephani et Crikanouch, Descenoch, Tornaua, utraque Bidragh, Vidouch, viila servorum Chudkoch, Godigoych, Jalseuch, utraque Oprouch, Braynoch, Donkouch, Wlkodolia, Brezth, Retcouch, Chihne, Scepniche apud ecclesiam omnium sanctorum, Dolos cum suis pertinentiis, Leznek, Preseka, Marcizlouch et Gay cum suis pertinentiis universis, aliis eciam hic non insertis. Datum in octavis festi beati Jacobi apostoli, anno domini MCCCXXVIII.

Originalni fragmenat u arkivu kaptola zagrebačkogafasc. I. no. 39. Cijela listina nalazi se u Lib. priv. statut. cap. Zagrab. p. IV. c. IV.

Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II 116.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 129.—130.

336.

1328, 9. augusta. U Cazmi.

Kaplol čazmanski po nalogu kralja omedjuje posjed Krasničanoga, te u nj uvodi crkvu sv. Benka u Bukovici.

Exceilentissimo domino, domino suo Karulo dei gracia illustri regi Hungarie, capitulum Chasmensis ccclesie oraciones in filio virginis gloriose pro eodem semper debitas ac deuotas cum fideli famulatu. Litteras vestre cellsitudinis nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba: *(Slijedi listina kralja Karla od 3. juna 1328.J* Nos igitur mandatis vestre excellencie occurrere volentes pariter et preceptis, Jacobum sacerdotem ecclesie sancte Crucis de genere Gatal, hominem nostrum idoneum ad premissa exequenda duximus transmittendum, qui homo noster demum ad nos rediens nobis dixit, quod Johannes filius Zoyn homo vesire maiestatis in presencia et testimonio eiusdem conuocatis omnibus vicinis et commetaneis prefate possessionis, nulloque contradictore inibi comparente, ymo omnibus fauorabilem consensum pariter et assensum prebentibus, eandem per ueteres metas nouas iuxta easdem vbi necesse fuisset erigendo reambulasset et statuisset predicte ecclesie sancti Benedicti perpetuo possidendendam Mete autem ipsius possessionis prout idem homo noster nobis dixit et in scriptis exhibuit coram vicinis et commetaneis, ut est premissum, pacifice erecte, taliter distinguntur: Incipit prima meta a parte septemtrionali ab arbore harast cruce signata et meta terrea circumfusa, deinde tendit versus orientalem per vnam semitam et per eandem procedendo venit ad arborem harast, cruce signatam, ab hinc venit ad arborem hasfa cruce signatam iuxta magnam viam situatam, per quam itur de Verouche ad Izdench, ibique vicinatur metis terre Lipoua et Craleuch, deinde per eandem viam procedit versus meridiem et peruenit ad arborem harast cruce signatam meta terrea circumfusam, et ibidem vicinatur metis terre filiorum Laurencii de Othina[1], abhinc reflectitur versus occidentem per vnam vallem et venit ad arborem gertian, deinde descendendo cadit in fluuium

[1] Ochina?

Chasme et per eundem fluuium procedendo infra salit ad semitam et per eandem ad montem, sub quo monte est arbor piri, deinde asscendit ad montem per eandem semitam et venit ad arborem byk cruce signatam, ab hinc procedendo venit ad arborem piri, deinde ad arborem harast cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde per eandem semitam tendendo declinat ad dexteram et peruenit ad caput fluuii Crasnichanoga vocati vbi est arbor cerasy, ab hinc versus orientalem venit ad arborem piri, deinde salit semitam predictam ad arborem nucis, deinde descendit ad vallem et per eandem vallem asscendit versus orientem, per siluam procedendo venit ad arborem predictam harast ibique terminatur. Datum in vigilia beati Laurencii martiris, anno domini M°. CCC°. vicesimo octauo.

Iz potvrdnice-darovnice kralja Karla od 18. juna 1329., kako jti prepisao čazmanski kaptol 7. januara 1349.

Original potonje listine u kr. ugar. drzav. arkivu ti Budimpešti: M. O. D. L. no. 32.761. — Stara sighatura: Acta monast. Paulinorum de Bakva no. 1.

Fejer Cod. difl. Hung. VIII. 3. 345.—347. i VIII. 7. 218.—224.

337.

1328, 21. augusta. U Zadru.

Dobrica udova Viteše Dobrogostiča oslobadja sinove Stojana i Nikolu svoje materinje vlasti.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione decima, die vigesimo primo mensis augusti, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basillii egregii comitis. Dobrica relicta Vitesse Dobrogostich habitatrix in insula Magna Jadre ad Punctas emancipauit et a sua materna potestate liberauit et absoluit atque exemptos reddit Stoyanum et Nicolaus fratres, filios suos ita, ut a modo valeant absque eius requisicione in iudiciis sc[ilicet] contrahere, uendere, emere, negociare ac sibi lucrari, alienare, testare et se obligare aliis et alios sibi et quoslibet alios actus legitimos unire ac facere sicut quilibet pater familias emancipatus, liber et a materna potestate liberatus facere et exercere potest. [Projmittens nunquam contra presentem emancipacionis cartam facere Uel uenire aliqualiter super se et bonis suis presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis tes-

tibus, scilicet Filippo Contareno et Nicolao Duymi de Mengaca Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Cerne de Fafona examenator manum missi.

Ego Marinus S[imeoni]s de Sarachis imperiaii auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signumnot.)

Original u arkivu grofova Begna u Ppsedarju: P. no. 48.

338.

1328, 9. septembra. U Zadru.

Ivan kožar daje novce za vinograd, koji je kupio od pokojnog Leonarda de Petrogna njegovoj udovici. Kad ona ne će da primi, ne imajući prava, ulale on prosvjed.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indicione vndecima, die nono intrante mense septembris, Jadre. Tempore domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basilli egregii comitis. Im(!) presencia examinatoris, testium ac mei notarii infrascriptorum Johannes peliparius condam Drasili de Jadra presentauit domine Desse vxori olim Leonardi de Petrogna, ciui Jadre, tamquam dominatrici bonorum Commissarie dicti viri sui pecuniam, quam debebat pro redempcione unius vinee prout in testamento dicti Leonardi continetur, dicens, quod dictam pecuniam reciperet et predictam vineam sibi restitueret, alioquin, rion preiudicaret sibrtempus, si transiret in dicto testamento expressum per quod habet potestatem dictam vineam rehabendi et predictam cum protestacione exposuit. Ad que dicta dornina Dessa taliter respondit, se non esse commissariam predicti olim viri sui, nec uelle se intrbmittere in predictis; quibus uerbis dicte domine per dictum Johannem auditis replicando ipso cum protestacione ibidem eidem domine dixit offerens predictam pecuniam,' quod ipsa reciperet uel quicumque alius, qui recipere deberet nomine dicte commissarie ' ipsam pecuniam, rogans me notarium. infrascriptum dictus Johannes, vt predicta ad sui cautelam in publicum redigere deberem. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono condam Nicole de Begna et Stephano Andree de Soppe, Jadrensibus.

(Drugi rukopis).

f Ego Cerne de Fafona(!) examinator manum misi.

Ego Maurus de Cosica, Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samoslana sv. Nikole no. 136.

339.

1328, 18. septembra. U Stolnom Biogradu.

Pred kaptolom stolnobiogradskim zala&e Ivan Babonić svoj grad Zrtn.

[Cjapitulum ecclesie Albensis memorie commendantes significamus universis, quod magistro Johanne filio Babanik, magistro thavarnicorum domine regine ab una parte, et comite Dominico filio Totbeg. famulo magistri Laurentii vexilliferi domini regis et Ugrini fratris eius, castellanorum de Sempte cum literis regalibus procurato[riis] anuleo sigillo consignatis, licet terminum octavarum nativitatis beate virginis nunc proxime preteritarum ad solutionem centum marcarum ipsis magistro Laurentio et Ugrino faciendam contingentibus ex altera, pro eisdem dominis suis coram nobis personaliter constitutis, per eundem magistrum Johannem filium Babanik propositum extitit viva voce et relatum, quod cum ipse pro magistro Petro filio Herrici, dicto Herceg, genero suo memoratis magistris Laurentio, Ugrino et Johanni in ipsis octavis nativitatis beate virginis, videlicet centum marcas et in octavis festivitatis omnium sanctorum similiter centum marcas, ac in octavis medie quadragesime proxime venturis quinquaginta marcas, iuxta continentiam iterarum compositionalium priorum nostrarum inter ipsas partes emanatarum, sub penis in eisdem prioribus literis nostris contentis, solvere de[b]uisset, nunc videlicet quarto die octavarum nativitatis beate virginis simul cum omnibus tribus terminis predictis, puta pro ducentis et quinquaginta marcis qupddam castrum suum Ziryn vocatum cum villis et tenutis ad ipsum pertinentibus, iuxta continentiam literarum domini nostri regis patentium exinde confectarum et literarum eii_sdem magistri Johannis patentium consimili modo super premissis ipsi domino regi obligatorie directarum, quas plenius vidimus contineri, et sub conditionibus ac penis in eisdem contentis usque ad festum nativitatis virginis

gloriose annuali revolutione proxime futurum impignorasset et presentibus impignoravit coram nobis, a data presentium vigesimum secundum diem ad statuendum ipsum castrum cum omni iuris sui plenitudine in manus dictorum Laurentii, Ugrini et Johannis magistrorum coram nobis viva voce assumendo, vel si necesse fuerit, nostro testimonio mediante, famulorum et procuratorum suorum per eosdem ad hoc deputatorum, supradicto comiti Dominico vice et nomine dominorum suorum memoratorum sponte premissa suscipienti et dicte obligationi seu impignorationi benivole ac consensualiter presentibus coram nobis nomine procuratorio sibi, ut dicit, plene commisso annuendo. Datum supradicto quarto die octavarum nativitatis beate virginis prenotatarum, anno domini millesimo tricentesimo vigesimo octavo.

Ihattoczy-Barabas Codex dipl. com. de Blagay 105.—106.

340.

1328, 18. septembra. U Zadru.

Canin de Peloso potvrdjuje, da su mu Miroslav Poletčić, Ivan Cubelić Bogdan Ivančić namirili kupovntnu za vinograd na otoku Ugljanu.

[InJ Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octao, indicione vndecima, die decimo octauo mensis septembris, Jadre. Tempore domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree [Ba]sillii egregii comitis. Confiteor ego (^aninus, condam Cerni de Peloso, ciuis Jadre, [me h]abuisse et recepisse a uobis Mirosslauo Poletcich, Johanne Quuelich et Bogda[no I]uancich de insula Gelani libras septuaginta duas denariorum venetorum paruorum pro tribus [part]ibus uestris unius vinee, posite in dicta insula, quam uobis et Petro, fratri tui dicti [Joh]annis concederat ad laborandum discretus vir Marinus plebanus ecclesie sancti Stephani [de] Jadra, patruus meus, pro qua concessione obligati extitistis mihi dicto Canino in libris paruorum pro quolibet gognaio dicte vinee, ut in quodam publico instrumento, confecto manu Blasii [Michaelis] Leonardi, Jadrensis iurati notarii, sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, [indictione] vndecima, die vigesimo quinto mensis septembris plenius continetur. Quapropter ego dictus (^aninus et irreuocabilem securitatem, finem, dimissionem et quie-

tacionem facio uobis predictis [Mf]rosslauo, Johanni et Bogdano de ulterius aliquid non petendo per predictum instrumentum, promittens ac me obligans per me meosque heredes et successores uobis predictis Mirosslauo, Johanni et Bogdano uos uestrosque heredes et successores non molestare, agrauare [ue]l inquietare de predictis, set ha[n]c securitatem firmam et ratam habere perpetuoque tenere non contrafacere uel uenire de iure uel de facto sub pena quarti, de qua questio exinde moueretur, et omnium expensarum litis et extra, super me et bonis meis habitis et habendis, et pena soluta uel non, nichilominus hoc presens instrumentum in sua firmitate existat. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo condam Petri Georgii et Francisco condam Johannis Piscopi Jadrensibus et aliis.

Original u gubem. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole no. 137. — Klausule eksaminatora i notara nema. Desni rub ponešto oštećen.

341.

1328, 19. septembra. (U Veneeiji).

Ivan Superancije dužd mletački apominje Trogirane, da se izmedju sebe mire.

Joannes Superantio etc. nobili et sapienti viro Johanni Gradonico de suo m[anda]to comiti Tragurii, ac prudentibus viris iudicibus et communi dictae terrae fidelibus dilectis etc. Sicut benignus pater laborat pro filiis, et solicitus est pro ipsorum quiete, sic nos, qui ad subditos nostros paternum affectum gerimus, pro ipsorum nostrorum subditorum tranquillitate et bono statu nostros labores assiduos non cessamus impendere, maxime cum videmus aliquam scintillam discordiae inter eos, quae verosimiliter possit maioris flammae praeiuditium generare. Scitis etenim qualiter diu per nos, et nostros pluries laborauimus, vt uos et ciuitas nostra Tragurii et ciues ipsius haberetis cum vestris extrinsecis bonam tranquillitatem et pacem, cum ipsi caro de carne vestra, et os de ossibus vestris existant, vt sicut ipsa ciuitas sub nostro fideli dominio grata suorum ciuium gauderet, et demum compromittentibus sponte aliquibus ciuibus Tragurii habentibus specialem inimiciciam cum extrinsecis, et ipsis extrinsecis, et in viros nobiles Bartholomaeum Michaelem et Marinum Maurocenum ciues nostros dilectos, et amicos etiam partium; dicti nobiles tulerunt sententiam inter partes sub iustis poenis obseruandam, vt scire uos credimus

et habere, per quam sententiam et obseruationem ipsius euidenter cognoscimus pacem et bonum statum vobis et hominibus Tragurii omnimode prouenire; et vt tantum bonum dictae nostrae ciuitatis et vestrum adimpleri posset, et ad effectum perduci, iussimus, quod dicta sententia per dictos compromittentes de Tragurio deberet seruari, cum altera pars illam obseruare inuiolabiliter foret contenta, aut soluere poenas in ea contentas, vel si hoc facere recusaret, ad nostram praesentiam se conferret. ,Qui principaies fideliter ad nostram presentiam accesserunt, et audientes benigna verba nostra, bonamque intentionum, quam habemus ad reformationem ciuitatis et quietem et bonum statum ipsorum, et cognoscentes nos manifeste velle et querere bonum suum, fuerunt et sunt contenti in omnibus, et per omnia consilium et beneplacitum nostrum sequi, et in omnibus. compromittere de omnibus litibus et questionibus, ac aliis omnibus, tam factis, quam faciendis, tangentibus tam commune, quam speciales personas, de quo valde placuerunt nobis et eorum fidelitatem habemus merito commendatam; sed quia non possunt nisi pro se ipsis compromittere, et non pro communi Tragurii, quod pro maiori parte vos tangit, prouidimus, vt ipsi etiam laudauerunt, vt ex omni parte integra pax et fructuosa perfici valeat, et actore pacis agente has nostras salubres litteras destinare, quae procedunt, deus nouit, ex magno desiderio, quod habemus, vt habeatis bonum et quietum statum, et omnis scrupulus discordiae recidatur, et viuatis cum conciuibus et. propinquis vestris in amore et dilectione, sicut desiderare debet quilibet christianus gerens timorem dei, orantes et rogantes vos, vt possimus, quatenus vellitis in nobis et. nostro consilio facere compromissum nomine vestro consilii, communis et hominum Tragurii de omnibus et singulis discordiis, guerris, scandalis, iniuriis, offensionibus, damnis, bannis, rebus, bonis et personis et restitutione eorum, et aliis conditionibus quibuscunque vertentibus inter vos, seu quae verti possent cum extrinsecus vestris de ipsis, et de ipsorum quolibet, et dependentibus et connexis dicere, pronunciare et deffinire valeamus, sicut nobis videbitur pro bono statu vestro pacifico et terrae praedictae, ad quod nunc et in posterum intendimus vigilare toto mentis affectu, tamquam pro fidelibus nobis inter alios valde caris. Datum . . . die 19. septembris XI., indictione, 1328.

Lucius Memorie di Traii. 185.—186.

342.

1328, 21. septembra. U Brueku.

Ulricus de Valse kapetan Stajerske, prepuHa Medjutnurje kralju Karlu.

Nos Ulricus de ValSe, capitarieus Styriae mefnbfiae ebfnfhehdahtes significamus tenore pfaeseritium qiilbus expedit uriiversis, quod nbs quemdam districtum inter fluvios Drava et Mura habitum, intfa veras metas regni Huhgariae existere et fore, ius regis eiusderh reghi revera esse cognoscerites, quem usque modo habuimus et tenuimus, deinceps nostro et omnium haeredum nostrorurri, ciim bfnnibus terris, castris, villis, oppidis et aliis utilitatibus, šeu dominiis pleriis, excefleritissifho principi domino Karulo regi dicti regni Hungariae et šuis haeredibus, non metu neque vi per quempiam coacti, sed sporite, pure et simpliciter reddimus, restituimus, remittimus et resignamus, nihil iuris, hihilque proprietatis vel dominii in eisdem vel aliquo eorum nbbis vel nostfis haeredibus reservando, imo omni iuri, si quod in ipso districtu, terris, villis, castris seu oppidis habuissemus, renuntiantes, litterasque et instrumenta quaelibet exinde confectas, si quas obtinuimus et reservavimus reddentes cassas, frivolas et per omnia carituras viribus et vigore. Datum in Pruk, undecimo kalendas octobris, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo.

(Sigillum pend.)

Izvana: »Super districtu inter fluvios Drava et Mura existente regi Carolo remisso«.

Original darovao grof Keglević grojn Festetiću, te se čuva u arkivn potonjega.
Kukuljević jfttra regni I. 104.—105.

343.

1328, 22. septembra. U Stolnom Biogradu.

Ivan Bahonić zalaže za dug osim Zrin grada više drugih svojili posjeda.

Nos Johannes filius Bobanyk magister thavarnicorum domine regine Hungarie significamus quibus expedit universis per presentes, quod nos

castrurh nostfum Zyrih vocatum pro magistro Petro filio Henrici condam bani, genefo nostfo, pfo quo fideiussores extitimus nostra spotahea voluhtate, cum tbt et tahtis viilis seu prediis infra scriptis, quorum noriiina šeriatim declafahtur, ab octavis nativitatis virginis gloriose usque revblutionem anhi, videličet usque octavas riativitatis virginis gloriose nunc ventufas Jonahrii, Laurehtio et Ugrino filiis Johannis filii Gwge, magistfis pro đucentis e't quinquaginta marcis denafiofum parvorum vi'enhensium ad ratibnem ponderis de Alba fegali, quamlibet marcarn cum decem pensis computarido, videlicet partem ih dehariis et partem ih estiriiatibne condigna duximus impignbrandhm cum villis et prediis pfetaxatis per Mykecz barium, Dioriysium filium Petri, Nicolaum filium Bade(!) in hostri absentia, in curia domini nostri regis existente, a nobis Occupatls. Gjuorum nohiina hoc ordine declarantur: Priihum videlicet in Baria villa Borych, item superior Jamnycza, iteril secundam Jamriyche, quam Gele ćoriservabat, item predium Zyrich, iterri predium Vzturgar, item pfediurh Zwimnyche, item predium Zaceph, item predium Zwimnyche, item predium Zaceph, item predium Lubina, item secundum predium Lubina, item duo predia Zolchonycza, item predium Pudunlan, item duo predia Zirounicha, item predium Kenese, item predium Grabrounycha, quod Germanus tenuit inter Goram et Pedwar, item funatem magistri Benedicti, que premissa per Mykcz banum fuerant occupata; ceterum predium Zirounicha Chw vocatum, item predium Grandya vocatum, quod Ander Hungarus conservabat, item predium Jarowel, in quo sunt quinque predia existentia in eodem, item predium Glogawech, item predium Deleh, item secundum predium Grabornicha vocatum, item predium Wlkodragh, item predium filiorum Prouoneg, item predium Vokauech, item predium Pulchyna, item predium Thisoucz, item predium Bahyn, item predium Deusa, item predium Hrehor, item predium Zanani Crehouicha vocatum, item secundum predium Crehowicha, item villa apud sanctum Crin, quam Cristianus habuit more prediali, item secundum predium Crišan filii Wlkina, item predium Andree et Endre filiorum Thusthan iuxta fluvium Wn, item in Ponna quinque predia, item predium Dilinouch, item ultra montem Wkek Venator, item predium Komogey vocatum cum quinque villis, item predium Gerger cum quatuor villis, item predium Thur . ., item predium Zenna, item predium Dedichi, item predium Andree Hungari in Velesna, item predium Georgii filii Joachini iuxta Georgium dictum Gyzdaw, item predium eiusdem Georgii Gyzdaw, item predium Chugel, item predium Egidii filii Michaelis ibiderri in Velesna, item predium

Zobochin vocatum iuxta D mech conservabat, item possessio Chanig vocatum, ubi quatuor predia continentur, item predium Bozdig

vocatum, quod a Cruciferis obtinuimus, hec omnia premissa per Dionysium extiterant occupata modo superius declarato; et.demum per Nicolaum filium Rade in districtu de Wodichan predium Bezdig, item prediurh Okoyh ., item predium Zawersi, item secundum predium Zawersi, item unum predium in Dobrondel, item predium Scresina, quod Petrus cantor cpnservabat, item predium Ochina, item predium Zlanoia, item predium Laurentii filii Fabiani ibidem, item predium Lebrad iuxta aquam Zana, que similiter per Nicqlaum...filium [Rade fuerant occupataj his omnibus ut premissum est villis, possessionibus et prediis, quibus mediantibus ipsum castrum per nos extitit conservatum, predictis Laurentio, Johanni et Ugrino pro predicto magistro Petro duximus obligandum et ab eodem redimendum loco et termino ad hec superius annotato. Volumus tamen, ut si ante predictas [octavas ipsum castrum valeremus] redimere, ex tunc predicti Laurentius, Johannes et Ugrinus nobis reddere et restituere in ipsa summa pecunie sine dampno, destructione et vastitate teneantur absque prorogatione et dilatione aliquali. Datum in Alba regali, in quindenis nativitatis virginis gloriose, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo.

Original prijepisa kaptola zagrebačkoga od 19. januara 1481. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešli: M. 0. D. L. no. 33.921.
Fejer Cod. dipl. VIII. 3. 326. —328.
Thattoczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 106.—108.

344.

1328, 10. oktobra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa imenuje Sergija kotorskoqa kanonika kotorskim biskupom.

Johannes episcopus seruus seraorum dei venerabili fratri Sergio episcopo Catharensi salutem et apostolicam benedictionem. Dum ad universas orbis ecclesias iuxta pastoralis officii debitum apostolice diffundimus considerationis intuitum, illarum nimirum propensior sollicitudo nos angit, quas propriis destitutas pastoribus subiacere dispendiose vacationis conspicimus detrimentis, ut per nostre providencie ministerium preficiantur illis viri ydonei in pastores, sub quorum regimine eedem ecclesie tam in spiritualibus quam temporalibus iugiter prosperentur.

Dudum siquidem bone memorie Dompnio episcopo Catharensi regimini Catharensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie Catharensi, cum vacaret, personam utilem ac etiam fructuosam per apostolice sedis providenciam presidere, provisionem ipsius ecclesie Catharensis, quam primum eam quovismodo et ubicumque vacare contingeret, dispositioni nostre et sedis apostolice ea vice duximus reservandam, decernendo ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum autem eadem ecclesia Catharensi per obitum dicti Dompnii episcopi, qui in illis partibus diem clausit extremum, pastoris regimine destituta, nos attendentes, quod nullus preter nos hac vice de ordinatione ipsius ecclesie se intromittere potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem, per quam dicta ecclesia preservari valeret a noxiis et in prosperis feliciter adaugeri, habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te tunc canonicum ipsius ecclesie, in sacerdotio constitutum, vita laudabilem, litterarum sciencia preditum, morum honestate decorum, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum, aliisque virtutum donis, prout ex fidedignorum testimoniis percepimus, laudabiliter insignitum, direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam dicte ecclesie, quam eius gregi dominico salubriter et utiliter providere, de persona tua ipsi ecclesie Catharensi de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica duximus providendum, teque illi episcopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committentes, ac facientes tibi postmodum per venerabilem fratrem nostrum Gaucelinum episcopum Albanensem munus consecrationis impendi, firma concepta fiducia, quod eadem ecclesia per tue circumspectionis industriam et providenciam circumspectam sub tuo felici regimine, dextera domini tibi assistente propicia, salutaria recipiet incrementa. Jugum itaque domini tuis impositum humeris prompta devotione supportans et ferens humiliter, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, gregem dominicum in eadem ecclesia tibi creditum doctrina verbi et operis iuxta datam tibi ex alto prudenciam informando, quod eadem ecclesia Catharensis per tue circumspectionis industriam votivis iugiter proficiat commodis et successibus prosperis augeatur, ac proinde divinam, apostolice sedis et nostram benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, VI. idus octobris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Catharensis, clero et populo civi-

tatis et diocesis Catharensis, venerabili fratri . . . archiepiscopo Barensi et carissimo in Christo filio Urosio regi Rasie illustri.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 228, str. 165.—166. Iz reg. an. XIII. par. 1. ep. 193.

345.

1328, 13. oktobra. U Čazmi.

Ladislav biskup zagrebački potvrdjuje povelju biskupa Augustina od 29. juna 1311., kojom se Petru podložniku čazmanskom dosudjuje neki vinograd.

Nos Ladislaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Petrus filius Wlcheyko iobagio noster castrensis de Moroucha in comitatu Chasmensi personaliter coram nobis constitutus, exhibuit nobis litteras patentes reuerendi patris bone memorie domini Augustini predecessoris nostri. Quarum tenor talis est: *(Slijedi poveija biskupa zagrebačkog Augustma od 29. pma 1311.)* Petens a nobis ipsas litteras transscribi et nostri sigilli appensione roborare et approbare. Nos itaque eiusdem Petri iustis peticionibus maxime quia ipsas litteras non abrasas nec in aliqua sui parte viciatas inuenimus, annuentes, ipsas litteras de uerbo ad uerbum approbantes, ratificantes transscribi fecimus et nostri sigilli apposicione communiri. Datum Chasme, per manus discreti viri magistri Johannis archidiaconi [canc]ellarii nostri, feria quinta proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini millesimo CCC°. XX°. octauo.

Original djelomice oštecen, u arkivu kaptola čazmanskoga u Varaždinu lit. N. fasc. 1. no. 5.
Na listini visi crvena svilena vlaknata vrvca bez pecata.

346.

1328, 16. oktobra. U Križevcima.

Mikić ban poziva „hospite" u Zelinu županife moravačke i daje im povlasti trgovišla.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie et comes Symigiensis significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod quicunque libere

condicionis homines causa commorandi ad liberam villam domini nostri regis, videlicet forum Zelna in Moroucha existentem uenire uoluerint, libere ueniant et secure commorentur in eodem tali condicione mediante, quod quicunque relicta fideiussione ipsorum uenerint ad eandem, non possint vel valeant per quempiam racione ipsius fideiussionis molestari. Preterea volumus, ut in eodem foro Zelna vocato seu libera villa domini nostri regis antedicta singulis ebdomadis _forum quinta feria libere iuxta consuetudinem antiquam celebretur. Volumus eciam, ut forenses ad dictum forum causa fori venientes cum rebus eorum mercimonialibus per quempiam nullo modo possint perturbari. Item concessimus eisdem hospitibus, ut quicunque ad dictam liberam villam. domini nostri regis seu fori libertatis causa commorandi uenire voluerint, trium annorum a die introitus eorum gaudeant libertate; elapsis vero ipsis tribus annis nobis vel officiali nostro in quolibet anno in festo beati Martini confessoris de qualibet curia duodecim denarios banales dare et soluere teneantur. Item munera consueta dare debeant et ministrare. Item concessimus eisdem, ut post deposicionis iuramentorum ipsorum denarios expugnacionis nobis vel officiali nostro dare minime teneantur. Datum in Crisio, in festo beati Galli confessoris, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo.

Original ovjerovljenog prijepisa kaptola varadinskog od god. 1408. na pergameni u jugostavenskoj akademiji.

347.

1328, 16. **oktobra.** U Čazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje svoju listinu od 12. marta 1296. o medj'ama posjeda Zeguna i Obreža u zaladskoj' županiji.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie coommendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini millesimo CCC°XX° octauo, in festo beati Galli confessoris, Dionisius filius Gregorii ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras priuilegiales antiquo sigillo nostro [rotu]ndo confectas, non abrasas non cancellatas, petens a nobis cum instancia. ut tenorem et formam earundem nostris in litteris priuilegialibus de uerbo ad uerbum inseri et transscribi sigilloque nostro moderno consignari faceremus. Cuius peticionibus congruis et honestis annuentes, maxime quia easdem iustas, veras ac legitime emanatas fore comperimus, tenorem

ipsarum de uerbo ad uerbum presentibus inseri et transscribi fecimus sigilloque nostro nouo consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi lisiina kaptola čazmanskog; od 12. marta 1296.J*

Original na vrlo požutjeloj, dosta oštećenoj pergameni u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1438. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 952. no. 3.

Na listini visi o sviienoj vrvci crvene boje odlomak pečata.

348.

1328, 17. oktobra. U Avignonu.

Ivan XXII. ftapa imenuje Dominika nadbiskufom spljetskim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Dominico archiepiscopo Spalatensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolatus officium quanquam insufficientibus meritis nobis commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, utiliter exequi, adiuvante domino, cupientes, solliciti reddimur, ut cum de ipsarum ecclesiarum regiminibus agitur committendis, quantum ab eo permittitur, cuius vices in terris gerimus, eis in pastores tales preficere studeamus, de quibus consideratis virtutibus desuper sibi traditis presumimus verisimiliter, et tenemus, quod creditas sibi animas verbo instruere valeant, ac exemplo, ut eorum studio loca, que sue fuerint deputata custodie, spiritualium et temporalium suscipiant incrementa. Dudum siquidem Spalatensi ecclesia per obitum bone memorie Baliani archiepiscopi Spalatensis, pastoris solatio destituta, due in ea electiones, videlicet una de te, tunc archidiacono Spalatensi in diaconatus ordine constituto, reliqua vero de dilecto filio magistro Bosolo de Parma, canonico Tornacensi, capellano nostro, apud sedem apostolicam constituto, a dilectis filiis capitulo eiusdem ecclesie per formam scrutinii fuerunt in discordia celebrate, idemque Bosolus huiusmodi electioni sue sibi presentate renuit consentire, tuque electioni de te habite, tibi etiam presentate, ad instantiam illorum, qui te elegerunt, consentiens, propter hoc ad dictam sedem personaliter accessisti, et proposito pro parte tua huiusmodi electionum negotio in consistorio coram nobis a te et eisdem tuis electoribus, in hiis omnibus statutis a iure temporibus observatis, cum dilectus filius Georgius dictus de Cipro, canonicus eiusdem ecclesie, qui m dictum Bosolum direxerat votum suum, electioni tue prefate se certis ex causis opponeret coram nobis, nos dicte tue electionis et

huiusmodi oppositionis negotium dilecto filio nostro Annibaldo tituli sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali audiendum commisimus, nobis per eum postmodum referendum, et tandem, cum fuisset coram eodem cardinali in huiusmodi negotio inter te et dictum Georgium ad aliquos actus processum, prefatus Georgius cessit de licentia nostra liti et oppositioni huiusmodi sua sponte, tuque deinde volens obviare dispendiis, que ex vacatione longinqua possent eidem ecclesie provenire, omni iuri, si quod tibi ex huiusmodi tua electione quomodolibet competebat, sponte ac libere cessisti in manibus dicti cardinalis cessionem huiusmodi admittentis, de mandato nostro vice vocis oraculo sibi facto. Nos igitur precavere volentes, ne prefata ^cclesia viduitatis diutine dispendia patiatur, ac intendentes eidem ecclesie salubriter providere, cum nullus preter nos hac vice de ipsius ecclesie ordinatione se intromittere posset pro eo, quod nos diu ante cessionem huiusmodi omnes ecclesias cathedrales per cessiones quorumlibet electorum ad illas apud dictam sedem factas, et inantea faciendas apud eandam sedem vacare intelleximus et voluimus, et earum provisiones dispositioni nostre duximus . reservandas, decernendo extunc irritum et inane, si secus per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari; post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem, ac etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui de litterarum scientia, vite munditia, morum elegantia, aliarumque virtutum meritis fidedigna testimonia suffragari dicuntur, direximus aciem nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob huiusmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providimus, teque illi in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie comittendo, et subsequenter per venerabilem fratrem nostrum Gaucelinum episcopum Albanensem tibi munus consecrationis impendi, ac deinde palleum, plenitudinem videlicet pontificalis.officii, de corpore beati Petri sumptum, a te cum ea, qua decuit instantia postulatum, per dilectum filium nostrum Neapoleonem sancti Adriani diaconum cardinalem tibi fecimus assignari, in illo, qui dat gratias et largitur premia, confidentes, quod ipsius tibi assistente clementia, dicta Spalatensis ecclesia per tue industrie studium fructuosum preservabitur a noxiis et adversis, et in utrisque optatis auctore domino proficiet incrementis. Quocirca fraternitati tue per a'postolica scripta mandamus, quatenus ad dictam Spalatensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedas, gregem dominicum in ea tue commissum fidei doctrina verbi et operis taliter informando, quod ipsa ecclesia guberna-

tori provido ac fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque laudabili de grege ipso reddita in die districti examinis ratione, regnum patris eterni electis suis a mundi origine preparatum accipere merearis, et gregem eundem ad uberioris meriti fructum et retributionis maioris cumulum introducas. Datum Avinione, XVI. kalendas novembris, anno tertiodecimo.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Spalatensis, clero civitatis et diocesis Spalatensis, populo civitatis et diocesis Spalatensis, universis episcopis suffraganeis ecclesie Spalatensis, et Carolo regi Ungarie ut in aliis supra, verbis competenter mutatis. Datum ut supra.

Theiner Mon. Hun%. I. no. 870. str. 521.—522.

349.

1328, 22. oktobra. Kod crkve sv. Kuzme i Damijana izmedju Spljeta i Trogira.

Knez Gjuro Šubić sin bana Pavla odredjuje Gjuru Jurinića svojim zastupnikom pred mirovnim sucima u parnici sa Spljećanima.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo CCCXXVIII°, indictione XI., pontificatus domini Johannis pape XXII., die XXII. mensis octubris. Egregius et magnificus dominus Georgius comes ciuitatum Dalmacie fecit, constituit et ordinauit nobilem virum comitem Gregorium Jurinich de Policia ibidem presentem et in se sponte recipientem suum verum et legitimum procuratorem, actorem et deffensorem, factorem et nunpcium(l) specialem, vel si quo aliquo de iure dici melius potest et censeri, specialiter ad comparendum pro se et nomine dicti domini comitis Georgii coram egregiis et potentibus viris domino. Lodoyco Mauroceno Sybenici et domino Johanne Gradonico Traguriensi honorabilibus comitibus, arbitris, arbitratoribus et amicabilibus compositoribus assumptis et ellectis ab ipso domino comite Georgio ex vna parte et quibusdam ciuibus Spalatensibus nominatis in compromisso scripto manu magistri Alexandri notarii Spaleti et ipso comuni Spaleti ex altera, super quibusdam litibus et questionibus inter ipsas partes vertentibus. Dans et concedens ipsi suo procuratori potestatem et auctoritatem et plenam virtutem sui nomine agendi, deffendendi, petendi, placitandi, respondendi, protestandi et excipiendi coram supradictis dominis comitibus, ad libellum dandum, petendum et recapiendum, litem contestandum, iuramentum chalumpnie(i) et cuiuslibet alterius generis iuramentum in animam ipsius comitis prestandum et alterius partis

iurare videndum, probaciones et scripturas et instrumenta producendum et reprobandum et alterius copiam petendum, protestandum et allegandum, sentenciam audiendum, appellandum et prosequendum et generaliter ad alia omnia et singula faciendum et exercendum tam ratione dicti comunis Spaleti quam singularium personarum dicti comunis, que necessaria et opportuna fuerint in predictis et quolibet predictorum et que merita causarum exigunt et requirunt, et que ipsemet dominus comes Georgius facere posset, si presens interesset. Promictens, se firmum et ratum perpetuo habere quidquid per dictum procuratorem factum fuerit in premissis et quolibet predictorum et que merita causarum exigunt et requirunt et non contra facere uel venire per se uel alium de iure uel de facto sub obligatione omnium suorum bonorum. Quia dictus dominus comes Georgius voluit dictum suum procuratorem releuare ab omni honere satisdationis, promisit mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti vice et nomine omnium quorum intererit de iuditio sisti et iudicato soluendo. Actum est hoc in quodam campo posito iuxta litus maris prope ecclesiam sancti Cusme et Damiani, que ecclesia est inter Salonam et Tragurium, presentibus domino Daniele Jacobi et Barono Scluri[ni] de Tragurio testibus ad hec specialiter rogatis.

Et ego Jacobus Boncambii de Fermo publicus imperiali auctoritate notarius rogatus scripsi et publicaui et meum signum apposui consuetum.

Iz odluke Ljudevita Maurocena itd. od 1. decembra 1328. u Trogiru. Ova potonja odluka u arkivu kaptola u Spljetu XVI. 1. 104.

350.

1328, 23. oktobra. U Spljetu.

Općina spljetska izabire zastupnike pred mirovnim sucima u parnici s knezom Gjurom Šubićem.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo XXVIII., indictione XI., regnante domino Karulo Roberto rege Hungarie, ac domino nostro domino Johanne Superancio inclito duce Veneciarum, temporibus venerabilis patris domini Dominici ellecti et confimati, ut dicitur, archiepiscopi Spalatensis, nobilis et sapientis viri domini Donati Contareno honorabilis comitis, ac nobilium virorum dominorum Johannis Chuchuli, Duimi Bertani et Gregorii Petri iudicum ciuitatis Spaleti, die XXIII. obtubris. Congregato generali consilio comunis et hominum ciui-

tatis Spaleti ad vocem preconis et sonum campane in pallatio comunis eiusdem, ut moris est, de mandato supradicti domini comitis ipso absente, in quo quidem consilio sapiens et discretus vir dominus Jacobus miles, socius dicti domini comitis cum voluntate dicti consilii et ipsum consilium totum nemine discordante cum consensu et voluntate dicti domini militis et socii nomine et vice ipsius comitis et hominum ciuitatis predicte fecerunt, constituerunt et ordinauerunt nobilem virum Gregorium Petri Petrache iudicem supradictum presentem et mandatum huiusmodi sponte suscipientem eorum et dicti comunis et hominum verum et legitimum syndicum, procuratorem, actorem, factorem et nunpcium (!) specialem uel si alio nomine de iure melius dici potest, ad approbandum, ratificandum et confirmandum compromissum factum per dominum comitem Georgium natum condam domini Pauli bani pro se suisque hominibus et subiectis ex parte vna, et nobiles viros Lucharum Andree, Theodosium Alberti, Petrum Camurcii et Dobralium Peruoslaui ciues Spalatenses nomine et vice comunis et hominum predicte ciuitatis ex parte altera, in nobiles et sapientes viros dominos Lodoycum Maurocenum Sybenici et Johannem Gradonicum Tragurii comites, tamquam arbitros, arbitratores et amicabiles compositores de quibusdam litibus, discordiis et contrauersiis(!) inter ipsas partes vertentibus, prout in dicto compromisso scripto per me notarium plenius continetur; et ad comparendum coram dictis dominis comitibus, arbitris nomine et vice comunis et hominum ciuitatis Spaleti ad agendum, deffendendum, petendum et respondendum, iura comunis et specialium personarum prosequendum secundum dictum compromissum et etiam alias de chalumpnia (!) et veritate dicendum et cuiuslibet alterius generis sacramentum in animabus eorum et cuiuslibet ipsorum prestandum, testes, instrumenta, probationes et iura quecumque introducendum, probationibus et iuribus alterius partis opponendum, reprobandum, protestandum, allegandum, sentenciam audiendum, approbandum, emologandum et executioni mandandum, petendum, appellandum, comitendum, prosequendum et generaliter ad omnia alia et singula facienda, gerenda et exercenda, que in premissis et quolibet premissorum et circa dictum compromissum et contenta in eo fuerint vtilia uel etiam opportuna, que quilibet legitimus syndicus et procurator ac ipsimet facere et exercere possent, si personaliter interessent. Dantes et concedentes eidem in predictis et quolibet eorum et omnibus alliis et syngulis (!) vtilibus et necessariis circa ea cum omnibus clausulis opportunis ex nunc prenominatis habitis et expressis liberum, generale ac vniuersale mandatum etiam si exigeret speciale; ratificantes, emologantes et approbantes dictum compromissum et omnia contenta in eo ex nunc prout ex tunc, et promictentes se ratum, gratum et

firmum habituros perpetuo totum et quidquid per dictum syndicum et procuratorem factum et gestum fuerit in premissis et quolibet eorum et aliis quibuscumque ab eisdem respondentibus et . . essis sub ypotheca et obligatione omnium bonorum comunis et hominum ciuitatis predicte. Volentesque dictum syndicum et procuratorem ab omni honero satisdationis releuari, promiserunt michi notario stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest uel interesse possit de iudicio sisti et iudicato soluendo. Actum in pallatio dicti comunis, preSentibus Zanno Egidii, Martino Mauri testibus et Dobrolo Junii examinatore.

Ego Alesander Johannis Albertonis de Firmo notarius et nunc comunis Spaleti rogatus scripsi et publicaui.

Iz odluke Ljudevita Mattrocena itd. od 1. decembra 1328. a Irogiru. Ova potonja odluka u arkivu kaptola u Spljetu XVI. 1. 104.

351.

1328, 25. oktobra. U Zagrebu.

Ban Mikić izdaje na žueljstvo zagrebačke biskupije odredbu glede desetine crkve zagrebačke.

Mykch banus tocius Sclauonie vniuersis nobilibus, ciuibus liberarum villarum et aliis cuiuscunque status vel condicionis hominibus in dyocesi Zagrabiensi constitutis, quibus presentes ostendentur salutem cum honore. Quamuis iuxta regium preceptum ad soluendas decimas omnium rerum in specie venerabili in Christo patri Ladizlao dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensi episcopo et eius ecclesie vos compellere teneamur, sicut eciam alio anno vobis intonuit, ipse tamen dominus episcopus cum suo capitulo ad supplicacionem vestram volens mite agere vobiscum secundum infrascriptam taxacionem, ipsas decimas soluendas per vos consensit et admisit, vt videlicet de singulis capeciis frumenti, siliginis, ordei, auene, millii et alterius millii borkwles vulgariter dicti, ac surgonis vsque festum beati Martini confessoris persoluantur sex denarii boni banales, quorum singuli valeant duodecim pafvulos bagatinos, et pro singulis cubulis vini decimalibus denarii iidem, prout vinum in nouo in villis maioribus communiter valebit. Quicunque autem ipsam solucionem vsque dictum festum non fecerit, vt predicitur, extunc quamlibet capeciam et cubulum vini cum •augmento duorum denariorum soluere teneatur; cum extunc bladum et vinum maioris efficiatur valoris experiencia hoc probante. Decimas autem porcorum annualium et infra,

qui yidelicet alias decimati non fuerunt, in specie vel cum denariis, secundum quod tempore dicacionis valet, decreuit persoiuendas, de truncis vero apum et de agnis singulos denarios vel decimum vbi tot fuerint, et de edis medium denarium vel eodem modo decimum sicut fuit et alias consuetum. Hle autem qui nichil in messe habuit, duobus denariis fumalibus tantummodo teneatur et de aliis rebus predictis, si quis habet, decimas plene persoluat. Hoc saluo, quod in villis liberis maioribus vbi hoc decimatoribus videbitur, omnes res decimaies, videlicet vinum in cellariis et bladum in orreis in specie persoluantur. Quapropter vobis vniuersis et singulis damus firmiter in mandatis, quatenus decimas vestras secundum taxacionem premissam vel in specie iuxta mandatum regium persoluatis, alioquin per nostros comites, iudices, castellanos et officiales ad hoc conpellemini perficiendum non sine vestro grauamine, sicut experiencia vos docebit. Hoc eciam vobis constet, quod de consensu dicti domini. episcopi et eius Zagrabiensis capituli extitit diffinitum, quod castellani de decimis castrensium in tenutis castrorum ipsorum sextam decimam decimarum habeant pro eo, quod ipsas decimas integre faciant persolui per subditos eorundem, et eodem modo et racione singuli nobiles de suis habeant subditis et villici de ciuium decimis quibuscunque nec aliquam aliam quotam audeant petere vel recipere quicumque de premissis, sed ea parte pro suis seruiciis sint contenti; hoc expresso, quod si vos nobiles vel villici non solueretis et non * feceritis solui decimas per vestros tempestiue, extunc ipsa sexta decima, que pro vobis extiterat deputata, in comitatu Crisiensi eo ipso cedat comiti Crisiensi et eodem modo in comitatu Zagrabiensi comiti eiusdem et sic aliis comitibus in comitatibus eorundem, qui comites extunc teneantur compellere nobiles et ciues ad soluendas decimas integre decimatoribus eorundem, et nichilhominus(l) possint pro se iudicia recipere, prout in aliis nostris litteris pienius continetur. Datum Zagrabie, feria tercia ante festum apostolorum Symonis et Jude, anno domini millesimo CCC°. vicesimo octauo.

Iz originalne potvrde kralja Ludovika od 4. puia 1355. u arkivu zagrebačke nadbiskttpije. Decimalia 734. Vol. I. — Ima i kodeks: Liber privil. eppatus. Zagrab. list. 16. i pripis istoga bana od g. 1334.
Farlati Illyr. sacr. V. 420. — 421.
Katona Hist. crit. VIII. 598.—600.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 131.—132.

352.

1328, 28. oktobra. U Zagrebu.

Ban Mikić prepisuje na molbu Dimitra archidiakona Vaške h-stinu iupana zagrebačkog Puneka od 7. decembra 1320., kojom se vraća imanje Vinodol crkvi zagrebačkoj.

Mikch banus tocius Sclauonie et comes Symigiensis vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum aoticiam haru.m serie uolumus peruenire, quod anno domini M°CCC°XX° octauo, in festo beatorum Symonis et Jude apostolorum, discretus et honestus uir magister Demetrius archidiaconus de Vaska, capellanus domini nostri illustris Karoli dei gracia regis Vngarie ad nostram accedens presenciam personaliter, quasdam litteras priuilegiales nobilis viri Punek quondam comitis nostri Zagrabiensis nobis presentauit, petens a nobis vice et nomine capituli Zagrabiensis humili cum instancia, ut easdem de uerbo ad uerbum transscribi nostroque sigillo consignari faceremus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina zagrebackog župana Ptmeka od 7. decembra 1336.)* Nos igitur dignis peticionibus et supplicacionibus ipsius magistri Demetrii archidiaconi de Vaska et per consequens dicti capituli Zagrabiensis annuentes, maxime quia ipsas litteras rite et legittime emanatas nec in aliqua sui parte uiciatas comperimus, easdem ratificantes et approbantes de uerbo ad uerbum transcribi fecimus sigillique nostri pendentis munimine roborari. Datum Zagrabie vt supra.

Original u arkivu nadbiskupije z« Zagrebu: Donationalia a. 1326.
Na listini nalazi se svilena vrvca crvene boje, pečat je otpao.
Drugi ori^inal u urkivu zagrebačkog kaptola: Acta capit. antiqua (nettredjeno).
Na listini visi Ijubičasta svilena vrvca bez pečata.
Listina je na mnogo mjesia nečitljiva; pa je dopunjena iz: Liber privil. episc. Zagrab. list. 50.

353.

1328, 18. novembra. U Višegrađu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje zaloge Ivana Babonića.

Carolus dei gratia rex Hungarie fidelibus suis Mykecz bano totius Sclavonie, Dionysio filio Petri et Nicolao filio Radizlai salutem et gratiam. Cum Johannes filius comitis Babanek, magister thavarnicorum domine regine, consortis nostre carissime ex nostra permissione quoddam castrum suum Zirin vocatum ratione fideiussionis pro magistro Petro filio Herrici, genero suo per ipsum facte cum omnibus villis, prediis et possessionibus ad idem castrum pertinentibus in literis suis patentibus nominatis magistris Johanni, Laurentio et Ugrino filiis Johannis filii Geuge pro ducentis et quinquaginta marcis a festo nativitatis virginis gloriose usque ad revolutionem eiusdem festi annualem pignori obligaverit, nosque ipsas villas, predia et possessiones ad dictum castrum pertinentes, donec idem castrum ab ipsis redimetur, aput manus eorundem Johannis, Laurentii et Ugrini fieri velimus, volumus et fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatinus statim vjsis presentibus, quecunque de villis, prediis et possessionibus, quorum nomina in literis eiusdem magistri Johannis, quibus ipsam obligationem fecit, continentur' per quemcunque vestrum detinerentur occuppate, ad manus eorundem restituat pleno iure, et nullus vestrum aliud facere presumat, si[cu]t nostram regiam indignationem graviter- incurrere pertimescit; ad quorum statutionem faciendam Stephanum filium Chwe, famulum nostrum duximus transmittendum, ex cuius relatione tandem, restituetis eis nec ne, veritatem recepturi. Datum in Wyssegrad, in octavis beati Martini confessoris, anno domini millesimo tricentesimo v[ig]esimo octavo.

Iz originalnoga prijepisa kaptoia zagrebačkoga g. 1481. u kr. ugar. državnom arkivti u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.921.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 3. 268.-269.
Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay I. 108.—109.

354.

1328, 21. novembra. U Avignonu.

Ivan XXII. fiafia dozvoljuje Dominiku nadbiskufiu sfiljetskomu, da „-.,,,;.. za ovaj fiut moie zgodnoj osobi podijelih kanonikat.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Dominico archiepiscopo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam paterna benivolencia prosequentes, illam tibi graciam libenter impendimus, per quam te alii reddere valeas graciosum. Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue faciendi recipi hac vice auctoritate apostolica in tua Spalatensi ecclesia unam personam ydoneam, quam duxeris eligendam, in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo eiusdem ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignatis, reservandi quoque pro ea prebendam nulli alii de iure debitam, si qua in dicta ecclesia tunc vacabit vel cum vacaverit, quam dicta persona per se vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium postquam sibi vel eidem procuratori vocatio illius innotuerit, duxerit acceptandam, ac inhibendi archiepiscopis successoribus tuis, qui erunt pro tempore, et dilectis filiis capitulo Spalatensibus, seu illi vel illis, ad quem vel ad quos in eadem ecclesia prebendarum collatio, provisio seu quevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet, ne de dicta prebenda interim etiam ante acceptationem huiusmodi, nisi postquam eis constiterit, quod dicta persona vel idem procurator pro ea illam noluerit acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac conferendi eidem persone vel dicto procuratori pro ipsa prefatam prebendam post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, ac providendi etiam de eadem, necnon inducendi prefatam personam vel dictum procuratorem pro ea per te vel alium seu alios in corporalem possessionem prebende, iurium et pertinenciarum predictorum, et defendendi inductam, ac faciendi sibi de ipsorum canonicatus et prebende fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores per censuram apostolicam, appellatione postposita compescendo, non obstantibus de certo canonicorum numero et quibuslibet aliis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur, insistant, seu si

super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales, vel de beneficiis ecclesiasticis in iilis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservatione et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis, seu prebendas expectantibus in eadem prefatam personam in assecutione dictorum canonicatus et prebende volumus anteferri, sed nuilum per hoc eis quoad assecutionem prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari. Aut si archiepiscopo Spalatensi, qui est pro tempore, et eisdem capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem vel quamcumque aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gracie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore debeat in nostris litteris fieri mentio specialis. Aut si dicta persona presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absencia sua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet,. seu quod dicta persona unum, duo vel plura beneficia ecclesiastica obtinere noscatur, plenam tenore presentium concedimus facultatem. Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Avinione, XI. kalendas decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I no. 219. str. 166.—167. — Iz reg. An. XXIII. par. 2. ep. 1941.

355.

1328, 21. novembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa dozvoljuje Dominiku nadbiskupu spljetskomu, da može zadržati sva betteficija, koja je imao prije svoga promaknuća za nadbiskupa.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri Dominico archiepiscopo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Personam tuam etc. usque generosum. Cum itaque beneficia ecclesiastica, que tu tempore promotionis per nos de te facte ad Spalatensem ecclesiam tunc vacantem obtinebas in illis partibus, per huiusmodi promotionem et consecrationis munus a te apud apostolicam sedem de mandato nostro susceptum apud eandem sedem vacare noscantur ad presens, nullusque de illis preter nos hac vice disponere possit, pro eo quod nos diu ante vacationem huiusmodi omnes dignitates, personatus et officia ceteraque omnia beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem vacantia, et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Nos volentes tuam in hac parte honorare personam et per honorem tibi exhibitum aliis providere, fraternitati tue conferendi hac vice auctoritate nostra prefata beneficia sic vacantia, etiam si eorum aliquod dignitas vel personatus existat, quorum omnium redditus et proventus centum florenorum auri valorem annuum, ut asseris, non attingunt, etiam ipsorum beneficiorum, quorum singulorum proventus fore dicis tenues et exiles, duo vel tria singulis personis ydoneis, quas duxeris eligendas, etiam duo aut plura beneficia ecclesiastica, quorum alterum sit personatus vel dignitas, obtinentibus et providendi etiam de eisdem, dummodo beneficia huiusmodi, que obtinent, se compatiantur cum illis, que auctoritate presentium eis - duxeris conferenda. Inducendi quoque easdem personas vel procuratores suos nomine earumdem per te vel alium seu alios in corporalem possessionem beneficiorum, iurium et pertinenciarum predictorum, et defendendi inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciendi personam, cui huiusmodi beneficium, si quod personatus vel dignitas existit, contuleris, ad illum vel illam, ut est moris, admitti, ac eisdem personis de ipsorum beneficiorum fructibus, redditibus, iuribus, proventibus et obventionibus universis integre responderi, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus

ecclesie, in qua forsan huiusmodi beneficium, si quod sit personatus vel dignitas existat, contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis, vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus dictas personas in eorumdem beneficiorum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem aliorum beneficiorum preiudicium generari. Aut si dilectis filiis capitulo dicte ecclesie, in qua huiusmodi beneficium, si quod sit, ut predicitur, personatus vel dignitas existat, seu si aliquibus aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum,. quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem vel quamcumque aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentiohem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si dicta persona, cui de huiusmodi beneficio, si quod sit personatus vel dignitas, ut premittitur, duxeris providendum, presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absencia sua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Volumus autem, quod persona, cui de beneficio, si quod sit personatus vel dignitas, duxeris, ut premittitur, providendum, postquam ipsius beneficii possessionem pacificam fuerit assecutus, alium personatum vel aliam dignitatem, seu aliud beneficium ecclesiasticum, quod se non compatiatur cum huiusmodi personatu vel dignitate, de quo vel qua, ut prefertur, duxeris providendum, quem vel quam seu quod extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Nos enim, prout est, irritum decernimus et inane, si secus de dictis beneficiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel contigerit imposterum attemptari. Datum Avinione, XI. kal. decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo,

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 220. p. 167.—168. Iz reg. an. XIII. part. 2. ep. 1942.

356.

1328, 21. novembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa dozvoljuje Donuniku nadbiskupu spljetskom, da može crkvu svetoga Mavra na poluotoku Čiovu podijeliti zgodnoj osobi.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Dominico archiepiscopo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Tue devotionis merita promerentur, ut illa te gratia favorabiliter prosequamur, per quam • aliis te reddete valeas gratiosum. Cum itaque ecclesia sancti Mauri de insula Bove, cui, ut asseris, cura non imminet animarum, Traguriensis diocesis, quam venerabilis frater noster Lampredius episcopus Traguriensis, olim rector eiusdem ecclesie, promotionis sue tempore per nos facte de ipso ad Traguriensem ecdesiam tunc vacantem obtinebat, per huiusmodi promotionem et consecrationis munus ab eo apud apostolicam sedem de mandato nostro susceptum apud eandem sedem vacare noscatur ad presens, nullusque de illa preter nos hac vice disponere possit, pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi omnes ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud eandem sedem vacantia, et in antea vacatura collationi et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nos volentes tuam in hac parte honorare personam, frateraitati tue conferendi hac vice auctoritate nostra eandem ecclesiam sancti Mauri sic vacantem, cuius redditus et proventus octo florenorum auri valorem annuum, ut asseris, non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis alicui persone ydonee, quam duxeris eligendam, etiam duo beneficia ecclesiastica obtinenti, et providendi etiam de eadem, dummodo se compatiatur cum beneficiis, que dicta persona obtinet, cui providebis de illa, inducendi quoque eandem personam vel procuratorem suum eius nomine per te vel alium seu alios in corporalem possessionem ecclesie, iurium et pertinenciarum predictorum, et defendendi inductam, amoto ab ea quolibet detentore, ac faciendi eidem persone de ipsius ecclesie fructibus, redditibus, provefttibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in eadem diocesi speciales vel in illis partibus generales nostras, uel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum

aut legatorum dicte sedis litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretutn, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus eandem personam, cui dictam ecclesiam, ut premittitur, contuleris, in assecutione ipsius ecclesie volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem ecclesiarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, aut si eidem episcopo vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit se de indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem vel quamcumque aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras appostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris specialis, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Nos enim irritumt prout est, decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis, auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel contigerit imposterum attemptari. Datum Avinione, XI. kalendas decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 221. str. 168.—169. — Iz reg. an. XIII. part. 2. ep. 1171.

357.

1328, 21. novembr-a. U Avignonu.

Ivan XXII. ftapa dozvoljuje Dominiku nadbiskupu spljetskomu, da moie učiniti testamenat.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Dominico archiepiscopo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quia presentis vite conditio statum habet instabilem, et ea que visibilem habent essentiam, tendunt visibiliter ad non esse: tu hoc salubri meditatione premeditans, diem tue peregrinationis extremum dispositione testamentaria desideras prevenire. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, ut de bonis tuis undecumque non per ecclesiam seu ecclesias tibi

commissas, alias tamen licite acquisitis, que ad te pertinere omnimode dinoscuntur, libere testari valeas, ac de bonis mobilibus ecclesiasticis tue dispositioni seu administrationi commissis, que tamen non fuerint altaris seu altarium ecclesiarum tibi commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem ecclesiarum divino cultui seu usui deputata, necnon et quibuscumque bonis mobilibus a te per ecclesiam seu ecclesias licite acquisitis pro decentibus et honestis expensis tui funeris, et pro remuneratione illorum, qui tibi viventi servierunt, sive sint~consanguinei sive alii, iuxta servitii meritum moderate tamen disponere ac erogare possis, et alias prius de ipsis earumdem ecclesiarum ere alieno detento, ut eedem ecclesie non remaneant debitis obligate, in pios ac licitos usus committere possis, plenam et liberam fraternitati tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Volumus autem, ut in eorumdem ecclesiasticorum dispositione bonorum iuxta quantitatem residui erga ecclesias, a quibus eadem perceprsti, te liberalem exhibeas, prout conscientia tibi dictaverit. et anime tue saluti videris expedire. Datum Avinione, XI. kalendas decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Tkeiner Mon. Slav. Mer. 1. no. 222. str. 169. — Iz reg. an. XIII. par. 2. ep. 1156.

358.

1328, 21. novembra. U Avignonu.

Papa Ivan XXII. dozvoljava nadbiskupu spljetskom, da si može izabrati ispovjednika koji če mu na samrti -podijeliti potpuni oprost.

Indultum pro Dominico archiepiscopo Spalatensis, ut confessor, quem elegerit, possit ei semel in mortis periculo plenam remissionem peccatorum concedere. Datum Avenione, XI. kalendis decembris, anno Joannis papae XIII.

Farlati III. sacr. V. 313, regest,
Theiner \Mon. Slav. Merid. I. 169. no. 2x3.

359.

1328, 1. decembra. U Trogiru.

Ljudevit Mauroceno knez šibenički i Ivan Gradoniko knez trogirski, izabrani mirovni suci, sude u sporu izmedju Spljećana s kneza Gjure Subića sina bana Pavla.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigesima octauo, indictione XI., regnante domino Karulo serenissimo rege Hungarie, et temporibus venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et nobilis et sapientis viri domini Johannis Gradonici honorabilis comitis ciuitatis Tragurii, ac nobilium virorum dominorum Danielis Jacobi, Petrache Stepi, Vicencii Ampleuxii et Baroni Scluri[ni] iudicum ciuitatis predicte, die prima mensis decembris. Que ad pacem sunt libenter exquirimus, illaque pronis affectibus per debitos tramites promouemus, ut optata quies inde permaneat et illicitis actihus concordia prostrata resurgat. Ideoque nos Lodoycus Maureceno Sybenicensis et Johannes Gradonico Traguriensis de ducali mandato comites, arbitri, arbitratores et amicabiles compositores ellecti ab infrascriptis partibus, videlicet egregio viro domino Georgio comite nato bone memorie domini Pauli bani Croatorum pro se et eius hominibus ex parte vna, et nobilibus viris dominis Lucharo Andree, Theodosio Alberti, Petro Camurcii et Dobrala Peruoslaui Spalatensibus ciuibus pro comune ciuitatis Spaleti eiusdemque hominibus et personis ex parte altera, prout patet aperte publico instrumento compromissi scripto manu magistri Alesandri Johannis Albertonis de Firmo notarii iurati comunis Spaleti. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina općine spljetske od 21. juna 1328.)* Ratificato et aprobato per consilium generale comunis ciuitatis Spaleti et per Gregorium Petri Petrache syndicum dicte ciuitatis et hominum de Spaleto factis et constitutis in dicto consilio, ut de predicta ratificacione, et syndicatu constat aperte publico instrumento scripto manu dicti Alexandri notarii. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina općine spljetske od 23. oktobra 1328.)* Super omnibus iniuriis, excessibus, violenciis, robariis et mallys (!) quibuscumque commissis et perpetratis hinc inde per predictas partes uel aliquam ipsarum contra alteram a tempore quo ciuitas Spaleti fuit sub protectione domini ducis et comunis Veneciarum usque in hodiernum diem; item, de confinibus faciendis ordinandis et determinandis inter dictas partes, de territoriis et districtibus earum ac etiam de possessionibus habitis per aliquam specialem personam uel alicuius dictarum,

parcium, et de strata per dictum dominum comitem Georgium impedita personis volentibus in Spaletum et inde redire; petebatur namque pro parte dicti Gregorii syndici dicte ciuitatis Spaleti, quod strata, que occupata per prelibatum dominum comitem Georgium erat, sit et esse debet secura omnibus hominibus et personis dicte ciuitatis Spaleti eiusque districtus euntibus et redeuntibus sine aliquo dacio ab eis uel aliquo ipsorum per dictum comitem Georgium uel aliquem loco sui exigendo; item, quod debeant determinari et declarari usque ad ecclesiam sancti Michaelis de Arena a mare usque ad montes, et a Spaleto usque ad molendina comunis, que nunc tenent comune Spaleti et speciales persone dicti co:7iunis, confines in hunc modum, videlicet a colona, que est inter comune Tragurii et ciuitatem Spaleti in flumine Salone, deinde uero reto(!) tramite uersus sanctam Techlam et inde usque ad flumen Badi rete (!) capiendo cameno reto tramite usque ad montem Grassum, a mare usque ad montes, saluis et reseruatis iuribus archiepiscopatus, monasteriorum, ecclesiarum et specialium personarum ciuitatis Spaleti in ciuitate que fuit Salone, que habent aliquam possessionem extra predictos confines, et etiam saluis iuribus comitis Georgii et alicuius sui hominis qui haberet aliquas possessiones infra predictos confines. Item, quod dampna data per dominum comitem Georgium seu gentem suam satisfieri debeant personis lesis ciuitatis Spaleti, prout patet lacius in predicta petitione, ad que pro parte aduersa, scilicet comite Gregorio Jurinich de Policia procurator dicti comitis Georgii procuratorio nomine ipsius prout patet de dicto procuratorio publico instrumento scripto manu Jacobi Boncambii de Firmo notarii. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kneza Gjure Subića od 23. oktobra 1328.)* In contrarium respondebatur, quod supradicti conffines(!) tamquam non veri non sunt ita terminandi et finiendi, ut dicitur; imo veri confines Clisie et Salone, quorum ipse dominus comes Georgius est dominus, sunt terminandi infrascripto modo, videlicet a villa Berda ad petram tonatam a viila recto tramite usque ad fluuium Sernouinice per totum uersus Salonam et Clisiam; item a predicto flumine Sernouinige per totum vsque ad flumen Cetine, quod vadit ante Altnisium; item ex ista parte fluminis Salone usque ad Coctell, a dicto Cottelo (!) supra retro tramite usque ad Sinoleuichi et a Sinoleuich (!) usque sassa retro(!) tramite; saluis iuribus archiepiscopatus, monasteriorum et ecclesiarum et saluis et reseruatis omnibus iuribus que predictus comes Georgius et sui heredes haberent extra predictos confines iusta(!) confines Spaleti pro quibuscumque possessionibus et terris; et e conuerso, quod si predicti Spalatenses haberent aliquas possessiones infra confines dicti comitis Georgii et suorum hominum. Item, super facto strate respondetur, quod libera sit, dum-

modo dominus comes Georgius possit duanam accipere tamquam dominus dicte strate et presertim ex vigore sententie late per quos (!) arbitros de Jadra. Pro emendatione autem dampni respondebatur pro parte dicti procuratoris, quod pro parte domini comitis Georgii emendaretur, si quid dampni probaretur illatum esse, quod negabat; que quidem responsiones et dicta lacius patent in responsis et dictis prelibati procuratoris. Vnde visis et auditis sepe sepius iuribus, peticionibus, responsionibus, oppositionibus, allegacionibus et auditis et visis testibus et priuillegiis papalibus et regalibus et contradictionibus utriusque partis et datis terminis semel et pluries partibus antedictis et perheniter et vltra debitas dilationes expectatis ad producendum omnia eorum iura et testes ad accipiendam copiam predictorum opponendum et excipiendum contra predicta et quodlibet predictorum et ad omnia alia facienda, que dicte partes circa predicta et quodlibet predictorum eisdem pro predicta causa presentauerint opportuna, et dato insuper termino ad sentenciam audiendam. Igitur nos Lodoycus Maurocenus et Johannes Gradonicus comites prelibati deo auctore propicio inuocato, pro bono pacis et concordie in posterum conseruando, per ea que vidimus et pensate cognouimus, habita inter nos sepe sepius deliberatione solempni in hunc modium sentenciam, arbitrium siue laudum in hiis scripsis proferimus ac damus, videlicet, quod per stratam Clisie et per totum territorium predicti domini comitis Georgii homines et persone ciuitatis Spaleti eiusque districtus possint et debeant ire et redire libere et securi cum omnibus suis bestiis et animalibus quibuscumque et cum omnibus mercimoniis et rebus sine aliqao dacio persoluendo seu duano ; et insuper aliis personis omnibus venientibus vndecumque cum omnibus suis rebus, animalibus et mercimoniis per dictam stratam et dictum territorium comitis Georgii antedicti Spaletum et ad eius districtum euntibus et de dicta ciuitate seu districtu redeuntibus per eandem eundemque districtum nulla fieri debeat robaria neque violencia seu exforcium (!) quoquo modo inferri nec aliqua inhibitio eundi et redeundi; et simili modo dominus comes Georgius et sui homines et persone possint et debeant ire et redire per ciuitatem Spaleti eiusque districtum absque aliquo datio seu duana soluenda, etiam non debeat nec possit violencia seu robaria fieri uel inferri per сотиие ciuitatis Spaleti et homines dicte ciuitatis eiusque districtus transeuntibus in dictam ciuitatem Spaleti eiusque districtum venientibus vndecumque et euntibus ad terram Clisie uel districtum domini comitis Georgii sepedicti, nec aliqua inhybitio (!) fieri eundi et redeundi. Et predicta diffinimus de dicta strata et territorio modo predicto ex vigore quorumdam priuillegiorum dicte ciuitatis Spaleti et etiam cuiusdam sentencie arbitralis,

quibus pro parte domini comitis Georgi nichil fuit oppositum ue! obiectum, quod sufficiens impedimentum haberet. De confinibus autem terminamus et diffinimus, quod confines comunis et hominum Spaleti intelligantur, sint et esse debeant a Spaleto usque ad Salonam, et a Salona uersus Tragurium usque ad colonam, que colona est confinis inter comune Spaleti et Tragurii; hoc salvo et reseruato, quod si infra dictos confines sint aliqua iura, pos sessiones et terre dicti domini comitis Georgii uel suorum hominum seu ecclesiarum existencium in territorio comunis Spaleti antedicti, siue ecclesiasticarum personarum, sint et esse debeant sua et iuribus eorum et cuilibet ipsorum saluis et reseruatis in esse suo, prout et sicut sunt; et similiter eodem modo si ultra dictos confines in territorio dicti domini comitis Georgii essent aliqua molendina, iura, possessiones seu terre comunis Spaleti, archiepiscopatus, monasterior um siue ecclesiasticarum personarum, ecclesiarum scu singularium personarum comunis predicti eiusque districtus, sint ipsorum et esse debeant salua, iibera sicut sunt et ipsis possessionibus, terris, molendinis et iuribus prefati homines et comune Spaleti et monasteria et ecclesie antedicte possint libere uti et frui pro iure, quod habent in eis. Pro territorio comitis Georgii antedicti de confinibus nobis arbitris et arbitratoribus assignatis per dictum comitem Gregorium procuratorem domini comitis Georgii nichil potuimus definire seu arbitrari ex eo, quia nichil coram nobis fuit productum, quod sortiret effectum, nisi in quadam carta bombicina fuit nobis oblata copia cuiusdam priuillegii, cui non debet nec potest fides aliqua adhyberi (!) et insuper opponebatur per homines et syndicum de Spaleto, quod originale, vnde pretacta copia tracta erat, si produceretur, probaretur aperte cum falsitate fulcitum; cumque ad predicta nos arbitri aduertentes multociens pro inuestiganda veritate procuratori antedicto oretenus diximus, ut dictum coram nobis priuillegium exibetur, quod quidem procurator predictus exquisitis induciis plurimis vtens pocius non rationibus set quibusdam occasionibus friuolis facere seu producere non curauit, idcirco de predictis acquieuimus difinire aliquid. De dampnis autem, que per dictas partes compromictentes illata foie dicuntur hinc inde et de aliis questionibus seu litigiis vertentibus inter dictas partes et syngulares personas et utraque parcium, que ex licentia et baylia nobis in compromisso concessa et data cognoscere et difinire possumus, cognitionem et ditfinitionem ipsarum loco suo et tempore nobis in posterum reseruamus. Que omnia et singula suprascripta precipimus a dictis partibus obseruari sub pena in dicto compromisso contenta; qua pena soluta uel non, rato manente presente contractu siue sentencia. Ceterum

mandauerunt michi notario infrascripto duo conficere publica instrumenta vnum cuilibet parti debite assignando.

Lata, data et sentencialiter promulgata fuit dicta sentencia per predictos arbitros, arbitratores et amicabiles compositores in pallatio comunis et hominum ciuitatis Tragurii pro tribunali sedentibus (!) sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octauo, indictione XI., die kalendarum mensis decembris, dictis partibus presentibus, et presentibus dominis Petro jacobi de Blandionibus de Anchona iudice, Francischo de Montagnana socio domini comitis Tragurii, magistro Nicholao Celorogico, magistro Dominico Jacobi Gentilis de Monteactono notario domini episcopi Traguriensis, Radouano Helie, Radino Johannis de Sibenicho, Francischo Bradani de Veneciis, magistro Angelo Amici de Esculo notario Sibenicensi, Johanne Dese et Vicentio Ampleuxio de Tragurio testibus de hiis vocatis et rogatis.

Ego Lodoycus Maurocenus comes Sibenici iudex arbiter manum misi.

f Ego Johannes Gradonico comes Tragurii iudex arbiter manum misi.

Ego Superantias Ranaldini de Cingulo auctoritate imperiali notarius et nunc comunis Tragurii iuratus et rogatus scribere scripsi et publicaui.

Originalni pi'ijepis kaptola spljetskoga u arkivn isiog kaptola a *Spljetu XVI. 1. 104.*
Ne vidi se irag~a, da je visio peeat.
Prijepis taj imade slijedeći uvod:

In nomine indiuidue trinitatis amen. Nos capitulum maioris ecclesie Spalatensis, videlicet Andreas archipresbiter, Laurencius Zanini primicerius, Duimus Damiani, Petrus Cassiani, Jacobus Andree, Bocardus Jacobi de Ipra, Damianus Peruose, Malgaritus Malgariti, Duimus Nichole, Andreas Silurifni], Andreas Fermani, Nicholaus Pouregeni et Johannes Ciuitici, canonici Spalatenses vniuersis et singulis quibus expedit et expedire posset deducimus in noticiam cerciorem, quod accedentes (!) ad nostram presenciam nobilis vir ser Franciscus Damiani tamquam syndicus et syndicario nomine comunis, hominum et vniuersitatis ciuitatis Spaleti presentare curavit quandam sentenciam arbitratoriam in publicam formam redactam, postulans a nobis instantissime, ut dignaremur ipsam sentenciam copiare sub sigillo nostri capituli pro necessitatibus dicti comunis. Qua sentencia visa et perlecta seriosius ac omni suspicione carente peticioni iuste dicti syndici ducximus(l) annuendum, comictentes ex certa sciencia dictam sentenciam seriatim et diligenter

copiari sub dicto nostro sigillo, qua copiata sentencia excultata diligencius cum presenti copia in omnibus inuenimus concordare. Cuius quidem sentencie tenor talis est: *(Slijedi gomja listina).*

360.

1328, 12, đecembra. D Avignonu.

Ivan XXII. papa Sergija biskujba kotorskoga izuzimlje isfiod vlasti nadbiskupa barskoga.

Johannes episcopus servus servorum dei venerabili fratri Sergio episcopo Catharensi, salutem et apostolicim benedictionem, Pure devotionis sinceritas, quam ad apostolicam sedem et nos habere dinosceris, necnon multiplicia tue merita probitatis mentem nostram non indigne solicitant, ut in hiis, que persone tue pacem ac quietem et commodum ecclesie tue Catharensis respiciunt, nos reddamur tibi favorabiles et benigni. Sane, sicut petitio tua nobis exhibita continebat, licet dudum bone memorie Dampnio episcopo Catharensi regimini Catharensis ecclesie presidente, nos provisionem eiusdem ecclesie, cum per ipsius Dompnii obitum vel alio quocumque modo eam vacare contingeret, duxissemus specialiter reservandam, ac postmodum prefata ecclesia per obitum dicti Dompnii, qui in illis partibus diem clausit extremum, vacante, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, de persona tua eidem ecclesie duxerimus providendum preficientes te llll in episcopum et pastorem, ac subsequenter tibi fecerimus munus consecrationis impendi ; tamen venerabilis frater noster Landulfus archiepiscopus Barensis reservationis huiusmodi non ignarus, cum tempore debito huiusmodi reservatio sibi fuisset legitime intimata, in apostolice sedis contemptum, tuumque preiudicium et gravamen Johannem de Viterbio apostatam eidem ecclesie temere de facto prefecit in episcopum et pastorem, immo verius in dicta ecclesia intrusit eundem, sibi curam et adrninistiationem eiusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus committendo, qui huiusmodi intrusionis pretextu eiusdem archiepiscopi fultus potencia dictam ecclesiam detinet occupatam: quare nobis humiliter supplicasti, ut cum dicta Catharensis ecclesia fuerit hactenus per dictum archiepiscopum eiusque capitulum plurimum devastata, ac timeas et dubites per eundem archiepiscopum eandem ecclesiam ulterius devastari, te et ecclesiam tuam predictam ad vitam tuam de speciali gratia eximere dignaremur. Nos igitur premissorum consideratione volentes te illius favoris presidio prosequi, per quod quieti tue et indempnitatibus eiusdem ecclesie con-

sulatur, tuis supplicationibus inclinati personam tuam et ecclesiam Catharensem predictas ab omni iurisdictione, dominio et potestate predicti archiepiscopi et successorum suorum archiepiscoporum Barensium, qui erunt pro tempore, ac dilectorum filiorum capituli Barensis ecclesie, quibus tu et Catharensis ecclesia estis metropolitico iure subiecti, necnon vicariorum et quorumlibet aliorum officialium suorum auctoritate apostolica ad vitam tuam tenore presentium prorsus eximimus de gracia speciali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre exemptionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, II. idus decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 226. p. 171. — Iz reg. an. XIII. par. 1. ep. 647.

361.

1328, 12. decembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa podaje biskupu kotorskomu Sergiju za konzervatore nadbiskupa dubrovačkoga i biskupa hvarskoga u poslu izuzimanja izpod vlasti nadbiskupa barsko^a.

Johannes episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus . . . Antibarensi et . . . Ragusino archiepiscopis et episcopo Farensi, salutem et apostolicam benedictionem. Pure devotionis sinceritas, quam venerabilis frater noster Sergius episcopus Catharensis ad apostolicam sedem et nos habere dinoscitur, necnon multiplicia sue merita probitatis mentem nostram non indigne solicitant, ut in hiis, que persone sue pacem ac quietem et commodum ecclesie sue Catharensis respiciunt, nos reddamur sibi favorabiles et benigni. Sane, sicut petitio eiusdem episcopi nobis exhibita continebat, licet dudum bone memorie Dompnio episcopo Catharensi regimini Catharensis ecclesie presidente, nos provisionem eiusdem ecclesie, cum per ipsius Dompnii obitum vel alio quocumque modo eam vacare contingeret, duxissemus specialiter reservandam, ac postmodum prefata ecclesia per obitum dicti Dompnii, qui in illis partibus diem clausit extremum, vacante, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta de persona prefati Sergii episcopi eidem ecclesie duxerimus providendum, preficientes ipsum illi in episco-

pum et pastorem, ac subsequenter prefato Sergio episcopo fecerimus munus consecrationis impendi: tamen venerabilis frater noster Landulphus archiepiscopus Barensis reservationis huiusmodi non ignarus, cum tempore debito huiusmodi reservatio sibi fuisset legitime intiraata, in apostolice sedis contemptum prelibatique episcopi preiudicium et gravamen Johannem de Viterbio apostatam eidem ecclesie temere de facto prefecit in episcopum et pastorem, immo verius in dicta ecclesia intrusit eundem, sibi curam et administrationem eiusdem ecclesie in spirituaiibus et temporalibus committendo, qui huiusmodi intrusionis pretextu eiusdem archiepiscopi fuitus potencia dictam ecclesiam detinet occupatam: quare nobis memoratus Sergius humiliter supplicavit, ut cum dicta ecclesia Catharensis fuerit hactenus ~per dictum archiepiscopum eiusque capitulum plurimum devastata, ac timeat et dubitet per eundem archiepiscopum eandem ecclesiam ulterius devastari, ipsum Sergium et ecclesiam suam predictam ad vitam suam de speciali gratia eximere dignaremur. Nos igitur premissorum considera.ione volentes prefatum episcopum illius favoris presidio prosequi, per quod quieti sue et indempnitati eiusdem ecclesie consulatur, ipsius supplicationibus inclinati personam suam et ecclesiam Catharensem predictas ab omni iurisdictione, dominio et potestate predicti archiepiscopi et successorum suorum archiepiscoporum Barensium, qui erunt pro tempore, ac dilectorum filiorum capituli Barensis ecclesie, quibus episcopus et Catharensis ecclesia prefati sunt metropolitico iure subiecti, necnon vicariorum et quorumlibet aliorum officialium suorum auctoritate apostofica ad vitam suam tenore litterarum nostrarum prorsus eximimus de gratia speciali. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios prefatos episcopum et ecclesiam Catharensem non permittatis contra tenorem exemptionis nostre huiusmodi ab eisdem archiepiscopo, capitulo, vicariis seu officialibus aut quibusvis aliis aliquatenus molestari, molestatores huiusmodi auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstante si eisdem archiepiscopo et capitulo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbuum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Avinione, II. idus decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Theiner Mon. Stav. Mer. I no. 227. str. 172. Iz reg. an. XIII. par. 1. ep. 698.

362.

1328, 12. decembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa dozvoljuje Sergiju biskupu kotorskomu, da može beneficija crkvena, koja je posfedovao prigodom svoga promaknuća za biskupa, slobodno podijeliti sposobnim osobama.

Johannes episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri Sergio episcopo Catharensi salutem et apostolicam benedictionem. Personam tuam nobis et apostolice sedi devotam congruo prosequentes honore illa te libenter gratia prevenimus, per quam possis aliis existere generosus. Cum itaque archidiaconatus Catharensis beneficia ecclesiastica sancte Sophye et sancti Laurentii ecclesiarum sine cura tue diocesis, que promotionis tue tempore per nos facte ad dictam Catharensem ecclesiam, tunc pastore carentem, in eisdem Catharensi ecclesia et diocesi obtinebas, quorum fructus, redditus et proventus vigintiquinque florenorum auri valorem annuum, ut asseris, non attingunt, per huiusmodi promotionem et muneris consecrationis susceptionem de mandato nostro apud apostolicam sedem tibi impensi apud eandem sedem vacare noscantur ad presens, nullusque preter nos de dictis archidiaconatu et beneficiis hac vice disponere possit, pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi omnes dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud eandem sedem vacantia, et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Nos personam tuam in hac parte honorare volentes, et per honorem tibi exhibitum aliis providere, fraternitati tue dilectis filiis Petro Saranni dicte ecclesie Catharensis canonico archidiaconatum, ac Sergio de Gonni archipresbitero ipsius ecclesie beneficia sine cura predicta sic vacantia cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, si sint ydonei, auctoritate nostra conferendi, ac inducendi per te vel per alium seu alios, Petrum videlicet in archidiaconatus et Sergium predictos, vel procuratores eorum in beneficiorum predictorum ac iurium et pertinenciarum ipsorum corporalem possesionem, et defendendi inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciendi dictum Petrum vel procuratorem suum predictum eius nomine ad eundem archidiaconatum in dicta Catharensi ecclesia, ut est moris, admitti, necnon Petro de archidiaconatus et Sergio predictis de beneficiorum ipsorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores auctoritate nostra, appeUatione postposita, compescendo, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum contrariis iuramento, confirmatione apostolica seu quacumque alia firmitate vallatis, seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus vel personatibus seu officiis in eisdem ecclesiis speciales, vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibns Petrum in archidiaconatu et Sergium prefatos in predictorum beneficiorum assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum vel personatuum seu officiorum ac beneficiorum aliofum preiudicium generari; seu si episopo Catharensi, qui est pro tempore, et dilectis filiis capitulo dicte ecclesie Catharensis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, seu quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque, de dignitatibus vel personatibus seu officiis aut beneficiis ecclesiasticis huiusmodi ad eorum collationem provisionem vel quamcumque aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali uel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie Catharensis ratione dicti archidiaconatus solitum iuramentum, dummodo in absencia sua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam accesserit, corporaliter illud prestet, plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem. Nos enim, prout est, irritum decernimus et inane, si secus seper hiis a quoquam quavis auctoritate scienter yel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel imposterum cantigerit attemptari. Datum Avinione, II. idus decembris, pontificatus nostrt anno tertiodecimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. 1. no. 225. str. 170.—171. Iz reg. an. XIII. par. 1. ep. 646.

363.

1328, 14. deeembra. U Dubrovniku.

JJubrovačka oficina prima pismo srpskoga kralja, kojim potvrdjuje primitak svetodimitarskoga dohotka.

Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione XI., die XIIII. mensis septembris. Actum Ragusii in cancellaria comunis, presentibus Nicolecto Leone de Venecia, Bencio del Bono de Florentia, magistro Benedicto cirolego de Fano salarito comunis, Martolo de Tudisio et Marino de Luce testibus ad hoc uocatis et rogatis. Ibidem nobilis et sapiens vir dominus Biste de Primutis de Cataro nuncius et missus serenissimi domini. domini regis Raxie ad infrascripta et alia ab ipso domino rege specialiter destinatus, ut in litteris ipsius domini regis hic appositis continetur, nomine et vice ipsius domini regis et pro ipso domino rege contentus et confessus fuit, se habuisse et recepisse et apud se habere ab egregio et potenti viro domino Balduyno Dalfino honorabili comite Raugii, dante et soluente nomine et vice comunis et hominum Raugii et de pecunia propria dicti comunis yperperos tria millia sexcentos triginta tria in grossis de Venecia, que idem dominus rex recipere et habere debebat a comuni Raugii pro incensu sive tributo duorum annorum completorum in festo sancti Dimitri proxime preteriti residuum usque IIII. M. yperperum, quod est yperperos trecentos sexaginta septem comune Raugii retinuit in se pro dampno sibi illato per Branco et gentem suam in Breno secundum formam pacis.

(Adresa:)

Кралıевьства ми драгому и любовьному сроднику кнезу Дубров(ь)чкому Бальдовину Дальфину и судиамь векникомь и властеломь дубров(ь)чкимь.

(Tekst:)

Кралıевьства ми драгому и любовьному сроднику кнезу Дубров(ь)чкому Бальдовину Дальфину и судиамь и векникомь и властеломь дубров(ь)чкимь. Посла кралıевство ми къ вамь свояга вѣрнога милостника кьзіе кралıевьства ми кнеза Бистета, да

да му сте дали доходькь кралıевьства ми, кои сте дльжни кралıевьству ми за К. годищи и що ви говори вѣрьните га яко четь кралıевьства ми вьсе су рѣчи кралıевьства ми.

Стефанъ краль.

дд ма сте дллн ДОХОДБКК крддкзккстжд мн, кон сте ддижнн крд-
AICKhCTKH МН ЗД К. ГОДНфН Н 1|JO ВН ГОВОрН BtpHHTe ГД ПКО 8CTh
КрДЛШЕКСТВД МН BhC6 C8 pf,YH КрДДШКhСТВД МН.
Стефдн*h* крдлh.

Diversa cancellariae knji^e od d. 1328.—1330. u dubrovačkom arkivu. Originalno kraljevo pismo na dugoljastom papiru. Kraljev potpis crvenom tintom.

Pucić Spom. srp. II. br. 10, S.—9.

364.

1328.*

Ivan ban mačvanski preporuča Dominika г Petra Konpu.

Johannes banus de Machou, comes Syrmiensis, de Wolkou, de Budrug et de Baranya carissimo compatri suo magistro Thomae filio Kupsa, et Demetrio fratri suo inclinationem cum indissolubile(l) vinculum(!) proximitatis ex afectu. Vestram compaternitatem requirimus reverenter per praešentes, quod Dominicum et Petrum filios Stephani dicti Conpa ad vestram petitionem (!) specialem recipiatis, ut etiam a domino nostro extitit praeceptum, ut protegeremus. Aliud nostri gratia non facturi.

Iz vana :

»Carissimo compatri suo Thomae, et Demetrio filiis Kupsa«.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u B udimpešti. — Na lislmi nalazi se odlomak pečala.

Wenzel Cod. dipl. Arpadianus continuatus XII. 669.

* Wenzel stavljajući ovu listinu u svoj zbornik po svoj je prilici držao, da je ovaj Ivan, ban mačvanski identičan s banom istoga imena, koji se spominje u listini Ladislavovoj od g. 1273. (u Fejer Cod. dipl. V. 2. p. 85.); nu taj je Ivan samo mačvanski ban, dočim već naslov župana srijemskog nosi Ugrin (Ib. p. 86.) Prema tomu ova listina u opće ne spada u 13. vijek, jer u čitavom vijeku ne nalazimo traga još kojemu Ivanu, banu mačvanskomu, nekmoli, da bi isti bio i župan srijemski, vukovski itd.

Tek g. 1328. javlja se osoba, kojoj svi traženi predikati pripadaju i to u listini Karla Roberta od god. 1328. u Fejer Cod. dipl. VIII. vol. 4. p. 654. Ovaj se ban spominje po svoj prilici još g. 1334. Ib. VIII. vol. 3. 725. te je to ujedno najkasniji datum za gore priopćenu listinu.

365.

1329, 1. januara. U Zagrebu.

Ladislav biskup zagrebalki propisuje kako se imadu vršiti crkvene funkcije.

Ladislaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis discretis viris fratribus suis canonicis singulis sue Zagrabiensis ecclesie et procuratoribus absencium ex eisdem salutem . et paternam benediccionem. Juxta ordinacionem et constitucionem venerabilis patris domini fratris Augustini, sancte memorie predecessoris nostri, in ipsa nostra ecclesia secundum ordinem dignitatuum et personatum ac aliorum ex vobis, quidam in sacerdotali, quidam in dyaconatus et aliqui in subdyaconatus ordinibus, prout patet superius, suorum tenentur officiorum exsolvere debita, que, ut percepimus, interdum negliguntur, in quibusdam et male, cum beneficia propter officia concedantur secundum canonica instituta. Quare vobis damus firmiter in preceptis, quatenus vestra officia eo modo, sicut predecessor supradictus constituit et precepit, per vos ipsos et quandoque, causa racionabili excusante, per alios ydoneos studeatis sollicite adimplere, ne exinde defectus appareat aliqualis. Et ut cultus divinus in eadem nostra ecclesia operante domino augeatur, volumus et firmiter in virtute sancte obediencie iniungimus statuendo, ut vestrum singuli, qui, in sollempnitatibus consvetis in nostra ecclesia observari vel alias quandocumque per cantorem vel eius succentorem inscripti fuerint, ut est moris, ad chorum regendum seu explendum aliud officium, aut eius actui, qualecumque diurnum vel nocturnum, horis competentibus teneantur perficere sicut decet sollicite et devote. Quicumque autem ex vobis non inpeditus racionabiliter, de quo impedimento se teneatur excusare humiliter, secus fecerit, pro cuiuslibet officii huiusmodi obmissione et • specialiter misse et vespere die quolibet, unum cubulum vini vel eius valorem eo ipso solvere obligetur ad manus cantoris vel eius succentoris, qua soluta distribuantur, prout opus fuerit, pauperibus clericis frequentantibus horas canonicas in nostra ecclesia maiori, quasi defcctum supplentibus premissorum. Ad que omnia et singula premissorum execucioni mandanda quociens necesse fuerit, cantor vel eius succentor invocet auxilium vicarii in spiritualibus generalis, qui ad hec forcius obligetur; salvo et expresso si aliquis ex vobis non irnpeditus racionabiliter, ut predicitur, sed contumaciter cum scandalo se inobedientem ostenderet in premissis, contra talem ipse vicarius

procedat ad penas graviores sua considerata contumacia, prout sibi videbitur expedire. Datum Zagrabie, kalendis ianuarii, anno domini MCCC vicesimo nono.

Et quoniam superius de mensuris vini ut plurimum tangitur, expedit videre constitucionem, quam episcopus Zagrabiensis Augustinus dictavit servandam :

Ut commune capituii ecclesie Zagrabiensis cellariurn cottidiane distribucioni sufficere valeat, ac per hoc ministri ecclesie, qui divinis officiis, freti huiusmodi subsidio possint iugiter inservire, statuimus: ut annis singulis talis distribucionis mensa communi voluntate capituli ordinetur, qua usque ad annum ipsa distribucio valeat perdurare. Inhibentes omnibus et singulis tam canonicis quam eciam personis seu sciam aliis qui eiusdem distribucionis existunt participes, ne plus quam unam mensuram in die, nisi ibrte supplementum eius porcionis, quam diebus preteritis minime percepisset, petere debeat. Cellerario vero capituli in virtute obediencie, sub excomraunicacionis pena precipimus, ne cui contra hanc formam aliquid conferre valeat. Utque hoc ac alia, que ad conservacionem communis rei perficiunt, sollicicius observentur, volumus ut tres canonici, qui ad hec per ipsum capitulum decreti fuerint, semel in singulis mensibus a procuratore dicti cellarii studiose sibi reddi faciant racionem, et si cum aliquid contra hoc dedisse repererint,. de propriis bonis emendare conpellant. Hanc autem distribucionem solum eis de canonicis conpetere volumus, qui officio ecclesie presentes intersunt, videlicet: . matutino, misse et vesperis, diebus quidem festivis, hoc est novem leccionum vel supra, personaliter; diebus vero inferioribus saltem per vicarium, qui legendi cantandique in choro possit officium exercere> vel qui de nostri vicarii licencia paucis diebus absentes fuerint et hiis qui egritudine, nostro seu communis capituli ministerio occupati, absentes iudicari non debent.

Liber stat. cap. Zagrab. p. II. cap. II. et III.
Farlati Illyr: sacr. V. 421.—422.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 2. 273. i 6. 111.—112.
Tkalčić Monum. cpiscop. Zagrab. II. 66.—67.
Tkalčic Mon. civ. Zagr. I. 132.—133.

366.

1329, 9. januara. U Zagrebu.

Ladislav biskup zagrebački odredjuje, kako se imadu dijelih zajednički dohotcl u kaptolu.

Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis universis presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Presidentis exquirit officium non solum male acta corrigere, sed eciam bene observata oportunitate occurrente ordinabilius disponere evidenti utilitate maxime exigente. Sane cum ad regimen predicte nostre Zagrabiensis ecclesie fuissemus promoti inter cetera invenimus, quod in ipsa nostra ecclesia fere incertus inveniebatur canonicorum numerus, et quod lector in eadem constitutus duplicatam non habebat porcionem et alias lectoratus dignitas paucis erat dotata redditibus eo respectu, sicut in aliis kathedralibus ecclesiis apparebat. Idcirco canonicorum numerum in dicta nostra ecclesia de fratrum nostrorum consilio et consensu ad canonicatus triginta tres in quantum inveniri potuit etiam olim extensum taxamus, ratificamus, approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio observandum et habendum de cetero roboramus ita, quod lector, qui nunc est, et qui pro tempore fuerit constitutus, ultra ea, que actenus racione lectoratus percipi consveverunt, de omnibus redditibus capituli, preter villas seu iobagiones, duplicatam in omnibus, dum tamen sit canonicus, percipiat porcionem, eo non obstante, quod sublector, qui ab ipso lectore denominatur et ad ipsius pertinet correccionem, de redditibus comunibus suam habeat per se porcionem. Similiter volumus et statui mus, quod cantor, custos ac decanus pro tempore constituti, qui duplas in redditibus comunibus consveverunt habere porciones in villis seu iobagionibus, singuli singulis porcionibus sicut alii canonici debeant contentari. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Zagrabie, feria secunda proxima post octavas Epyphanie domini, anno eiusdem MCCCXX nono.

Liber stal. cap. Zagrab. part. III. cap. II.
Tkalčić Mon. eppatus Zagr. II. 79.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 134.

367.

1329, 13. januara. U Stol. Biogradu.

Kaptol stolnobiogradski prepisuje na molbu Andrije sina župana Merklina listinu kralja Bele od god. 1260. za zemlju Glavnicu.

Nos capitulum Albensis ecclesie tenore presencium slgnificamus quibus expedit vniuersis, quod magister Andreas filius comitis Merklini ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis priuilegium domini Bele serenissimi quo lldam regis Hungarie felicis recordacionis super donacione cuiusdam possessionis Glaunicha vocate, petens nos cum instancia, vt tenorem ipsius priuilegii pro eo, quia dictum priuilegium in specie idem magister Andreas propter inundaciones aquarum, insidias inimicorum et aliarum causarum plurimarum portare et exhibefe coram iudicibus non valeret, de uerbo ad uerbum transscribi faceremus et sigillo nostro consignari. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Bele od g. 1260.)* Nos igitur peticionibus eiusdem magistri Andree annuentes vt tenemur, tenorem ipsius priuilegii de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus et sigillo nostro communiri. Datum in octauis epiphanie domini, anno eiusdem M°CCC°XX° nono.

Original u kr. ^igar. drž. arkivii u Budimpešti: M. O. D. L. no. 504. — Stara signatura N. R. A. fasc. 1531. no. 26.
Na listini visi o sviienoj uzici crvene i zelene boje trošan pečat.

368.

1329, 1. februara. U Križevcima.

Mihć ban daje ustanoviti tuedje izmedju gradova Moravča i Zeline.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes significamus quibus: expedit presencium per tenorem, quod cum discordie et contrbuersie inter iobagiones castri de Moroucha et de Glaunicha ex una parte, ex altera autem '-inter ciues de foro Zelyna quam plures exorte fuissent racione metarum possessionis predictorum ciuium, uios igitur volentes ipsos concordare, ut omnes inimicicie racione predictarum rhetarum inter partes sopiantur, per m'a'gištfurrv' Stephamim filiunr Pauli bani, comitem nostrum' Crisiensem semel "reambulare fecimus' et circum-

*

limitare, ymmo secundario per magistrum Jacobum castellanum nostrum de Minori Kemlek et comitem de Morouchа limitare iecimus, quf iuxta veteres metas reambulauerunt, sicut nobis pariter ad nos redeuntes oretenus retulerunt, et mete possessionis ciuium iam dictorum. prout iobagionibus castri de Morouchа et de Glaunicha coram nobis astantibus iri nullo fuerunt contradictores, sed pocius iustas directas dixerunt, sunt tales, quod prima meta incipit ab oriente iuxta fluuium Thoplice et inde abscendit(l) vnum montem et pervenit retro domus sacerdotis ecclesie sancti Johannis Baptiste, ubi est vna antiqua uia, per quam viam descendit infra ad vnum puteum prope vallem vnam, per quam vallem progreditur versus occidentem et ascendendo montem; uenit ad vnum stagnum et inde descendendo peruenit ad vnum riuulum dictum Kuspezor, et inde tendit iterum ad vnum montem ad arborem« berekenye cruce signatam meta terrea circumfusam et ibi uicinantur mete comitis Jacobi filii Bogozlay, deinde descendit infra ad unum foramen et subtus declinat vnus puteus per vallem dictam Ymlouicha,. et inde progreditur et peruenit ad paruam Zelynam, et inde tendit ad. vnam .parvam vallem et ascendit montem.et uenit ad arborem bykfa cruce signatam meta terrea circumfusam, et iterum inde de monte descendit infra ad vnum puteum dictum Sumechec et peruenit meatum putei ad magnam Zelinam, per [qu]am Zelinam. pergreditur versus partem septemptrionalem et peruenit ad vnum fluuium dictum Prodolie, per quem fluuium ascendit ad caput eiusdem fluuii Prodolie et ibi: ascendendo peruenit ad arborem piri siluestris cruce signatam iuxta antiquam viam, et ibi vicinantur mete Petri de Kalyn, inde ascendit ad montem et peruenit ad arborem nyrfa cruce signatam iuxta eandem uiam, per quam viam descendit uersus partem meridionaiem perueniens arborem castanie, ubi vicinantur mete filiorum Jurk, deinde tendit ad vnam semitam, ubi est arbor castanie cruce signata meta terrea circumfusa, abinde descendit sicut esset iactus lapidis ad vnam arborem brekina cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde iterum infra ad: arborem brekina cruce signatam, abinde tendit directe in aquam Thoplice, per quam descendit infra et peruenit ad metam in principio nominatam. Ut igitur hec series robur perpetue firmitatis optineat, nec: per quempiam in futurum possit retractare, presentes concessimus litteras,. sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Crisio, feria quarta in vigilia purificacionis virginis gloriose, anno ab incarnacione domini millesimo trecentesimo vicesimo. nono. . . . . . . :., • :

. *Qtiginat prijepisa kaptola varadinskog nalazi se u arkivu jugosla— venske^akademije.. — Vrvce plavožute ostale, peeat otpao.*

369.

1329, 10. februara, U Veneciji.

Bertrand Rolundi kanonik vivarski i sabirač desetine papinske outuje, da je istu primio od samostana sv. Krševana u Zadru.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo trecentesimo vigesimo nono, indicione duodecima, die decimo mensis februarii, Veneciis, in loco sancte Trinitatis domus Theotonicorum, presentibus testibus ad hec specialiter uocatis et rogatis, uidelicet domino Raynerio de Musto quondam filio domini Johannis de Musto de confinio sanctorum apostolorum de Veneciis diocesis Castellane, Simone de Poltremuio familiari dicti domini Raynerii, Henrico Theotonico de Colonia familiari infrascripti domini abbatis sancti Grisogoni de Jadra et aliis. Nouerint vniuersi presentes pariter et futuri, quod venerabilis et circumspectus vir dominus Bertrandus Rotundi canonicus Viuariensis, collector decimarum et fructuum a sanctissimo patre et domino nostro domino Johanne digna (!) dei prouidencia pape XXII. vna cum aliis in patriarchatibus Aquilegensi et Gradensi in solidum deputatus, confessus fuit se habuisse et recepisse a venerabili patre domino fratre Johanne abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra quadringentas et viginti libras denariorum paruorum pro uera et integra solucione residuorum decime sexenalis et trienalis de dicta sua abbacia et monasterio. De qua quidem pecunie summa dictus dominus Bertrandus collector presens auctoritate apostolica qua fungitur in hac parte, predictum dominum fratrem Johannem abbatem et eius monasterium absoluit totaliter et quietauit. Et de hoc esse debent plura consimilia instrumenta et eiusdem tenoris cum appensione sui sigilli.

(Signum notj.

Ego Marinus de la Sale canonicus Clugnensis et imperialii auctoritate notarius publicus predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Original u gubernialnom arkivti u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XXIII. no. 587.

. *Na hstini visi uzica od pergamene; pečat je otpao.*

370.

1329, 10. februara. U Veneciji.

Bertrand Roiundi kanonik vivarski i poslanik papin za sabiranje desetine, odrješuje sammostan sv. KrSevana u Zadrn odsude izop-ćenja, što je oiezao da flati desetmu.

In nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo CCC vicesimo nono, XII. indictionis, mense febroarii(!) die decimo, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis superna prouidente clementia pape XXII. anno tercio decimo. Nos Bertrandus Rotundi archipresbiter et canonicus Viuariensis, apostolice sedis nuncius, collector decimarum et fructuum a dicto domino nostro summo pontifice in Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus vna cum aliis insolidum deputatus vniuersis et singulis, ad quos presentes peruenerint, volumus fieri manifestum, quod cum reuerendus in Christo pater dominus frater Johannes dei gratia abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra, qui dudum vna cum dicto monasterio et monachis suis sentencias quam plurimas excomunicacionis et interdicti incurrerant pro eo, quod residua dictarum decimarum camere domini nostri pape et nostro officio debitarum pro dicto suo monasterio non soluerat, ut debuerat terminis constitutis, nunc vero nobiscum recipienti pro dicta camera et nostro officio, supradictus abbas presentibus religiosis viris fratribus Laurencio priore et Nicholao eiusdem monasterii monachis pacifice et quiete de dictis decimis ipsarumque residuis solucione integra et finali pro premissis per nos habita realiter conuenerit de eisdem; ideo eosdem abbatem, priorem et Nicholaum monachos presentes, qui per nos absolucionis benefitium et interdicti amotionem suo et dicti sui monasterii ac ceterorum fratrum, sacerdotum et aliorum religiosorum dicti monasterii nomine sibi impendi humiliter flexis genibus postularunt. Recepto primitus ab eisdem suo et conuentus ac dicti monasterii nomine super sancta dei euangelia corporaliter iuramento de parendo mandatis ecclesie atque nostris a sentenciis, excomunicacionibus quibuscumque, quibus iidem abbas et fratres sui monachi presentes ob premissa inciderant et fuerunt laqueati, tam auctoritate predecessorum nostrorum in officio quam eciam nostra duximus hac vice in hiis scriptis presentibus de certa nostra sciencia ab idio quodcumque interdictum in dicto monasterio propterea appositum serie presencium amouentes, ac cum ipsis dispensando de irregularitate, si quam

co.miserunt se diuinis ofiiciis inmiscendo eisdem iniuncta penitencia in domino salutari. Ceterum vobis dicto domino abbati, de cuius circumspectione et industria plenam ab experto fiduciam in domino obtinemus, vigore presencium comittimus et mandamus, quatenus ceteros monachos, sacerdotes, conuersos, religiosos et alios dicti vestri monasterii, qui specialiter et generaliter excomunicationum sentencias propter solutionem non factam predictam modo simili incurrerunt, recepto primitus ab ipsis et ipsorum quolibet super sancta dei euuangelia corporaliter iuramerrtode parendo mandatis ecclesie atque nostris, eosdem si et quando pro parte ipsorum humiliter fueritis requisiti ex parte nostra absoluere valeatis eciam cum eisdem de irregularitate ct inhobediencia(l), si quas comiserunt diuina exercendo officia scu alias dispensando, eisdem salutarem penitenciam iniungendo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum proprium duximus in robur et testimonium premissorum presentibus apponendum.

Original u gubern. arkivu ti Zadru: odio samostana sv. Krševana Kap. XXIII. no. 2.
Na hstini vidi se trag, gdje je o vtvci visio fečat.
Na hrptu savremeno: »Quitatio decimarum domini pape.«

371.

1329, 4. marta. 0 Zadru.

Vulcigna de Martmussio gradjanin zadarski daje kmctovima Dragoslavu i Pribeši tz Ra.če nešto svoje zemlje na obradjivanje.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo octavo, indicione duodecima, die quarto mensis marcii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, atque domini Andree Basillii egregii comitis. Cum [tu] Vulcigna de Martinussio ciuis Jadrensis concessis nobis Dragoslao [condam] Bilse de Varceua et Pribosso condam Dminci uillano de Melta ad Raccham de terra tuaad pastinandum vinea(!) posita apud Raccham in loco uocato Firinilassi, videlicet mihi predicto Dragoslauo unum gognay et dimidium, et mihi dicto Pribosso gognaios duos; prout de predictis . . . unius cuiusque nostrum instrumento facto nobis per te exinde scripto die predicta per notarium infrascriptum pleni (!) continetur; vnde tenetur quilibet nostrum predictorum pastinatorum dare tibi predicto Vulcigne

quartam partem ad villam tuam ibi de toto redditu ex dicta terra per nos pastinanda proveniente annuatim; idcirco presenti [publico] instrumento per nos nostrosque heredes et successores nos obligamus et promittimus, scilicet quilibet nostrum pro parte sua, predictam terram et pastinare et terraticum tibi dicto Vulcigne dare et omnia alia et singula facere et adimplere in dicta et pro dicta pastinacione secundum tenorem predictorum instrumentorum nostrorum super nos et bonis nostris, videlicet ego predictus Drag£>slauus pro pastimando usque tres annos, et ego predictus Pribossius pro pastinando usque quatuor annos, omnia excepta remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Michouillo condam Nicolai et Drasay(!) condam Chr[a]nchi Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Grisogonus Viti Jacobi Zadulini examinator manum misi.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original ti arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1328.

372.

1329, 4. marta. U Zadru.

Vulanja de Mariinussio ustupa Dragoslavu sinu Bilse de Varceva neku zemlju za sadenje vinograda.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indiccione duodecima, die quarto mensis marcii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulli incliti ducis Venetorum, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, atque domini Andree Basillii egregii comitis. Ego Vulcigna de Martinussio ciuis Jadrensis concedo tibi Dragoslauo condam Bilse de Varceua unum gognay et dimidium terre mee posite ad Raccham in loco uocato Firinilassi ad pastinandum vineam et complendum cum vitibus oliuarum et aliis necessariis secundum consuetudinem et statuta Jadre, usque tres annos proxime futuros, sub pena sex yperperorum; de qua terra per te pastinanda duas partes debes pastinare de terra aratoria et tertiam partem ,de carso, et de toto redditu et fructu exinde proueniente mihi dare debes quartam partem ibi ad villam meam tuis

expensis; de iure autem tuo facies exinde tuum uelle sicut de tuo proprio, iure meo predicto et omni alio secundum consuetudinem et statuta Jadere semper saluo. Cui terre pastinande ex omnibus partibus est terra aratforia] et inculta mei dicti Vulcigne. Promittens ego predictus Vulcigna per me meosque heredes et successores tibi predicto Dragoslauo tuisque heredibus et successoribus predictam terram pastinandam et confinatam pro modo predicto cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis presentibus et futuris. Et ego prediclus Dragoslauus laudo omnia et singula suprascripta et atendere promitto super me et bonis meis omnibus presentibus et mturis.' Actum est hoc et firmatum coram his uocatis et rogatis testibus, scilicet Michouillo condam Nicolai et Drasoy condam Chranchi Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Grisogonus Viti Jacobi Zadulini examinator manum misi.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

373.

1329, 9. aprila. U Zadru.

Juraj Hrvatin prodaje svoj vinograd u Ninu Mihajlu Cigalu gradjaninu zadarskomu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, die nono mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, atque domini Andree Basillii egregii comitis. Ego Georgius dictus Charuatin, filius condam Vulcci de Nona, uendo et transacto tibi Michaeli de Zigalo ciui Jadrensi. . . . unam meam vineam cum sua terra et omnibus pertinenciis, positam prope salinas tui predicti Michaelis in districtu None, de qua vinea est unum gognay et dimidium ad mensuram communis Jadre, ut deinceps de predicta vinea cum bmnibus suis pertinenciis predictis tu dictus Michael possis facere tuum uelle sicut de tuo proprio. Precio cuius uendicionis ego predictus uenditor recepi a te predicto emptore libras octo denariorum venetorum

paruorum. Cui vinee de quirina est vinea tua, de borea derrum *Qoilli* de Cipriano et partim derrum heredum Platonis, de austro terra Stipcho diaconi et de trauersa vinea Anthonii de Guscho, Promittens ego predictus Georgius venditor per me meosque heredes et successores tib' predicto Michaeli emptori tuisque heredibus et successoribus predictam vineam confinatam cum sua terra et aliis suis pertinenciis et iuribus excalumpniare et defendere in racione ab omni persona super me et bonis meis presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Biualdo Madii de Betono (!) et Stephano Blasii de Soppe ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Fredericus de Nassis iudex examinator examinaui.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u guber. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole no. 138.

374.

1329, 22. aprila. U Zadru.

Pribinja Petronjin prodaje devet komada svoje zemlje u Ninu Caninu de Piloso.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo nono, indicione duodecima, die vigesimo secundo intrante aprilis, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Joannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basillii egregii comitis. Pribigna condam Petrogne, ciuis et habitator None de villa Sliuinice, dedit, vendidit, tradidit iure proprio in perpetuum per se, heredes et successores suos Canino filio condam Cerni de Piloso, nepoti plebani Marini ecclesie sancti Stephani de Jadra, pro se et suis heredibus et successoribus recipienti et ementi nouem pecias terre quantitatis gognayorum quindecim uel eciam si plus esset ad mensuram Jadre, quarum vna est vineata, positas in contracta Sliuinice, cum nemoribus, pascuis, aquis, pratis, montibus et plano, omnibus habenciis et pertinenciis nouem predictarum petiarum, quarum singule hii dicuntur confines . . . uis videlicet prime pecie de borea posidet Disoy Damianig, de trauersa posidet . . . . . us Radulig, de austro posidet Pribce Crelcig et de quirina est via publica;

secunde [pecie] de borea posidet dompnus Marinus plebanus sancti Stephani, de trauersa est via publica, fde] austro et quirina est terra uocata Starisincha; tercie uero pecie, videlicet vineate et pastinate de borea possidet Petrogna condam Pribci, de trauersa possidet Martinus Silacouig, de austro est vinea Pribci Crelcig, de quirina est carsum seu boscus comunis; quarte pecie de borea possidet Jadrius Golcig, de trauersa est via publica, de austro possidet Marcus Petronig, de quirina est terra olim Slauogosti de Posedne; quinte pecie de borea est terra Marci Petrouig, de trauersa est terra Pribci Petronig, de austro est terra Desoy Domianig, de quirina est terra Martini Silacouig ; sexte petie de borea est terra Johannis Radulig, de trauersa est terra uocata Starisinscha, de austro et quirina est terra Martini Silacouig; septime pecie de borea posidet Stephanus Golcig, de trauersa est terra Disoy Domianig, de austro sunt terre olim Slauogosti de Possedrie(I), et de quirina est terra Jurgii Radelig; [oc]taue pecie de borea sunt terre aratorie Pribci Crelcig et si qui alii sunt confines; [no]ne pecie de austro est terra dicti Pribci; cum introitibus et exitibus, arboribus, natis et [prjatis et omnibus ipsarum nouem peciarum habenciis et pertinenciis et proprietatibus superioribus et inferi[ori]bus adiacenciis, iuribus et actionibus et omnibus vndique suis conuenienciis ad habendum, [po]ssidendum, vendendum, donandum, possidendum (!), vendendum (!), obligandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid ipsi Canino eiusque heredibus et successoribus de ipsis placuerit perpetuo faciendum sine contradictione aiicuius persone. Precio cuius vendicionis dictus Pribigna venditor fuit contentus et confessus a dicto (Janino emptore habuisse et recepisse libras viginti denariorum venetorum paruorum nomine finiti precii et complete solutionis omnium predictorum nouem peciarum terre cum omnibus suis dictis iuribus et pertinenciis. Quare idem venditor pro se et suis heredibus et successoribus promisit et conuenit dicto Canino eiusque heredibus et successoribus prefatam vendicionem et omnia superius contenta perpetuo defenfsare], actoricare et disbrigare ab omni homine, persona, colegio et vniuersitate suis [propriis] sumptibus et expensis tam in ratione quam extra in Jadra, Nona et Sclauonia et vbic[um]que dierit et necessarium fuerit visum ad beneplacitum et voluntatem dicti emptoris et suorum [hered]um et successorum, obligans se specialiter conueniri vbique locorum, non obstante fori preui cui renunciauit expresse pro predictis omnibus oseruandis (!) super se et omnia sua bona presencia [et] futura. Actum est hoc coram hiis rogatis testibus, videlicet Thomasio de Nosdrogna, et Crescio ni de (Jalcina, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rtikopis).

Ego Grisogonus Viti Jacobi Cadulini examinator manum misi.

Ego Anthonius de Padua, imperiali auctoritate notarius et iuratus communis Jadre interjTui] et rogatus, vt audiui hec scripsi.

(Sign. not.).

Ori^inal u gubernijal. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole br. 139.

Desni rub malo oštećen.

375.

1329, 8. maja. (U Srijemu.)

Pred kaptolom srijemskim biva zalog i prodaja posjeda.

Capitulum ecclesie beati Irinei martiris . . ad universorum noticiam .. volumus pervenire, quod anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, in quindenis beati Georgii martiris nunc preteriti, comes Paulus filius Mochor nobilis de Syrmia coram nobis. .. constitutus per eundem . . extitit propositum, quod quia possessiones suas Nadica et Pauli vocatas mediam partem de eisdem a parte orientali contingentem . . Elie et Tonk magistris filiis Thome nobilibus de Syrimia pro quinquaginta marcis cum duplo se cum nostris literis obligando et in tribus terminis, videlicet revolucionibus trium octavarum beati Georgii martiris redimere non potuisset et in quolibet termino . . in quinquaginta marcis Elie et Tonk remansisset . . tandem pro eisdem quinquaginta marcis et pro tribus vicibus quinquaginta marcarum in tribus iam predictis terminis eisdem pro duplo consequentibus et insuper pro centum marcis eisdem Elie et Tonk vendidisset et alienasset inrevocabiliter iure perpetuo possidendas . . astiterunt eciam vicini et commetanei dictarum possessionum, videlicet Jacobus filius Tyborcii de Bath, filius Valentini de Bath, et Dominicus filius Petres de eadem, qui dicte vendicioni et emcioni consensum prebuerunt et assensum; asseruit eciam idem Paulus, quod predictam pecuniam ab eisdem Elia et Tonk magistris plene et integre recepisset . . Datum die et anno prenotatis.

Original u arkivu obitelji Re'vaj.
Nagy Cod. dipl. Andeg. II. 466.

376.

1329, 25. maja. U Spljetu.

Dominik nadbiskuft spljeiski odredjuje Omišanima desetine.

In Christi nomine. Anno nativitatis eiusdem MCCCXXIII,[1] indictione XII, tempore summi patris et domini domini Joannis XXII., pontificatus ipsius anno XIII., die 25 mensis maii intrante. Accedentes ad praesentiam reverendi in Christo patris et domini Dominici dei et apostolica gratia dignissimi archiepiscopi Spak.tensis. Discreti viri domini comes Bergenda et Privosius de Almissio, asserentes se proucratores et syndicos communis et hominum Almisiensium, quamvis de hoc non constaret, procuratoris nomine dictorum communis et hominum Almissiensium supplicaverunt domino archiepiscopo supradicto, quatenus super decimis, quas dicti homines et commune Almissiense eidem solvere tenentur, componere dignaretur cum eisdem. Qui dominus archiepiscopus sepedictus ipsorum inopiae compatiens, aures suas pietati misericorditer inclinavit, et ad talem concordiam ad invicem devenerunt, videlicet, ut secimdum pacta praedecessorum suorum hactenus observata inter ipsos, annis singulis in festo sancti Michaelis de mense septembris viginti libras in pecunia numerata venetorum parvorum solvere ieneantur, et haee usque ad beneplacitum dicti domini archiepiscopi' duratura et non ultra. Et pro praesenti anno supradictus comes Berghenda(l) et frivosius se nomine dictorum communis et hominum ac districtus Almissii solvere promiserunt et principales constiterunt solutores, si commune et cives in solutione praedicta contumaces fuerint vel rebeles. Renunciantes exceptioni ne prius conveniantur principales quam fideuissores et omni alii legum et iuris auxilio, quo possent se contra praemissa deffendere vel tueri. Et praedicta solutio decimarum fiat pro communi praedicto et civibus Almissii ac villarum Rogosnice, Zipille, Winic et Brod et non pro aliis. Reliquae vero villae et cives solvere teneantur decimas dicto domino archiepiscopo secundum priuilegia ecclesiae Spalatensis. Pro quibus omnibus observandis et adimplendis eidem domino archiepiscopo obligaverunt omnia sua bona cum refectione damnorum et expensarum ac interesse litis. Actum Spaleti in archiepiscopali palatio, praesentibus Desso Pristoli canonico Spalatensi, Laurentio Nicole Cindri de Spalato et Simone' de Putremolo senescalco dicti domini archiepiscopi laicts

[1] Ova godina nije dobra, jer se ne slaže niti s indikcijom niti sa godinom papovanja, zato ima biti g. 1329., te se te godine sve potpuno u svem slaže.

testibus ad praedicta vocatis et rogatis. Et ego Joannes quondam Petri canonicus Traguriensis imperiali auctoritate iuratus notarius omnibus et singulis supradictis interfui et rogatus subscripsi meoque signo consueto signavi et in publica forma redegi.

*Nalazi se ovjerovljen prijepis u rukopisu pisanom g. 1737. u arkivu jugoslavenske akadeiuije: Mse. sign- II. c. 25. pod naslovu *Instrumenta Spalatensia*.*

377.

1329, 2. juna. U Višegradu.

Pred kraljem Karlom predaje Mihajlo sin Samsonov dio svog posjeda Leskovice, Biharinec nazivan, meštru taverniku De-metriju sinu Aleksandra Našičkoga.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie damus pro memoria, quod Mychaele filio Samsonis filii Abrae ab una parte, magnifico barone Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum ex altera coram nobis personaliser constitutis, ambe partes confesse sunt viua voce, quod eum idem Mychael, quandam villam suam Byharynech vocatam in possessione sua Lezkowycha nominata existentem mediantibus litteris capituli de Posaga pro decem marcis plene habitis et receptis eidem magistro Demetrio inpignoratam et propter obmissionem termini redempcionis ipsius ville in duplo dictarum decem marcarum, videlicet in viginti marcis mediantibus litteris eiusdem capituli eandem villam redimere ab eodem teneretur prout in eisdem litteris nobis patencius et plenius partes demonstrarunt, et insuper pro sustentacione sua septem marcas ab eodem magistro Demetrio receptas eidem esset soluturus, nec idem Michael haberet possibilitatem vnde ipsas viginti septem marcas in prompta pecunia persoluere posset. Tandem partes pari consensu et ,-mutua bone voluntatis vicissitudine taliter inter se concordassent, quod ,predictam villam Byharynech vocatam cum suis omnibus vtilitatibus in .ipsa habitis et pertinenciis vniuersis idem magister Demetrius reddet et restituet sine dampno possidendam perpetuo Mychaeli prenotato, econuerso autem idem Michael pro nominatis viginti septem marcis et insuper pro quindecim marcis partim in denariis et partim in estimacione condigna ab eodem magistro Demetrio iam plene receptis, sicut dixit, et sic ad inuicem computando, pro quadraginta duabus marcis de predicta terra seu possessione sua habitatoribus destituta, Lezkowycha vocata, ex parte superiori a parte possessionis siie Nekcha vocate čum šuis

utilitatibus, scilicet terris arabilibus, siluis, fenetis, vineis cultis ac incultis necnon sessione ville Draginech vocate infra descendendo iuxta extimacionem proborum virorum, videlicet magistri Nicolai filii Gyleti, Phylpus de Blacha, Cozme filii Laurencii et Mychaelis filii Thome de Granycha, quos idem magister Demetrius pro se et pro Michaele p redicto adduci faciet, usque quindenas festi Penthecostes nunc venturas et presente Ladislao filio Dyonisii, aut Thoma filio Johannis altero absente homine nostro sub testimonio capituli perpetue tenebitur assignare, et assignaciorie facta nouis metis ipsam terram seu possessionem a reliqua possessione eiusdem Michaelis separare, cuius terre metarum seriem magistro Demetrio sepedicto assignate dictum capitulum in suis litteris nobis tenebuntur demandare, nichilominus idem magister'" Demetrius presente eodem homine nostro et testimonio capituli predictam villam Byharynech sepefato Michaeli cum populis in ipsa habitis et aliis vtilitatibus ad eandem spectantibus restituet pleno iure, ad quod se partes obligauerunt spontanea voluntate. Ad hoc eciam se idem Michael obligauit, vt si usque predictas quindenas Penthecostes possessionem quadraginta duas marcas valentem de predicta possessione sua excipiendo eidem magistro Demetrio non assignaret, ut est premissum, extunc obmisso termino duplo XL duarum marcarum subiaceret, et econuerso si idem magister Demetrius predictam villam in quindenis predictis non restitueret Michaeli prenotato et eosdem extimatores cum homine nostro et testimonio capituli non adduceret, extunc pene quadraginta duarum marcarum iam dictus Miehael non tenebitur subiacere, hoc adiecto, quod quia idem magister Demetrius dictos iobagiones in prefata villa Byharynech fide sua mediante conseruasset usque modo id certo, si ab eodem Miehaele recedere vellent, cum omnibus rebus ipsorum quocunque voluerint recedendi liberam habebunt facultatem, litteras autem quaslibet super ipsa villa quocumque modo emanatas sepius dictus magister Demetrius ad manus predicti Michaelis coram capitulo predicto reddere se assumpsit, mortuas reddens si quas retineret in preiudicium nominati Michaelis, hoc eciam per partes extitit declaratum, quod iobagiones in predicta villa Byarynech(l) existentes a festo beati Johannis Baptiste usque festum beati Michaelis archangeli nunc yenturum cum rebus ipsorum habebunt facultatem recedendi, sed post hec idena ad consuetudinem ipsius terre tenebit et possidebit. Datum in Wyssegrad, secundo die festi asscensionis domini, anno eiusdem M.°CCC°XX° nono.

Iz originalnog prijepisa požeškog kaptola od 2. jula, 1329. na pergameni z< kr. ugar. državnom arkivu u Buđimpešti; M. 0. D. L. no. 33,577. — Stara signatura: N. R. A. fasc 1507. no. 20.

378.

1329, 10. juna. U Višegrađu.

Kraljica Elizabefa uzima u svoju zaštitu crkvu, redovnike i posjede samostana B. D. M. u Gariću.

Nos Elyzabeth dei gracia regina Hungarie significamus. quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod nos diuine pietatis intuitu ob reuerenciarnque dei genitricis virginis gloriose, cuius meritis et patrocinio spiritualiter et temporaliter admirari speramus, ecclesiarri eiusdem in monte Garig existentem et fratrem Stephanum priorem ac vniuersos fratres ordinis beati "Augustini in eadem iugiter deo farhuiantes simul cum vniuersis possessionibus, iobagionibus ac pertmentibus ad eandem remouendo a potestate quorumlibet iudicum et specialiter bani tocius Sclauonie nuhc constituti et in futururn pro tempore constituenđi in nostram fecepimus proteccionem " et tutelam specialem, episcopo de Zagrabia et cofnitibus Crisiensi et de Gresenche fiunc" eΓpro tempore constitutis vice nostre persone maiestatis commisimus eosdeih ab ofnnibus molestare conantibus indempniter defensandos,' volumus igitur et uobis vniuersis fidelibus nostris bano tocius Sclauonie et vices ipsius gerentibus" ac collectoribus marturinarum eiusdem, item comitibus, castellaniš, iudicibus, nobilibus et officialibus eorundem ac aliis quibuslibet cuiuscunque status uel honoris existant, quibus presentes ostendentur edicto reginali firmiter precipientes mandamus, qua: tenus predictam ecclesiam beate virginis et fratres in eadem commorantes ac fobagioneš et pertinentes ad ipsos nulla racione et occasione molestare seu inquietare presumpmatis, ymo nostre consideracionis et gracie ipsos in eorum iiiribus et possessionibus absque exaccione alicuius collecte" pacifice commorari permittatis, secus facere non audentes vllo modq, sicut nostram indignacionem incurrere formidatis. Datum in Vyssegrad,"in vigilia Pentecostes, anno domini millesimo CCC°XX° nono.

Iz originatnog prijepisa kaptola lazmaiiskoga od 3. septembra 1329. na papeгu u Ar. ug. državnom arkivu u Budimpešti: M. O..D. L. no. 35.171. Stard signatura: Actor monast. de Garigh. fasc. 1. no. lli '

379.

1329, 11. juna. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže kaptolu paieskom, da Demetriju meštru tavemiku doznači dio posjeda Leskovice.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie beati Petri de Posaga salutem et graciam. Fidelitati vestre precipimus firmiter per presentes, quatenus visis presentibus cum Thoma filio Johannis de Granycha aut Ladislao filio Dyonisii, altero absente homine nostro, vestrum hominem pro testimonio fidedignum transmittatis, coram quo idem homo noster terram seu possessionem quadraginta marcas valentem de possessione Michaelis filii Samsonis, Lezkowycha vocata litteris nostris mediantibus excipiendam et per quatuor nobiles viros, quorum nomina in eisdem litteris nostris continentur, estimandam, in quindenis festi penthecostes nunc venturis ereccione metarum separando, statuat magistro Demetrio, magistro tawarnicorum nostrorum uendicionis tytulo perpetuo possidendam, et super ipsa uendicione dicte possessionis particule metarum cursibus insertis, litteras vestras eidem magistro Demetrio uel homini suo ad hoc deputato conficere debeatis, prout in litteris nostris super eo emanatis plenius videbitis contineri Datum in Wyssegrad, in festo penthecostes, anno domini M^{0}CCC°.XX°. nono.

Original prijepisa požeškog- kaptola od 2. jula 1329. u kr. ugar. državnom arkivzi u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.577. — Stara signatura: N. R. A. /asc. 1507. no. 20.

380.

1329, 14. juna. U Višegrađu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže banu Mikiću, da utjera desetinu za biskupa zagrebačkog od svih podanika iste crkve u banovini.

Karolus dei gracia rex Vngarie fideli suo Mykch bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gfacia episćopus Žagrabiensis dicit nobis, quod nobiles seu alii populi ac iobagiones ta'm' vestri quam ipsorum nobilium in banatu

uestro constituti decimas ipsius domini episcopi persoluere non curarent, de quo nimium ammiramur: cur vos ad ista preceptum nostrum requiritis. Super quo fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatenus decimas per quoslibet et specialiter per ad uos pertinentes vbique in banatu constitutos dicto domino episcopo pertinentes anni preteriti et presentis receptis presentibus secundum conuencionem eorundem decimatoribus eiusdem domini episcopi persolui faciatis sine dampno et possessiones suas ab omnibus molestare volentibus defendere debeatis et specialiter a uobis et a uestris pro nostra dileccione, secus non facturi. Datum in Wysegrad, feria quarta proxima post festum penthecostes, anno domini MCCCXXIX.

Iz kodeksd: Liber priuil. ep. Zag. list. 18.
Kodeks u ark. nadb Zagreb. I. B. IX. 167.

381.

1329, 18. juna.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje crkvi sv. Benka u Bakvi ftosjed Krasničanoga novom darovnicom, kako ga je čazmanski kaptol 9. augusta 1328. omedjaSio.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gailicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi, fidelibus tam presentibus et futuris, presentium notitiam habituris salutem in omnium saluatore. Honor sublimitatis regalis tanto excellencius superne illustracionis lumine decoratur, quanto deuocius et feruencius domum oracionis domini, in qua Christus cotidie vaticinatur, ab omni inquietacione expeditam in suis iuribus illesam studuerit conseruare. Proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum nos ad peticionem et instanciam fratris Jacobi heremite ecclesie sancti Benedicti de comitatu de Bokowar fidelibus nostris capitulo Chasmensi, vt ipsi suum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Johannes filius Zoym uel Bors altero absente homo noster accedens ad faciem possessionis ecclesie prenotate Crasnichanoga vocate in districtu predicto existentis et conuocatis vicinis et commetaneis suis eandem reambulet per ueteres metas et antiquas, nouas iuxta veteres metas erigendo, si necesse fuerit, et si non fuerit contradictum, relinqueret eidem ecclesie pacifice possidendam, contradictoribus, si qui

fuerint contra eundem priorem ad nostram presenciam legitime euocatis, litteris nostris dedissemus in mandatis; tandem iidem fideles nostri nobis rescripserunt in hec verba: *(Slijedi izvješce čazmanskog kaptola upravljeno na kralja od 9. augusta 1S28.)* Nos itaque predictam possessionem Craznichanoga vocatam ex huiusmodi relacione dicti capituli Chasmensis legitime predicte ecclesie absque omni contradiccione tamquam proprium ius suum statutam fore cognoscentes, attendentesque et in armariolo cordis nostri solicite reuoluentes, quod si sanctam matrem ecclesiam, quam dominus in ewangelio suam esse fatetur, in suis iuribus per progenitores nostros salubriter et per alios eidem collatis studuerimus indempniter, prout regiminis nostri incumbit officio, conseruare, deo iugiter in eodem famulantes quiete viuunt et deuocius pro nostra omniumque fidelium salute ad deum preces fundunt, predictam possessionem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis sub metis et terminis prenotatis predicte ecclesie beati Benedicti noue donacionis nostre titulo •conferentes, eandem de plenitudine regie potestatis nostre et de prelatorum et baronum nostrorum consilio et consensu eidem ecclesie perpetuo et irreuocabiliter possidendam cum omni iuris sui plenitudine et integritate et habendam, ex certa sciencia presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales noui et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus magistri Andree Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC°. vicesimo nono, decimo quarto kalende (!) mensis iulii, regni autem nostri anno similiter vicesimo nono; venerabilibus in Christo patribus dominis fratre Ladizlao archiepiscopo Collocensi, sede Strigoniensi vacante, Georgio Seremiensi(l), fratre Petro Boznensi, Benedicto Chanadiensi, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Herrico Bezprimiensi, Nicolao Jauriensi, Andrea Transsilnano, Chanadino Agriensi, Ladizlao Zagrabiensi et Andrea Varadiensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis viris Johanne palatino et comite seu iudice Kumanorum, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum, comite Bachiensi et Trinchiniensi, Paulo iudice curie nostre, Thoma voiuoda Transsiluano et comite de Zonuk, Mykch bano tocius Sclauonie, Johanne bano de Machou, comite Syrimiensi de Wlkou et Bodrug et de Barana, magistro Vylermo comite Scepesiensi et de Vyuar, Johanne magistro tauarnicorum domine regine consortis nostre karissime, Desou iudice curie eiusdem, Stephano magistro agasonum nostrorum, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum, et Nicolao comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

*

Iz originalnog prijepisa čazmanskog kaptola od 7. januara 1349. u kr. ugar. driav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 32.761. — Stara signatura: Acta monast. Paulinorum de Bakva no. 1,

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 3. 514. — 548.

382.

1329, 22. juna. U Križevcima.

Mikić ban vraća fiosjed Dimičkovinu Pavlu sinu Lovrinca Pa-kračkoga.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod cum magister Paulus filius Laurencii de Pukur super quadam possessione sua Dimychkfolde uocata, que per infideles domini nostri Karoli illustris regis Hungarie et regni ab eodem fuerat alienata, priuilegia (!) Colomani et Bele bone memorie illustrium regum Hungarie uisis tenoribus eorundem priuilegiorum, litteras nostras venerabili capitulo Chasmensi duximus transmitendum ad reambulandum ipsam possessionem Dimychkfolde uocatam ad statuendum magistro Paulo filio Laurencii prelibato iuxta ius regni aprobatum, si non fuerit contradictum, qui idem uenerabiles viri, videlicet capitulum Chasmense nobis rescripserunt, quod ipsam possessionem iuxta tenorem priuilegiorum predictorum sub terminis et metis eiusdem reambulatam ipsi magistro Paulo statuissent, presentibus omnibus uicinis suis et commetaneis, nemine contradictore existente. Nos igitur auctoritate domini nostri regis unumquemque in suo iure conseruare cupientes, ipsam possessionem Dimychkfolde uocatam, prout clare et aperte sua esse uidebatur, sicut eciam in congregacione nostra secundo die festi sancte Trinitatis in Crisio celebrata vniuersitas nobilium inter Zauam et Drauam una uoce suam esse affirmarunt, ipsi magistro Paulo filio Laurencii conferimus et contulimus sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetue possidendam, tenendam pariter et habendam, saluo iure, nemine contradictore existente, modo superius nominato. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem litteras nostras priuilegiales concessimus sigillo nostro pendenti consignatas. Datum in Crisio, in festo corporis Christi, anno domini M°CCC° vigesimo nono.

Original u arkivu jugoslavenske akademije. Diplomata a. 1329.
Na hstini visi svilena vrvca jasne crvene i žute boje: pečat je otpao.

383.

1329, 28. juna. U Zadru.

Toma Kvarčić prima od Stane i sina joj Pefra kuću u zalog.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo nono, indicione duodecima, die tercio exeuntrr mense iunio, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basillo(!) egregii comitis Fateor ego Thomas Quarcich ciuis Jadre, quod, cum uos Stana relicta Johannis Guscjce et Petrus eius filius cives Jadre vendideritis mihi unam uestram domum lapideam tabulis coopertam cum sua canipa, balatorio, coquina et loco posita Jadre in confinio sancti Viti pro libris centum denariorum paruorum, ut constat publico instrumento facto manu notarii infrascripti sub eodem millesimo, indicione, mense et die et cetera, ut in eodem legitur. Ego dictus Thomas promitto de gratia speciali et obligo me cum heredibus et successoribus meis dare et restituere uobis dictis matri et filio et uestris heredibus et successoribus dictam domum cum canipa balatorio, coquina et loco suisque pertinenciis et rescindere dictam venditionem, dando uobis instrumentum uenditionis incisum, quandocumque uos dicta Stana et Petrus uel uestri heredes et successores uolueritis et assignabitis mihi uel meis heredibus aut successoribus post tres annos completos nuper venturos in die assumpcionis sancte Marie mensis augusti precium dicte vendicionis, uidelicet libras centum predictas, et si aliqua continencia(!) erit facienda in balatorio uel in cooperta dicte domus pro stillando, uos dicti raater et filius mihi reparabitis et nos dicti Stana et Petrus promittimus reparare. Que omnia et singula suprascripta ego dictus Thomas promitto attendere et obseruare super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis. vocatis et rogatis testibus, scilicet Girardino Girardi et Corane filio Michaelis Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Damianus condam Dobri de Benge (!) examinator manum missi.

Ego Duymus de Spaleto iuratus fadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueti signaui.

(Monog. not.).

Original ti gubernial. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 706.

384.

1329, 29. juna. U Kalniku.

Mikić ban potvrdjuje darovanje posjeda Sveitenevca.

Mykch banus tocius Sclavonie significamus universis quibus expedit presencium per tenorem, quod accedens ad nostrarn presenciam nobilis vir magister Georgius filius Pauli exhibuit nobis quasdam litteras patentes venerabilium virorum capituli Chazmensis super donacione possessionis Suezteneuch vocate per Stephanum filium Petri filii Zacheus sibi facta. Item alias litteras patentes magistri Stephani comitis Crisiensis tempore Nicolai felicis recordacionis bani predecessoris nostri emanatas super confirmacione donacionis antedicte, petens nos humili cum instancia, quod de verbo ad verbum transcribi faceremus nostroque sigillo pendenti confirmare privilegialiter dignaremur. Quarum quidem litterarum capituli tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola čazmanskoga od 17. marta 1325..J* Tenor vero litterarum magistri Stephani comitis Crisiensis talis est: *(Slijedi listina župana križevačkoga Stjepana od 12. marta 1325.)* Nos igitur iustis et condignis peticionibus eiusdem Georgii incl mati, licet pro suis serviciis meritoriis, que domino nostro regi Hungarie et per eum nobis in diversis nostris expedicionibus a tempore banatus nostri exhibuit fideliter et indefesse, maiora mereretur, tamen ob recompensacionem aliqualem suorum fidelium serviciorum ipsas litteras patentes non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, ipsam donacionem ratam et firmam habentes de verbo ad verbum nil addendo nil diminuendo transcribi fecimus nostroque sigillo pendenti duximus roborandas seu confirmandas. Mete vero eiusdem possessionis Suezteneuch vocate, prout in privilegio viri magnifici Rolandi bani tocius Sclavonie plenius continetur, tali ordine distinguuntur: Prima meta terre ipsius Petri incipit in fluvio Benna ubi Radila et Nicolaus sunt commetanei a parte dextra, et exiens de fluvio memorato p ervenit per metas eundo ad caput putey sub uno lapide existentis, abhinc procedens venit ad monticulum versus meridiem, de quo descendit in vallem ibidem prope, abinde per metas montem ascendens pervenit apud arborem tul ad viam, que arbor est cruce signata et meta terrea circumfusa. Inde per viam eandem versus meridiem per metas continuas et arbores cruce signatas pervenit ad arborem magnam bykfa cruce signatam et meta terrea circumfusam, a dextra parte castro (!), que dicitur Alexandro bano data fuisse, a sinistra vero parte Petro remanente; deinde per ipsam viam eundo pervenit per metas ad arborem cruce signatam, que est byk in capite pro-

funde vallis, deinde adhuc in eadein via in exitu silve pervenit ad arborem tulfa et marfa vocatas et metis terreis circumfusas, a quibus descendens procedit in fluvium Paka, apud arbores tul et byk cruce signatas et metas septas, deinde fluvium transiens memoratum incipit per alium rivum contra Crisium ascendere per Horh ad montem excelsum et pervenit ad salicem et bykfa cruce signatas, circa ipsum fluvium existentes; deinde in eodem fiuvio superius pervenit ad siccam vallem per metas et arbores cruce signatas per terram inhabitabilem ascendit verticem montis celsi apud arbores tul et byk ubi cometatur terre comitis Abrae, ibi modico spacio intercluso paululum transiens pervenit iterato ad terram Petri apud arbor-^m byk cruce signatam, ubi est meta terrea. Abhinc venit ad duas arbores cruce signatas ubi sunt due mete, deinde descendens per continuas metas et arbores -ctuce signatas ubi sunt mete terree, deinde ad occidentem vertitur et descendens per signa metarum in vallem iuxta vineam, prosilit ad vallem profundam divertens ad meridiem et pervenit ad duas arbores tul cruce signatas et metis terreis circumfusas iuxta viam, deinde adhuc descendens inferius per terram Zydenchina vocatam, per metas continuas et arbores cruce signatas pervenit ad arborem gertian iuxta quendam rivulum ubi commetatur terre Durzislai a meridie remanenti, abhinc ad septemtrionem vertitur remeatum faciens et peruenit ad arbores keurus et tul cruce signatas et metis circumfusis(l). Inde flectitur ad montem et pervenit ad pomiferum et cerasum cruce signatas et commetatur terre comitis Abrae Zupoch vocate. Abhinc iuxta terram comitis Abrae descendit ad metam terream ad pirum iuxta magnam viam, deinde ad occidentem per eandem viam iuxta terram Druzizlai vertitur a dextra parte remanentem pervenit ad salicem et kuk ubi sunt mete, deinde vertitur ad meridiem perveniens ad puteum sub magna arbore zyl fluentem. Inde per rivulum a puteo eodem procedentem inferius ad meridiem pervenit ad locum ubi rivulus terreus (!) cadit in fluvium alterum ubi sunt mete, per quem fluvium superius ad septemtrionem pervenit ad salicem ubi sunt mete terree. Abhinc procedendo per metas incipit ascendere montem et pervenit ad pirum et gertianfa, rediens ad occidentem et pervenit ad tulfa cruce signatam ubi sunt mete. Inde per metas procedens ad vallem ad cerasum prope viam ubi est meta, deinde per metas continuas eundo pervenit ad duas metas, abhinc per rivulum . . . vertitur ad occidentem pervenit per viam procedendo, inferius divertitur de via ad vallem ubi sunt mete, abhinc cadit in fluvium Prezechna, per quem superius ad septemtrionem pervenit ad salicem, deinde ad occidentem revertitur per frutices in vallem et venit ad cerasum, inde ad arborem castanee iuxta viam ibidem aliquantulum declinans ad

meridiem, reflectitur ad occidentem et cadit in fluvium Chanou, per quem inferius ad meridiem remeans venit ad salicem sub qua est meta. Deinde per vallem et frutices ad orientem reflectens ad montem, et venit ad arborem naar iuxta terram filiorum Radozlay, deinde ad arborem castanee, abhinc ad arborem tul, inde ad sorbellum et deinde per metas vertitur ad orientem per viam. Inde de via ad vallem, deinde descendens apud arborem cerasy cadit in fluvium Prezechna, per quem ad eundem parum tendens exit ad pirum et procedens per vallem ad orientem et in vertice montis perveniens ad viam ad duas metas vertitur ad septemtrionem iuxta terram Otmizlay et iuxta eandem directe procedens pervenit ad arborem gertian ubi sunt due mete terree, indeque reflectitur ad arbores piri et pomiferi in capite vallis Telisna vocate existentes, per quam vallem iuxta terram Volk et fratrum suorum venit ad montem ad duas metas iuxta viam, inde eundo cadit in fluvium Vogrincha, per quem .... ad septemtrionem tendens exit ad metas versus orientem ad montem procedens per medium vinearum et pervenit ad medium castanee, deinde ad septemtrionem ad pomiferum, deinde ad arborem castanee, inde ad metam iuxta viam ubi divisionem idem Petrus habet cum Abram comite prenotato, ibique terminatur. In cuius confirmacionis firmitatem, ut inconcussa in perpetuum perseueret, nec per quempiam lapsu temporis in irritum revocetur, presentem paginam concessimus sigillo nostro pendenti communitam. Datum et actum in Kemluk, in festo beati Petri apostoli, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono.

Origmal na velikoj pergameni bio u pismohrani Tadije Ferića, — Pecat izgubljen, visio je na crvenoj i svjetlo žutoj svili. — Prijepis Ivana Kukuljevića.

385.

1329, 1. jula. U Bologni.

Bertrando papinski legat dodjeljuje biskupu rapskom dohodke kapela sv. Mihalja u Banjolu i sv. Eufemije.

Retulit.

Bertrandus miseratione diuina Ostiensis et Velletrensis episcopus apostolice sedis legatus, venerabili in Christo patri Georgio dei gratia episcopo Arbensi salutem in domino. Gerentes ad Arbensem ecclesiam infra nostre legationis terminos constitutam paterne dilectionis affectum, illa sibi libenter benigno fauore concedimus, que suis fore conspicimus necessitatibus oportuna. Cum itaque, sicut in nostra proposuistis presentia, constituti redditus et prouentus episcopalis mense uestre Arbensis sint adeo tenues et exiles, quod episcopus Arbensis, qui est pro tempore, non potest ex illis secundum sui status decentiam comode sustentari, cum centum florenorum auri ualorem annuum, ut asseritis, non excedant. Nos uolentes uobis et successoribus uestris episcopis Arbensibus, qui pro tempore fuerint, dicteque mense super hoc de alicuius subuentionis remedio prouidere, uestris supplicationibus inclinati, sancti Michaelis de Bagnolis et sancte Eufemie capellas rurales uestre diocesis, quibus nulla cura iminet animarum ad uestram institutionem spectantes, quarum redditus et prouentus in vniuerso sexdecim florenorum auri summam, ut asseritis, annis singulis non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis uestris dictorumque successorum et eiusdem mense usibus imperpetuum auctoritate qua fungimur applicamus, annectimus et unimus, ita quod ipsarum capellarum rectoribus, qui nunc sunt, cedentibus uel decedentibus, aut alias capellis eisdem quoquo modo uacantibus, uos et iidem successores dictarum capellarum ac iurium et pertinentiarum suarum possessionem apprehendere et retinere, ipsarumque fructus, redditus et prouentus in usus predictos conuertere libere ualeatis, cuiusquam alterius assensu minime requisito. Prouiso, quod dicte capelle debitis propter hoc obsequiis non fraudentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre applicationis, annexionis et unionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Bononie, kalendis iulii, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape XXII. anno tercio decimo.

Odozdo iijevo: »B. de Glar.«

Na zavinutom rubu pergamene desno: >Pro B. de Glar.«

Original u kr. zem. arkivU u Zagrebu. Doc. med. aevi.

Na listini visi o crvenkasto smedjoj svilenoj vrvci ovalan pečat crvenog voska. U njem se razabire podoba sveca (biskupa), dok je naokolo nadpis nečitljiv.

Na hrptu listine stoji suvretnena biljeska: Registri numerus CXXV.

Farlati Illyr. sacr. V. 2i6.

386.

1329, 2. jula. U Požegi.

Kafitol fožeški uručuje meštru Demetriju dio posjeda Leskovice.

[CJapitulum ecclesie beati Petri de Posaga vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Michael filius Samsonis filii Abrae ab una parte, et Martinus filius Thomyzlo officialis magnifici baronis Demetrii filii Alexandri de Nekche, magistri tawarnicorum domini regis pro eodem magistro Demetrio domino suo ex altera, ad nostram personaliter accedentes presenciam, exhibuerunt nobis litteras composicionales excellentissimi principis domini nostri Karoli dei gracia regis Hungarie continentes hunc tenorem: *(SUjedi povelja kralja Karla od 2. juna 1329J* Exhibuerunt eciam nobis alias litteras regales in hec verba: *(Slijedi listina istoga kralfa od 11. juna 1329. upravljana na kaptol prešeški.J* Nos itaque receptis et perlectis eisdem litteris regalibus secundum continenciam earundem cum predicto Ladizlao filio Dyonisii homine domini regis nostrum hominem Jacobum sacerdotem succentorem chori nostri ad exsequendum premissa pro testimonio duximus transmittendum, qui scilicet homo regis et noster vnacum predicto Michaele filio Samsonis et predicto Martino officiale magistri Demetrii ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod idem Michael filius Samsonis in quindenis festi penthecostes proxime preteritis ad faciem predicte possessionis sue Lezkowycha vocate vnacum ipsis accedendo de eadem possessione sua vnam particulam ex parte superiori, scilicet a parte possessionis Nekche vocate metis infrascriptis ab alia possessione sua Lezkowycha vocata separando et distinguendo cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis, scilicet terris arabilibus, siluis, fenetis, vineis cultis et incnltis et cum sessione ville Dragynech vocate in eadem particula terre existente iuxta extimacionem prenominatorum quatuor proborum virorum ibidem factam, quadraginta duas marcas valentem presentibus ipsis, scilicet homine domini regis et nostro testimonio assignasset et statuisset prenotato magistro Demetrio iure perpetuo possidendam; econuerso autem supradictus Martinus officialis ipsius magistri Demetrii vice et nomine eiusdem magistri Demetrii domini sui prescriptam villam Byharynech vocatam cum populis in eadem habitis et aliis vtilitatibus ad eandem spectantibus, similiter coram ipsis restituisset prefato Michaeli

filio Samsonis pleno iure possidendam. Mete autem supradictam particulam terre per eundem Michaelem prefato magistro Demetrio modo premisso assignatam separantes et distinguentes, sicut dixerunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte occidentali in Barazda ubi iuxta magnam viam est meta terrea et in eadeni via modicum eundo uersus orientem venit ad megye vinearum ubi est meta terrea et incipit habere commetaneitatem cum terra Lobsycha vocata, et exit de predicta via descenditque uersus meridiem ad vallem ubi est meta terrea ibique cadit in potok, et contra cursum ipsius potok modicum eundo venit ad arborem byk sub qua est meta terrea, inde ascendit ad montem uersus meridiem et venit ad metam terream, inde .in eodem monte uersus meridiem eundo venit iuxta vineam ad metam terream, inde descendit adhuc uersus meridiem, uenit iuxta siluam ad metam terream, inde flectitur uersus orientem et transeundo vailem venit ad arborem byk sub qua est meta terrea, et incipit distinguere a terra predicti Michaelis Lezkowycha nuncupata, inde reflectitur uersus meridiem, cadit ad viam, per quam vadit ad siluam, in qua silua venit ad arborem byk, sub qua est meta terrea, deinde in eadem via eundo versus meridiem cadit in Kraynapotok vbi est arbor byk, sub qua est meta terrea et transit ipsum potok versus occidentem et ascendit ad berch ubi est arbor byk, sub qua est meta terrea, inde directe eundo uersus occidentem venit ad siccam vallem ubi est arbor byk, sub qua est meta terrea, et in eadem valle eundo uersus aquilonem venit ad antiquam metam cuiusdam terre per predictum magistrum Demetrium a prefato Michaele olym comparate et inde per metas eiusdem terre ipsius magistri Demetrii eundo reuertitur ad priorem metam ibique terminatur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem eidem magistro Demetrio presentes concessimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Petri lectoris ecclesie nostre, die dominico proximo post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno ab incarnacione domini millesimo trecentesimo vigesimo nono.

Original u kr. ug. državnom arkivu 'u Budimpešti: ilf. O. D. L. no. 33.577. — Stara signat. N. R. A. fasc. 1507. no. 20.

Na listini visi samo nešto sive svilene vrvce.

387.

1329, 11. jula. U Zagrebu.

Ladislav iiskup zagrebački potvrdjuje nagodu izmedju braće po materT, Pavla i Nikole glede imanja očinskih.

Nos Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod, sicut in litteris patentibus nostri Zagrabiensis capituli vidimus contineri emanatis anno domini MCCCXXVII°, tercia feria post festum penthecostes, domina EJena relicta Petri Thetonici(l) quondam predialis de Vgra cum Paulo filio suo ex eodem Petro procreato ab vna parte, et Nicolaus similiter filius suus ex Morch[1] priori marito progenitus proposuerunt in hunc modum, quod cum possessiones et bona paterna eorundem, scilicet Pauli filii Petri et Nicolai filii Morch sint distijicte ita, quod alter in alterius possessionibus uel bonis non posset succedere tamquam heres, fraterno tamen amore et affectu ducti voluerunt et pari consensu ordinarunt, quod possessiones eorum tam hereditarie quam empticie aut quouis titulo acquisite tam in episcopatu nunc nostro quam in Vngaria existentes eis ambobus et eorum heredibus ex nunc fuissent communes tamquam fratrum ex uno patre procreatorum. Quas ordinacionem, disposicionem et consensum in premissis nos gratas, ratas et firmas habentes eo modo per omnia, ut est dictum, approbamus, gratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Zagrabie, per manus discreti viri magistri Johannis archidiaconi de Guerche cancellarii nostri, feria tercia proxima ante festum teate Margarete virginis, anno domini MCCCXX° nono.

h kodeksa: Liber privil. episcop. Zagrab. list. 60.
Kodeks u arkivu nddbiskupije u Zagrebu 1. B. IX 167.

[1] Morth ?

388.

1329, 13. jula. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim dariva Pavao sm Lovrinca Pakraćkog svoje imanje Dimičkovinu supruzi svojoj.

Capitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Hristi(f) fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobilis vir magister Paulus filius Laurencii de Pukur personaliter coram nobis comparens quandam possessionem suam Demeskfeldey vocatam, que olim a suis predecessoribus fuerat alienata et demum per ipsum iusticia mediante rehabita et requisita, prout plenius in litteris priuilegialibus magnifici viri domini Mykch bani tocius Sclauonie super recuperacione eiusdem confectis uidimus contineri, cum attinenciis, adiacenciis, ceterisque vtilitatibus ad eandem pertinentibus vniueršis pro rebus nobilis domine domine consortis sue, quas pro necessitatibus suis ab eadem recepisse et expendisse asserebat, dixit et confessus est eidem domine karissime consortis(l) sue dedisse, tradidisse et contulisse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam, dans eidem tam in vita quam in morte de eadem disponendi, ordinandi, donandi, legandi ac etiam alienandi iuxta libitum sue voluntatis facultate(f). Mete autem ipsius possessionis, prout discretus uir magister Thomas socius et concanonicus noster, quem ad reambulandam eandem miseramus, tandem ad nos rediens nobis dixit et in scriptis exhibuit, sunt tales: Incipit prima meta de aqua Toplicha per quendam dumum salicis et currit alte ad partem meridionalem ad arborem pomi, deinde ad arborem naarfa, per quendam ualHculum, deinde ad arborem piri et ab hinc per quasdam dumos iua vocatas ascendit ad montem et intrat ad dumos auellanarum, inde exit ad dumos gyumelchen et ibi transit montem per longam metam terream et cadit per arborem pomi ad quandam vallem et inde cadit ad aquam Dobouch et transit illam et cadit ad aliam vallem, per quam ascendit ad montem et intrat ad quasdam dumos auellanarum et gyrtan ubi sunt mete terree; inde descendit ad arborem cherasi et cadit ad riuum similiter Dobouch uocatum, et transit riuum per arborem byk et tendit ad arborem gertan(!); inde per ualliculum ascendit ad montem ubi est arbor gertan et uadit per planiciem ad dumos nemorum et cadit in uiam, que est meta angularis, ubi declinat ad occasum et ibi separat metas Ladizlai filii Jacobi, per quam viam uadit ad arborem haas, inde tendit alte ad metas terreas, que iuxta ipsas vias sunt elate et ibi

separat a terra Gyulad, et inde uadit ad aliam metam terream exiens de ipsa via; inde uadit ad arborem gertan meta terrea circumfusa (!) et tendit per planiciem ad uahem que Poduoszna uocatur; inde exit ad quatuor arbores naar et ascendit quendam monticulum ad metas terreas, inde declinat per arbores cerasi ad vnam calistam, inde ad quandam vallem, ubi est riuus qui cadit ad aquam Dobouch, per quam descendit in aquam Thoplicha que separat metas a generacione Tholineg et inde tendit ad priorem metam ibique terminatur; retulit etiam idem magister Paulus, quod de pecunia prompta prefate domine consortis sue centum marcas absque omni diminucione pro necessitatibus suis antedictis expendisset In cuius facti testimonium presentes ad instanciam et peticionem memorati magistri Pauli concessimus sub apensione nostri sigilli munimine roboratas. Datum et actum in festo beate Margarete virginis, anno domini millesimo CCC° vicesimo nono.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1329. — Ima u istoj zbirci i originatna potvrda kaptola zagrebačkoga od .g- 1347.

Na hstini visi svilena vrvca jasne crvene i žute boje, pečat je otpao.

389.

1329, 17. jula. Na Savi kraj Zagreba.

Mikić ban seli zitelje ispod Ozlja na otok Kluć zvan Svih Svetih danas Trg te im fodjeljuje povlastice.

Nos Mykch banus Sclauonie significamus vniuersis quibus expedit, quod quia libera uilla domini nostri regis sub castro Ozol existens per Teotonicos speciales inimicos eiusdem domini nostri regis frequenter est spoliata et combusta, volentes nos futura preuidere, ne ulterius tam de facili eadem libera uilla per eosdem Theotonicos et alios infideles spolietur, ad locum alium premunitum, firmiorem uidelicet, ad insulam Cluch, que alio nomine Mendscentzigethe uocatur in inferiori parte ipsius castri Ozol ad cursum aque existentem duximus translocandam; talem libertatem eisdem concedentes, quod a iurisdictione et iudicio castellani de Ozol pro tempore constituti omnino[1] sint exempti; item quicumque ab eadem libera uilla de sub castro ad ipsam insulam se translocauerit ad manendum, per tres annos nullam collectam nobis soluant excepto ioc, quod quingentis ydriis uini in quolibet anno teneantur; elapsis

[1] Pisano: homino.

uero ipsis tribus annis de qualibet porta seu curia singulos uiginti denarios singulis annis et uinum modo pretacto soluere teneantur; si uero aliqui de extraneis locis causa commorandi uenerint, quatuor annorum gaudeant libertate; item sicut ueniendi ita recedendi accepta licencia liberi sint et securi; item si quis sine herede decesserit, cuicumque bona sua legare uoluerit, liberam habeat facultatem; item tribus muneribus, uidelicet in festo natiuitatis domini, pentecostes et in festo omniuni sanctorum nobis uel castellano nostro de Ozol teneantur, ita quod pro quolibet munere unum pecus pascuale, unam ouem, uiginti galinas et ducentos panes dare teneantur; item quicquid de macello ueniret in tributo villico et vniuersitati ciuium de ipsa insula relinquemus, insuper portum in fluuio Culpa circa ciuitatem eorundem eisdem ciuibus libere concedentes; item sacerdotem quem communitas uoluerit, assumant iuxta eorum uoluntatem; item uillicum inter se eligant annualem quem uoluerint, qui omnes causas per reuolucionem anni inter eos iudicet, determinet et discernat, exceptis hys, videlicet furta, homicidia, incendia et factum potenciale, quas causas idem uillicus et uniuersitas de eadem insula iudicabunt ita, quod duas partes iudicii nobis amministrabunt, terciam uero partem iudicii pro se ipsis reseruabunt; item si aliquis inter eos omicidium committeret, nichil ultra duas marcas pro iudicio soluere teneatur, cum aduersario concordabit, sicut potest; item si quis in furto detentus fuerit, secundum arbitrium et iudicium uillici et vniuersitatis condemnetur. Preterea forum ab antiquo existens cum tali tributo duximus concedendum: de curru extraneo excepto. panno octo denarii exigantur, de curru uero populorum bani[1] quatuor denarii, de pondere equi si pannum portauerit [octo denarii, si uero alias res, duos] denarios soluant pro tributo, de boue unum denarium, de panno quantum unus homo portare potest quatuor denarios, de porcis uero usque [festum beati Martini confessoris medium] denarium, post festum uero predictum de quolibet porco singulos denarios persoluant, item de qualibet tunica sar[cita uel clamide que vendicioni in eodem foro ex]ponitur, unum denarium soluere teneantur, de aliis uero minutis, que non sunt hic denotata, nobis exequantur per [nostrum tributarium modo ab antiquo consueto. In cuius] rei memoriam perpetuamque firmitatem litteras nostras concessimus sigillo nostro pendenti roboratas. Da[tum in portu Zaua circa Zagrabiam, feria] secunda proxima ante festum Marie Magdalene, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono.

[1] Umetnuto iznad linije.

Original kod imovnc obc'ine u Trgu krap Ozlja. Pečat i uzica otpali, Na mjestu, gdje ima visjeti pečat listina je krnja. Popunjena po originainoj potvrdi bana Nikole od 12. jɜma 1343. i po prijepisu kaptola zagrebačkog od g. 1409.

Lopasic-Laszowski Oko Kipe i Korane 197.

Lopašić-Urbari I. 211.

Laszowski Nekoliko privat. listina. Vjesnik kr. zem. arkiva V. 14.

390.

1329, 23. jula. U Zadru.

Mladin Brodarević prodaje treći dio nekog mjesta u Pusterli Coranu Mihajlovu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, die nono exeunte mense iulii, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basillo (!) egregii comitis. Fateor ego Mladinus filius condam Andree Brodareuich, habitator Jadre, quomodo vendo atque transacto tibi fjorano filio Michaelis, ciui Jadre, totam terciam partem meam unius loci pro indiuiso, positi ad Pusterlam, de quo toto loco sunt tres passus, cuius loci sunt relique due partes Marige et Radde sororum mearum; cui de austro est locus tui dicti (^orani, de trauersa et de borea locus Petri de Matafaro et de quirina locus Cresti Brodareuich, cum omnibus suis certis terminis, habenciis, iuribus et pertinenciis, cum introitu et exitu suo usque ad uiam publicam, tam subtus terram, quam supra terram, pro precio soldorum quinque venetorum grossorum, quos mihi persoluisti; a modo cum plena uirtute et potestate omnimodam tuam et tuorum heredum et successorum ex eo libere in perpetuum faciendi uoluntatem sine alicuius persone contradictione. Vnde ego dictus Mladinus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Corano et tuis heredibus et successoribus dictam terciam partem loci pro indiuiso excalumpniare et defensare in ratione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presentia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Cosa Proddi de Cosa et Matheo Johannis Piscopi ciuibus Jadre.

(Dmgi rukopis).

Ego Salbe condam Petri Dreche iudex examinator manum missi.

Ego Duymus de Spaleto, iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus, scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monog. notj.

Original r< *gubem. arkivn ɜl Zadrti, odio samost. sv. Nikole. br. 140.*

391.

1329, 2. augusta. U Veneciji.

Dužd mletački nalaie knezu spljetskomu Hbenskomu i trogirskoztu, da budu suci u pograničnim razmiricama izmedju Trogira i Sibenika.

Franciscus Dandulo etc. Donato Contareno de suo mandato comiti Spalatensi etc. Receptis et intellectis litteris vestri Donati Spalatensis ac nobilis viri Lodovici Mauroceno Sybenicensis et Johannis Gradonico Traguriensis comitum continentibus, quod iuxta mandatum nostrum ter iveritis omnes tres ad loca questionum ville de Blisoy et confinium et territoriorum vertentium inter communia Traguriense et Sibenicense pro ipsis videndis rationibus partium, audiendis, examinandis et diffiniendis, quia cum ad sententiam vellitis procedere invenistis villam de Blisoy per speciales personas Sybenicenses et non per commune esse detentam, visum fuit vobis comitibus antedictis, quod mandatum nostrum ad speciales personas trahi non poterat, et ideo ad sententiam non processistis; sed tam partes praedictas, quam prudentem virum Alexandrum Johannis cancellarium Spalati ad nostram praesentiam transmisistis -de facto informatum etc. Quarum partium iura diligenter etiam auditis et examinatis, cupientes, ut finis debitus atque iustus dictis questionibus imponatur, atque considerantes, quod questiones, tam dictae villae, quam territoriorum et confinium melius et clarius per vos, qui ibi estis et dictas questiones iam examinastis possint et debeant diffiniri et terminari, quam per alios, providimus ipsas questiones adhuc vobis tribus comitibus committere examinandas, terminandas et definiendas, tam inter communia praedicta, quam inter speciales personas et communia vertentes. Quare vobis scribimus, et per nos et nostra consilia minus et rogatorum et de quadraginta precipiendo mandamus, quatenus sub debito sacramenti vos comes solus tamquam specialis persona esse debeatis cum comite Traguriensi et Sibenicensi et ipsi vobiscum pro videndis, audiendis, discuciendis et diffinitive terminandis omnibus questionibus prglibatis taliter, quod usque ad duos menses a receptione praesentium computandos ipse questiones villae de Blisoy et territoriorum

confinium tam si inter communia praedicta, quam inter speciales personas et communia sint per vos, vel maiorem partem vestrum convenienter in unum ubi vobis videbitur audientes iura partium, quae ostendere, proponere et allegare voluerint iuste et sententialiter sint terminatae et totaliter deffinitae, facientes illa, quae per vos fuerint terminata, ut est dictum, a partibus observari, quae penitus volumus esse firma, in praedictis autem omnibus et connexis seu dependentibus ab eisdem auctoritate praesentium plenam auctoritatem, iustitiam et arbitrium vobis, vel maiori parti vestrum conferimus, ac ex nunc partibus districte praecipimus, ut quae diffini ta fuerint per vos debeant tamquam a nobis promulgata inviolabiliter observari. Datum die 2. augusti, 12. indictione.

Iz lisline od 16. septembra 1329.
Lucius Mem: di Trau 180.—181.
Ostaie listine upravljene na kneza trogirskoga i šibemčkoga Lucić ne priobćuje.

392.

1329, 8. augusta. U Višegrađu.

Karlo Roberlo kralj ugarski i hrvatski zapovijeda, da u pravdi Zagrebčana samo sudac njihov dolazi pred kralja.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis Zagrabiensis et Ckasmensis ecclesiarum capitulis, salutem et graciam. Quia libertas fidelium civium nostrorum de civitate Zagrabiensi seu Grecyensi per dominum Belam condam regem Hungarie, clare memorie, mediante privilegio suo eis concessa, et per nos eisdem pro ipsorum serviciis meritoriis confirmata hoc requirat, quod dicti cives et ad eos pertinentes vel aliquis ex eisdem non ad nostram vel aliquorum aliorum iudicum aut iusticiariorum regni nostri, preterquam in antea iudicum seu villicorum eiusdem civitatis citari debent presenciam ; sed solum iudicem aut iusticiarios dicte civitatis pro eo, si cuiquam in antea iusticiam facere denegaverit vel neglexerit, ad nostram presenciam debet evocari. Ideo vestre fidelitati precipimus firmiter per presentes, quatenus quicumque litteras nostras citatorias vel aliorum quorumlibet iudicum regni nostri contra predictos cives nostros et ad eosdem pertinentes vel aliquem ex ipsis vobis exhibuerint testimonium, seu vestrum hominum ad citandum, ipsis postulantibus, vel aliquem ex eisdem, preterquam ad citandum iudicem ipsorum, ut premittitur, cuipiam in antea dare seu

-transmittere nullatenus debeatis, sicut nos ofFendere formidatis, aliud non facturi. Datum in Vysegrad, in quindenis beati Jacobi apostoli, anno đomini MCCCXX. nono.

Original u arkivu jugostavenske akadetnije.
Kukuljevie jfura regni I. 105.—106.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 131.—135.

393.

1329, 20. augusta. U Zadru.

.Na molbu ovršitelja oporuka Stane udove Ivana Varikaše prodaje se na drazbi nova kuća, nekad vlasništvo isie Siane.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo -trecentesimo vigesimo nono, indicione duodecima,[1] die vigesimo mensis augusti, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, atque domini Andree Basillii egregii comitis. Testificor ego B[ar]tulotus Jadrensis curie preco, quod de mandato predicti domini comitis et iudicum Jadre incantaui per unum mensem et ultra ad peticionem dominarum Marie relicte Miche de Scolature, Jacobine vxoris Leonardo de Formino et Nicolote uxoris Cose de Prode, prout commissariarum olim domine Stane relicte Johannis Rainerii de Varicassis matris ipsorum, totam domum nouam cum camera australi, curia, quoquina, balatoriis et omnibus pertinenciis dicte domus predicti Johannis iuri predicte domine Stane, positam apud plateam comunis Jadre; et hoc pro dote predicte domine Stane librarum duorum millium octingentarum septuaginta denariorum paruorum habitarum per ipsum Johannem ab ipsa domina Stana sua vxore, sicut in sentencia maioris curie lata proinde plenius continetur; cui domui, camere et aliis suis pertinenciis predictis de austro est domus alia uetus.dicti Johannis et partim murus comunis inter curiam predictam et curiam domus ueteris predicte et partim caminus predicte domus ueteris, de quirina via publica, de borea partim staciones ecclesie sancti Petri noui de Platea et partim locus Francissci de Bogde et partim ortus siue locuš Bogde condam Grisogoni de Bogde, de trauersa partim domus predicti Bogde condam Grisogoni et partim domus heredum Radosi de Sestina et partim domus Mare me-

[1] Dva puta pisano.

diante Androna; qui viri contenti fuerunt coram domino Andrea de Slorado iudice infrascripto de dictis confiniis ita esse, ut premittitur de dictis confiniis, requisiti ab ipso. Notificatoque per me de isto incantu per ecclesias Jadre et obseruatis omnibus aliis que ex statutis Jadre in huiusmodi debet incantibus obseruari, predictam domum confinatam cum camera et aliis suis pertinenciis predictis de mandato predicti domini comitis et iudicum Jadre in presencia predicti domini Andree iuđićis deliberaui sub logia magna Jadre, die dominico feriato Qoiilo filio Jacobi Madii de Petrigo ciui Jadre ementi et recipienti pro domina Bunna sorore sua pro libris noningentis denariorum paruorum, nemine exinde plus nec etiam tantum dare uolente. In quibus libris noningentis uiginti predicta Bunna exconputauit libras noningentas undecim, solidos vndecim et denarios quatuor denariorum paruorum et expensas, quas ipsa habere debebat per sentenciam curie maioris Jadre super bonis dicte domine Stane pro dote sua ipsius domine Bunne habita per olim Nicolaum condam maritum ipsus domine Bunne, filium condam dicti Johannis et dicte domine Stane, et residuum dedit comissariabus predictis. Vnde plenam habeat potestatem de cetero ipsa domina Bunna per se suosque heredes et successores de dicta domo confinata cum camera et cum aliis suis pertinencius pro modo predicto ad faciendum omnem suam uoluntatem sicut de suo proprio, nulla persona ualente sibi in aliquo contrastare. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano filio Pauli de Sloradis et Michaele condam Damiani Pasque de Varicassis ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Andreas Basilio comes Jadre manu mea scripsi.

Ego Biualdus de Betono iudex manum misi.

Ego Andrea de Sloradis iudex manu mea scripsi.

f Ego Damianus olim Madii Varicasse iudex manum missi.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 49.

394.

1329, 5. septembra. U Cazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje povelju kraljice Elizabete od 10. juna 1329., kojom ova uzima pod svoju zaštitu samostan, crkvu i redovmke garićke.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini millesimo CCC°XX. nono, feria tercia proxima ante' festum natiuitatis beate virginis, religiosus vir frater Stephanus prior heremitarum ecclesie beate virginis de monte Garig ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras patentes excellentissime domine regine, domine Elizabeth consortis domini Karoli dei gracia illustris regis Hungarie, non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, petens a nobis humili precum instancia, ut tenorem et formam ipsarum presentibus de uerbo ad uerbum inseri et transscribi sigilloque nostro consignari faceremus. Cuius peticionibus congruis et honestis annuentes, maxime quia easdem iustas, veras et laudabiles fore comperimus, tenorem ipsarum presentibus de uerbo ad uerbum inseri et transcribi sigilloque nostro fecimus consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kraljice Elizabete od 10. juna 1329.}.*

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.171. — Stara signatura: Actor. monast. Garigh fasc. 1. no. 11.
Na hrptu listine bio j'e pritisnut pečat.

395.

1329, 8. septembra. U CazmL

Ladislav biskup zagrebački potvrdjuje iproduljuje izmjenu zemljišta biskupa zagrebačkog Mihajla za posjed Tubina, vlasništvo reda sv. Augustina u Vaški od g. 1297.

Nos Ladislaus dei et apostolice sedes gracia Zagrabiensis episcopus significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod religiosus vir frater Paulus ordinis sancti Augustini suprapeliciatorum, prepositus conuentus de Waska ad nostram 'personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras cum ruppo sigillo, que ex scriptura,

sicut experiencia nos docuit domini Michaelis quondam Zagrabiensis episcopi predecessoris nostri veraciter apparebant. Quarum tenor de verbo ad verbum presentibus insertus talis est: *(Slijedi listina biskupa Mihajla od 1. septembra 1297.J* Petens ipse prepositus sua et conuentus sui nomine, ut ipsam particulam terre metis iam prescriptis distinctam ipsi domui de VVaska fratrum suorum perpetuare dignaremur. Verum quia nos ipsum prepositum et suum conuentum in pacifica possessione dicte terre inuenimus, nec constabat, quod a tempore emanacionis litterarum predictarum ipsi fratres in dicta possessione ipsius terre perturbati fuissent, iuridice nos ipsam terram cum suis pertinenciis vniuersis, in quantum sine lesione iuris ecclesie nostre possumus, preposito, conuentui et domui antedictis perpetuamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Chazme, per manus. discreti viri magistri Johannis archidiaconi de Guerche cancellarii nostri, in festo natiuitatis beate virginis, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono.

Iz prijepisa kaptola pećuhskoga od 26. maja 1371. Ovaj prijepis iz prijepisa koptola čazmanskog od g. 1514. u arkivu nadbishipije u Zagrebu .' Donationalia f. VIII. uo. 3.

396.

1329, 16. septembra. **U dolini kod Bugna.**

Po nalogu duzda mletačkog od 2. augusta 1329. sude knez spletski, stbenski i trogirski u pograničnom sporu glede. sela Blizoja izmedju Trogira i Sibenika.

In dei nomine amen. Anno domini 1329., indictione 12., regnante domino Karulo Roberto rege Hungarie, ac domino nostro domino Francisco Dandulo inclito duce Venetorum. Temporibus venerabilis patris domini Lampredii Traguriensis episcopi, nobilis et sapientis viri domini Joannis Gradonico honorabilis comitis, ac nobilium virorum dominorum Georgii Marini, Casocti Nicolae, Gregorii Salinguerrae et Marini Fancii iudicum civitatis Traguriensis die 16. septembris. Nos Donatus Contareno Spalatensis et Johannes Gradonico Traguriensis comites, una cum domino Ludovico Mauroceno comite Sibenicensi, ut privatae personae iudices delegati de mandato illustris domini Francisci Danduli incliti ducis Veneciarum ad cognoscendum nonnullas questiones vertentes, et quae verti possent inter commune civitatis Sibenicensis et

Traguriensis vel speciales personas alicuius earum, et ipsa communia occasione villae Blisoy confinium et territorium iuxta tenorem mandati et litterarum ducalium cuilibet nostrum trium unius, et eiusdem tenoris transmissarum, quarum litterarum nobis Donato praedicto directarum, ut ex eis de aliis etiam duabus litteris habeatur notitia tenor de verbo ad verbum talis est: *(Slijeai listina dtižda mietačkoga od 2. angusta 1329.)* Nos Donatus et Johannes praedicti iudices unanimiter et concorditer per ea, quae vidimus et cognovimus, et riunc cognoscimus et videmus ex auctoritate supradictarum litterarum ducaliam nobis concessa et attributa, Christi nomine invocato, a quo cuncta recta procedunt iudicia, pro tribunali sedentes, pro bono pacis. et concordiae inter ipsas partes habendae perpetuo in liiis scriptis dicimus, deffinimus, decernimus et sententiamus, quod confines esse debeant et sint a puncta occidentis vallis de Stelpona recto tramite usque ad confines ex parte occidentis terrarum Tragurii, Mezeline vocatarum, versus Sibenicum sit |et] esse debeat pro confinibus communis et hominum Sibenici, ita quod Crastovidolaz ibi non includatur, sed sit et remaneat infra confines Traguriensium et a predictis confinibus dictae puntae et terrarum de Mezeline yersus Tragurium et cum scopulis, quae sunt a dicta puncta veniendo recte per mare versus Tragurium, sit et esse debeat pro confinibus et infra confinia communis et hominum Tragurii, salvis et reservatis iuribus cuiuslibet ecclesiasticae vel secularis personae ius habentis infra confines praedictos alicuius partium praedictarum, et quod quilibet comes civitatis praedictae, qui nunc est, et pro tempore fuerit, habeat iurisdictionem cognoscendi in civilibus et criminalibus infra suos praedictos confines. Mandantes praedicta omnia et singula observari a praedictis partibus, et quod neutra ipsarum audeat vel presumat alteram inquietare vel molestare ultra dictos confines sub pona M librarum venetorum parvorum comittenda et solvenda pro qualibet vice per partem contrafacientem et non observantem applicanda pro medietate communi Venetiarum et pro alia medietate parti laesae sive offensae, penaque etc. Lata, data et promulgata fuit dicta sententia per suprascriptos duos dominos Donatum et Johannem sedentes pro tribunali una cum supradicto domino Ludovico eorum socio non eiusdem opinionis cum ipsis subtus una tenda apud vallem sancti arcangeli ad Bugnas districtus Traguriensis, praesentibus supradictis sindicis et Joanne Cuchiuli, Philippo Duymi, Grubule Theodosii, Janzio Egidii, Martino Marini, omnibus de Spalato, et Francisco Bredani de Veneciis habitatore Sibenicensi.

Ego Donatus Contareno comes praedictus iudex manum misi.

Ego Joannes Gradonico comes praedictus iudex manum meam misi.

Ego Alexander Joannjs Albertini de Firmo notarius et nunc communis Spalatensis de mandato supradictorum duorum dominorum, Donati et Joannis iudicum scripsi et publicavi.

Lucius Memorie di Traii p. 180.—182.

397.

1328, 18. septembra. U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim biva zalog i prodapa zemlje.

A B C

Capitulum ecclesie Boznensis omnibus Christi fidelibus modernis pariter et futuris salutem in vero salutari. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Berizlaus filius Mylota de Terpune ab una parte, Johannes filius Thome de Palagar pro se et pro Emerico ac Martino fratribus suis ex altera coram nobis personaliter ćonstituti, confessi sunt concorditer oraculo viue vocis, quod super universis causis et causarum articulis ac iudiciis quibuslibet vsque modo inter ipsos motis et habitis radices discordie de medio ipsorum exstirpando ad plene ac perpetue pacis unionem devenissent tali modo, quod predicti Johannes, Emericus et Martinus de possessione Palagar vocata quoddam nemus vulgariter Beruk vocatum, in quo sunt due magne arbores tu videlicet iuxta terram dicti Berizlai Terpune vocatam immediate adiacens et existens, dedissent, contulissent et assignassent eidem Berizlao iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam. E converso autem idem Berizlaus quandam particulam silve, quam dictus Johannes et Martinus filii Thome eidem pro tribus marcis minus duabus pensis impignoraverant eisdem reddidisset et restituisset iure perpetuo, prout eorundem fuisset possidere. Terram vero planiciem, que est iuxta silvam Johannis, Emerici et Martini predictorum prout eiusdem Berizlai fore dinoscitur, eidem Berizlao dimisissent perpetuo iure possidendam et habendam; tali vinculo interposito, quod quecunque pars ipsarum parcium super iam transactis causis causam incitaret, extunc parti alteri ante litis ingressum tres marcas soluere teneretur ipso facto. In cuius concordie testimonium presentes literas nostras priuilegiales sigillo nostro autentico facimus communiri et alphabeto trium literarum intercidi. Datum feria secunda proxima ante quindenas nativitatis [beate] virginis, **anno domini** M°CCC° vigesimo nono.

Original tt biblioteci narod. miizeja u Budimpešti.

Na listini visi svilena vrvca civene boje. Listina je cirograf. Prije bio kako se čini taj isvornik u arkivu obitelji Balog u Bodu, te cra Nagy još odanle loše priobćio.

Nagy Cod. dipl. Andeg. 1L„ 431.

398.

1329, 26. oktobra. U Trogiru.

Petar Comlute oslobadja svoga sma Nikolicu očinske vlasti.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigessimo nono, indictione XII., regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie et temporibus illustris Francissci Dandolo incliti ducis Venecie, ac venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et nobilis et sapientis viri domini Johannis Gradonico honorabilis comitis ciuitatis Tragurii, suorumque iudicum dominorum Georgii Marini, Casocti Nicole, Gregorii Salinguere et Martini (^antii, die XXVI. mensis octubris. Petrus Comlutte de voluntate consensu et presente Rados'aue eius vxore emancipauit Nicolicgam suum filium presentem, volentem et petentem emancipari et a sua patria et (!) potestate dimisit et relassauit, dans et concedens eidem licentiam et liberam potestatem a modo in anthea (!) ubilibet et vbique locorum et terrarum contrahendi, emendi, vendendi, testandi, obligandi et omnia alia et singula libere fatiendi (!) et exercenda (!), que facere et exercere potest quilibet ciuis Romanus, pater familas et liber homo sui pleni iuris; et quicqu d ipse Nicolicca a modo in anthea lucrabitur seu lucratus fuerit, sit et esse debeat ipsius Nicolicge et suorum heredum absque contradicione alicuius persone. Quam emancipationem et omnia et singula suprascripta promisit dictus Petrus perpetuo firma et rata habere et tenere, actendere (!) et obseruare et non contrafacere uel venire per se uel alios aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub obligatione suorum bonorum. Actum Tragurii in domo habitationis dicti Petri, pressentibus Lucha[n]no Desse et Juanno *Qu*nichi testibus rogatis et Marino Qantii examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Marinus (^ancii examinator conscius examinaui.

(Signum not.)

Ego Superantius Ranaldutii de Cingulo auctoritate imperiali notarius et nunc communis Tragurii iuratus hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi et publicaui.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 50.

399.

1329, 4. novembra. U Trogiru.

Biskup Lampredije z kaptol trogirski siesu broj kanonika od četrnaest na dvanaest.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo vigessimo nono, indictione duodecima, tempore sanctissimi patris et domini Johannis pape XXII., regnante domino Karolo serenissimo rege Vngarie, temporibus equidem venerabilis patris et domini Lampredii dei et apostolica gratia digniscimi (!) Traguriensis episcopy (!), die quarta mensis nouembris. Tn plubico(!) et generali capitulo Traguriensi ad sonum campane et per nunptium soplemniter (!) requisiti de mandato, Hcentia et autoritate venerabilis patris et domini Lampredii episcopy memorati in camera ipsius episcopalis palactii, ut moris est congregati, conuenientes domini Nicolaus primicerius, Dominicus Chabe, Petrus Obradi, Dobrolus Dragolini, Sabolinus Natigenne, Marinus Macthei(!), Stoysa Victici, Johannes Stepi, Thomas Matiche, Stehanus(l) Mychoy et Goge condam Sclaucum(!) canonicus dicta die nouiter electus et confirmatus, omnes canonici Tragurienssis (!) ecclesie et videntes, quod nisi esset modus in rebus et ordo consonus rationi, peiora peioribus omnia sequerentur, et tempore olim felicis recordationis episcopy Gregorii per ipsum et Traguriensse capitulum fuit conditum condam plubicum(l) instrumentum continentis (!), quod numerus canonicorum capituli Tragurienssis esset et esse deberet numero quactuordecim (!), et ipso XIIII numero (!) non transiret; et postmodum tempore felicis memorie episcopy Liberii per ipsum et capitulum supradictum condam aliud fuit conditum instrumentum continentis (!), quod numerus canonicorum capituli Tragurienssis esset de duodecim et ipso numero non transiret; et ambo dicta instrumenta ad defectum sigillorum sepedictorum episcopi et capituli roborata fuerunt et recondita in cartulario capituli supradicti et ipsis duobus instrumentis su . . . . su . . . ue de cartulario supradicto, a nonnullis iniquitatis filiis, quos ingnorant(!) [numerus] canonicorum Tragurienssis ecclesie non est certus. Quo circa dominus Lampredius episcopus et canonici memorati volentes malennorum (!) nequitiis ouiare (!), vnanimiter et concorditer voluerunt et mandauerunt dicta duo instrumenta, si reperire[n]tur de cetero vana esse et cassa habita, ineficatia et cancellata et nullius valoris, ipsaque in toto et per totum in omnibus adnullantes et statuerunt per hoc presens plubicum instrumentum, quod existentibus canonicis memoralis ab inde in antea aliquibus canonicorum morientibus numerus capituli memorati sit de duodecim canonicis et vltra excedere non possit, cum introytuum dicti capituli possibilitas non requirat: insuper iurantes omnes et synguli (!) canonici memorati coram ipso episcopo tactis sacrosanctis euangeliis non eligere nec modo aliquo uel colore quesito ad electionem alicuius canonici procedere in dicto Tragurienssi capitulo, nisi morte alicuius uel aliquorum canonicorum, qui nunc sunt, primo numerus duodecim fuerit deminutus. Hoc enim ordinarunt inreuocabiliter in Tragurienssi capitulo ad perpetuam rey memorium obseruari, ad robur autem predictorum et veritatis constantiam presentes licteras mandauerunt sigillorum dictorum episcopy et capituli adpensione muniri. Actum in dicta episcopali cr.mera, presente Nicola Obradi caligari, Laurentio Petrosi leptin(!), et Laurentio Siluestri diacono de Tragurio testibus.

Et ego Dominicus Jacobi Sentilis de monte Actone imperiali auctoritate notarius et nunc communis Tragurienssis cancellarius iuratus hiis omnibus interfui, ut supra legitur, rogatus scripsi et plubicaui.

iSignum not.)

Original u arkivu kaptola u Trogirti no. 51.
Na listini visi o končanoj uzici pečat kaptola; biskupov je otpao.

400.

1329, 7. novembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje povelju kralja Bele, kojom daje Zagrcbčanima slobodu od daća z canne.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis [significamus tenore presencium quibus expedit] universis, quod Lamblinus iudex civitatis Grecensis, Markus, Francha et Micula cives de eadem tam suo, quam [nomine] dicte civitatis ad nostram personaliter [accedentes presenciam, exhibuerunt] nobis litteras privilegiales serenissimi principis, clare memorie domini Bele regis Hungarie, petentes cum instancia, [ut eas] transsummi et transcribi sigillique nostri [apposicione consignari faceremus]. Quarum quidem tenor talis est: *(Slijedi listina od 23. februara 1267.)* Nos autem ipsorum iustis et condignis peticionibus acquiescentes, maxime quia ipsas litteras invenimus non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, ipsas de verbo ad verbum presentibus transscribi. nostrique sigilli [appensione prout a nobis] pecierant, fecimus consignarL

Datum feria tercia proxima post festum omnium sanctorum, anno domini MCCCXX nono.

Original u arkivu grada Zagreba poderan, vrvca stoji a pečat otpao. Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 135.

401.

1329, 13. novembra. U Stolnom Biog-radu.

Kafitol stolnobio^radski prepisuje fovelju kralja Bele o slobodi Zagrepčana u daćama i carini.

Nos capitulum ecclesie Albensis memorie commendantes significamus quibus expedit presencium per tenorem universis, quod Marcus villicus et Mycula aurifaber, cives Grecenses, tam suo, quam nomine dicte civitatis ad nostram personaliter accedentes presenciam, exhibuerunt nobis litteras privilegiales serenissimi principis, pie memorie domini Bele regis Hungarie, petentes nos cum instancia, ut eas transummi et transcribi faceremus, sigillique nostri apposicione consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi tistina od 23. februara 1267.)* Nos igitur precibus prefatorum civium iustis et condignis diligenter acquiescentes, ipsas litteras domini Bele regis privilegiales, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas de verbo ad verbum presentibus transcribi et transumpmi fecimus, pendentisque sigilli nostri appensione communiri. Datum secunda feria proxima post festum beati Martini confessoris, anno domini millesimo CCCXX. nono.

Origmal u arkivu grada Zagreba, vrvca sto/i, pečat otpao. Tkatcic Mon. civ. Zagrab. I. 136.

402.

1329, 22. novembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa preporula kralju Karlu Roiertu, da ide na ruku inkvizitoru Fabijanu.

Joannes episcopus servus servorum dei. Carolo regi Ungariae illustri. Jam dudum, fili carissime, cum ad nostri apostolatus pervenisset auditum, quod tenebrarum principe procurante, qui saluti humani generis invidet et ad eius interitum et perditionem consuetis suae

nequitiae stimulis aspirare non cessat, haereticorum caterva non modica in principatu Bosnensi in confinio Dalmatiae constituto de diversis partibus fuerat congregata, qui quidem haeretici errores et haereses in eodem principatu tuae ditioni subiecto seminare pestiferos et sub simulatae simplicitatis fallacia simplicium animas suis huiusmodi pessimis erroribus et haeresibus decipere in nostri redemptoris contumeliam ac fidei et fidelium grande periculum satagebant, celsitudinem regiam rogandam duximus attentius et hortandam, ut velut princeps catholicus zelo fidei clare fervens ad errores et haereses huiusmodi radicitus extirpandas prompta devotione regiaque magnanimitate consurgeres et dilecto filio Fabiano de ordine fratrum Minorum, inquisitori haereticae pravitatis in eis partibus auctoritate apostolica deputato, assistendo favore regio super hiis efficaces opem et operam adhiberes, procurando et faciendo nihilominus, quod dilectus filius nobilis vir Stephanus princeps Bosnensis ad eliminandum de sui principatus finibus errores et haereses huiusmodi efficaciter sicut eutn decet interponeret partes suas. Sane, fili amantissime, quia, sicut grata eiusdem inquisitoris relatione percepimus, tu ipsum pro divina et apostolicae sedis reverentia benigne recipiens et eum super hiis, quae favorem concernunt fidei, propitio favore pertractans, te praemissis exhortationibus nostris atque salutaribus pr omptis et devotis obtuleris affectibus pariturum : inde celsitudini regiae gratiarum exolvimus uberes actiones, rogantes regalem magnificentiam et in domino attentius exhortantes, quatinus oblationem huiusmodi deo gratam ac nobis et eidem sedi non indigne placidam et acceptam in effectum operis fructuosi producere, ut ex hoc tibi ampliora salutis et honoris incrementa perveniant, serenitas regia non omittat, habiturus eundem inquisitorem pro nostra et eiusdem sedis reverentia favorabiliter commendatum. Datum Avinione, X. kalendas decembris, anno quartodecimo.

Eubel'Bullarium Franciscanum T. V. 450. no. 822.

403.

1329, 22. novembra. U Avignonu.

Ivan XXII. papa. legatu apostolskomu Bertrandu biskupu ostijskomu, neka vodi istragu nad nadbiskupom zadarskim, koji je Martina opata i monaha Franju sumnjive radi hereze uhvatio i zatvorio.

Johannes episc opus servus servorum dei. Venerabili fratri Bertrando episco po Ostiensi, legato Lombardie etc. salutem et apostolicam bene-

-dictionem. Exposuit nobis dilectus filius Fabianus de ordine fratrum Minorum, inquisitor heretice pravitatis in provincia Sclavonie auctoritate apostolica deputatus, quod cum ipse dudum inquisitionis predicte sibi commissum officium exequendo adversus Martinum abbatem monasterii sanctorum Cosme et Damiani ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis et Franci scum dicti monasterii monachum super crimine heresis delatos sibi graviter et vehementer suspectos vellet procedere iusticia exigente, venerabilis frater noster Johannes archiepiscopus Jadrensis, officium inquisitionis huiusmodi non sine magna temeritate impediens et perturbans, prefatos abbatem et monachum de manibus gentium et ministrorum inquisitoris eiusdem rapuit violenter, ipsos ad domum suam, ubi eos defendere satagit, adducendo, et hiis non contentus mala malis cumulans, in eundem inquisitorem, status pontificalis spreta modestia et maturitate calcata, manus presumpsit mittere violentas. Cum autem premissa, que moleste non indigne, si eis suffragetur veritas, ferimus, remaner e non debeant incorrecta, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus per te vel alium seu alios summarie, simpliciter et de plano super premissis et ea tangentibus te informans, informationem et quicquid inde feceris nobis mittere fideliter non postponas. Datum Avinione, decimo kalendas decembris, pontificatus nostri anno decimoquarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 230. str. 174.—175. Iz reg. an. XIV. secret. ep. 1102.

Eubel Bullarium Franciscanum Iom. V. 451. no. 823.

404.

1329, 1. decerabra. U Avig-nonu.

Ivan XXII. fiafia podijeljuje kanonikat u Zagrebu.

Joannes episcopus servus servorum dei dilecto filio Hugolino de Placentia canonico Zagrabiensi salutem etc. Providetur de canonicatu et prebenda in ecclesia Zagabriensi. Datum Avinione, kalendas decembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

In eodem modo. Dilecto filio . . . preposito Titulensi Colocensis -diocesis, et . . . archidiacono de Kamarcha Zagabriensis ac . . . . archipresbitero Modoetiensis Mediolanensis diocesis ecclesiarUm, ut predicto Hugolino dictum canonicatum et prebendam curent. Datum ut supra.

Reg. orig. an. XIV. com. ep. 631.
Theiner Mon. Hung. I. 526. no. 813.
Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 136. no. 153.

405.

1329, 7. deeembra. U Garešnici.

Pavao sin Mihalčev od plemena Tibolda bana daruje samostanu garićkom zemlju Mihaljevac uz fiotok Gareinicu.

Nos magister Pauliis filius Mihalch de genere Thiboldi bani significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod ob reuerenciam virginis gloriose matris domini et in recognicionem offensarum ecclesie heremitarum de Garig illatarum, volens eciam animabus parentum nostrorum salubriter prouidere, quandam particulam terre nostre vicinam et contiguam terre dictorum heremitarum in capite fluuii Gursenche ex utraque parte adiacentem, a Benedicto, Paulo et Georgio filiis Michael filii Gregorii empcionis titulo comparatam, prout in litteris empcionis super hoc confectis plenius continetur, prefate ecclesie heremitarum dedimus, don.auimus et contulimus perpetuo et irreuocabiliter possidendam pariter et habendam cum omnibus utilitatibus et pertinenciis ipsius terre vniuersis, ac in signum tradicionis perpetue omne ius, quod in ipsa terra habuimus, iamdicte ecclesie dedimus fratribus ipsius domus litteras, quibus mediantibus eandem terram possedimus assignando, obligando insuper nos cum cicius poterimus donacionem presentem litteris alicuius capituli confirmare, hanc eciam donacionem ad maiorem certitudinem et rei euidenciam fecimus coram venerabili patre fratre Paulo episcopo Tribiniensi et domino Jacobo preposito Zagrabiensi, quorum sigilla pro testimonio presentibus diligenter rogauimus apponenda. Datum in inferiori Gurssenche apud domum nostram, in crastino festi beati Nicolai confessoris, anno domini M°CCC°XX° nono.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.172. — Stara signatura: Actor. Monast. Garigh fasc. I. no. 12.

Na listini vise tri smedje svilene vrvce bez pecata.

Na hrptu savretneno nota: »Donacio super Mihalwelge«.

406.

1330, 26. januara. U Zadru.

Damijan sin pokojnog Prefše, prodaje Paskvi Varikaši neku neobradjenu zemlju (derrum).

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo nono, indicione tercia decima, die vigesimo sexto mensis ianuarii, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouanno venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basilli egregii comitis. Fateor ego Damianus filius condam Prefse subdiaconus ecclesie sancte Anastasie Jadrensis, quomodo do, uendo, trado et transacto tibi Pasque condam Damiani Pasque de Varicassis ciuis Jadre, totam et integram terciam partem meam mihi pertinentem iure paterno tocius unius derri ex boreali parte circa unius gognay, et si plus uel minus fuerit, totum illud plus uel minus tuum sit, positum ad Gasenicam; cui de borea est derrum Andree condam Frederici de Grisogono, de trauersa est derrum commissariorum olim Dragossi Zungi, de austro est pars dicti derri Agapis sororis mee, et de quirina est uia puplica; pro precio librarum decem et octo denariorum venetorum paruorum, . quas mihi plene dedisti et integre persoluisti; a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis ex dicta tercia parte mea ipsius derri, ut dictum est, cum omnibus suis iuribus, confinibus, proprietatibus, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram libere facere possis tuam omnimodam pro anima et corpore uoluntatem absque contradicione alicuius persone de mundo. Vnde ego predictus Damianus per me meosque successores me obligo et promitto tibi dicto Pasque tuisque heredibus et successoribus predictam terciam partem meam ipsius derri, ut premittitur, cum omnibus suis iurisdictionibus, habenciis et pertinenciis excalumpniare et defendere in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Et ego Dobrica auia dicti Damiani subdiaconi et relicta Crescuani Netrafgi Jadratina cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Pasque tuisque heredibus et successoribus predictam terciam partem ipsius derri, ut superius est expressum, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea uel alterius nostrum insolidum, ad quem uolueris te tenere in toto et in parte, presencia et futura; ita tamen, quod parte ab uno nostrum assumpta a reliquo aliam rehassumere (!) possis et e conuerso; omni mea excepcione et defensione remota. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Michaele primicerio condam Johannis Gusi et Francesco condam Johannis de Cernucho Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus de Vitcor examinator manuni misi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 38 a.

407.

1330, 4. februara. U Zadru.

Palaceza udova Ugolina de Stella kupuje posjed Jezerščicu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo, indictione tertiadecima, die quarto mensis februarii, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandulli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basillii egregii comitis. Cum Grisogonus condam Desse Michaelis pro duabus partibus et domina Mira filia Grisogoni de Spelo, pro *djxrztermj* partibus, uendiderint domine Palacese matri magistri /-/ Alexandri cancellarii Jadre ad acta, relicte Vgolini de Stella, totam suam villam de Geserschica, que fuit Andree Galelli de Cosa, cum omnibus suis terraticis, pascuis, pertinenciis et iuribus, cuius ville terras mundas aratorias esse dixerunt. et conuenierunt gognaios centum quinquaginta, ita tamen, quod si plus esset, cederit in ipsam uendicionem, et eiusdem tales dixerint esse confines. Nam uni pecie dicte terre de quirina est via publica, de borea terre Cose de Prode, que fuerunt Prode fratris dicti Andree, de trauersa gai, ita quod inter terram ipsam et dictos (!) gai est quedam via, de austro est terra dicti Cose de Prode et partim pasculum pertinens ad ipsam peciam terre. Alteri uero pecie terre de quirina sunt gai terre predicte, de austro est carsus, de trauersa est una via uocata colnich, de borea sunt gai terre predicte. Tercie uero pecie de trauersa terra, que fuit dicti Andree. que nunc est domine Margarite filie Cerni de Ragno et unus puteus, de borea terre archiepiscopatus Jadrensis, de quirina carsus et de austro terre dicti Cose de Prode; et ipsam villam cum omnibus et singulis supradictis

se eiusdem domine Palacese nomine et pro ipsa possidere, donec ipsius ville cum omnibus et singulis supradictis possessionem acceperit corporalem, dantes eidem domine Palacese licenciam, ut ex tunc auctoritate sua eam accipere posset, ut de predictis patet in nostro scripto mantr mei infrascripti notarii eadem domina Palacesa emptrix tam auctoritate propria, quam ex licencia etpotestate sibi a dictis uenditoribus tradita ingressa est corporalem quidem possessionem eiusdem ville et omnium et singulorum supradictorum in ipsam villam corporaliter intrando et de terra et frondibus accipiendo, et asserendo et protestando se non tantum corpore, set etiam animo possidere Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Leonardo de Hossessico ciue Jadre, et Johanne condam Boche de Florencia, apothecario et habitatore Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Gallus Cerni de Cando iudex examinator manum posui.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rngatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum. not.)

Original ti arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

408.

1330, 15. februara. (U Napulju).

Roba iz Napulja za Gjuru Subića.

[Comes Georgius de Sclauonia habet varios pannos et pecunias] pro faciendis fieri robis ad opus suum. XV. februarii, XШ. indictionis.

Reg. Ang. no. 225. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera I. p. 282.

409.

1330, 14. marta. (U Napulju).

ILampre Menčetić tu&i se kralju napuljskom na brunduzijske gusare.

»Lampredus Menze de Ragusia« *tuzi se kralju Robertu:* »qtiod olim eo, infra presentem annum, una cum certis aliis in una barca navigante, per mare quidam de civitate Brundusii viri nequam, per mare similiter more piratico discurrentes, in eundem exponentem dictosque alios subito irruerunt, hostiliter ipsisque omnibus summersis in mari necatisque crudeliter, licet Lampredus ipse divino presidio adiutus evaserit, coram Argenoni, et merces alias exponentis eiusdem uncias auri trecentas sexaginta valentes per violentiam abstulerunt.«

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 63. — Rački Rad XVIII. 228.

410.

1330, 16. marta. U Avignonu.

Jvan XXII. papa nalaie nadbiskupima zadarskomu i spljetskomu neka Afalobraćane i Dominikance otprave pred papu.

Johannes episcopus seruus seruorum det. Venerabilibus fratribus . . . Jadrensi et . . . Spalatensi archiepiscopis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam apostolatus nostri pervenit, quod in provinciis Dalmatie, Sclavonie et Boszne dilecti filii fratres ordinis Minorum inquisicionis officium contra hereticam pravitatem ad se dumtaxat asserunt •ex concessione sedis apostolice pertinere, quodque, dilectis filiis fratribus •ordinis Predicatorum ex adverso dicentibus, non ad dictos fratres Minores, sed ad fratres dicti ordinis Predicatorum in dictis provinciis spectare officium prelibatum, inter eosdem fratres Predicatorum et Minorum ordinum occasione predicta super hoc est discordie materia .suscitata. Ne igitur, quod absit, tali pretextu officium inquisicionis predicte in dictis provinciis valeat impediri, fraternitati vestre per aposto-' lica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum per vos vel per alium seu alios prefatos Predicatorum et Minorum ordinum fratres in locis dictarum provinciarum solempnioribus comorantes ex parte nostra. peremptorie citare curetis, ut infra festum beati Michaelis de mense

*

septembris proximo futuro omnia privilegia, que super hoc habent, per se vel procuratores eorum ad hoc sufficienter instructos et legitime ordinatos comparere studeant coram nobis, ut per ea plena informacione habita de premissis, ad quos in eisdem provinciis prefatum inquisicionis officium pertineat, iusto apostolice sedis iudicio terminetur; diem vero citacionis et formam, et quicquid super hiis ieceritis, nobis per vestras litteras vel instrumentum publicum harum seriem continentia fideliter intimare curetis. Datum Avinione, XVII. kalendas aprilis, anna quartodecimo.

Theiner Mon. Hung. I. no. 814. str. 526.
Fermendžin Acla Bosnae p. 22.
Eubel Bullarium Franciscanum. Tom. V. 464. no. 848.
Farlati Illyr. sacr. IV. 58.

411.

1330, 21. marta. U Lastovu.

Radilo Račić sa Lastova frodaje polovinu svoga posjeda Radenu Ivamtu.

Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, indiccione tercia decima, die vicesimo primo mensis marcii, actum Laguste aput domum sacerdotis presentibus Radene Quetenich, Pribio Lucich et Prodano-Goyslauich omnibus de Lagusta ad hoc vocatis et rogatis testibus. Ibi Radillus Racich de Lagosta vendidit in perpetuum Radene Juanich de dicta insula medietatem vnius terre sue cum omnibus pertinenciis suis na Crascoue pod priuor svegoschi prope Dragomillum Dobroeuich et prope Bogdanum Gallig . . et prope Bratoium Cuetenich pro grossis. decem et octo, quos recepit, promittens pro se et suos heredes firmum et ratum tenere in perpetuum et nunquam contra facere uel uenire, et fuit cridatum per placam communis in locis consuetis Laguste.

fDrugi rukopis).

Ego Petrus Paganus comes in Lagusta manus misi.

Ego presbiter Vitus Symonis Pasce de Ragusio, cappellanus et notarius Laguste supradicta scripsi et signo solito rdboraui.

(Signum notarii).

Original ж arkivu jugoslavenske akademiJe u Zagrebu: Diplomata-a. 1330. . : . , ' • - .

412.

1330, 23. marta.

Karlo kralj ugarski i hrvatski oslobadja od daća sinove Jurja Kešćenjovačkoga.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmatie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, salutem inlargitore salutis. Regiam condecet sublimitatem subditorum votis fidelium legitimis annuere, ut ceteri ardencius maiestati sui principatus invigilare studeant, fideliter famulaturi et . . . Proinde ad universorum notitiam tam modernorum quam posterorum harum paginarum serie volumus pervenire, quod Stephanus, Martinus, Guke et Georgius filii Georgii filii Pauli de Kezchenouch de ultra Drava . . . res et parvuli orphani nostri ad nostre serenitatis pedes humiliter pervoluti, lacrimabili precum instancia patris eorundem prenominati per nostram maiestatem specialiter olym noti fidelium serviciorum nostre celsitudinis memoriam lamentabili expressione praesente magnifico viro domino Mykech bano tocius Sclavonie fidele nostro et predilecto et cercius eodem ipso recitante deducejre et injno [vlare curaverunt lacrimis erumpentibus ab occullis eorumdem, una cum eodem Mykech bano, sub cuius vexillo pridem anno nondum elapso vice et nomine nostro regio contra Croatos, specialiter contra filios Curiacii, infideles nostros, Georgius pater ipsorum memoratus laboriosi concertaminis in . . . . usso agressu nostro non sine laude memorie digna extitit interemptus, nostro culmini regio supplicantes, ut possessiones eorundem, videlicet Kezchenouch, Orihauch, Zlaunyn et Sybince vocatas in comitatu Crisiensi sitas intra fluvios Dravam et Zavam existentes titulo iuris hereditarii ipsos contingentes, a solucione marturinarum banatui tocius Sclavonie debitarum et perconsequens collectarum ipsas marturinas consequencium de benignitate nostra regia ob meritoria servicia patris ipsorum et primorum eosdem eximere, liberare et absolvere de regie nostre gracie plenitudine dignaremur. Nos igitur, qui unius cuiusque fidelium nostrorum merita nostre circumspecte maiestatis prudencia metiri debemus et oculis regie provisionis contueri singulorum servicia et famulatus ex officio regiminis nostri tenemur, memori mente recolemus servicia memorati Georgii olim laude preclara, nobis, sacrosancte regie corone et toti regno nostro in diversis expedicionibus prosperis et adversis, cum sumpne fidelitatis

favore exhibita, industriosa eciam cordis nostri premeditacione, quod pridem sub nostrc regie maiestatis nomine et in servicio nostro ad ultimum interemptus extitit in area concertaminis occumbens, prout pretactum est, plurimum recensentes accedentes (!) eciam, quod filii sui memorati eiusdem fidelitatis vestigia sequentes consimilium virtutum in cunctis similiter nobis, natis nostris et toti regno nostro in futurum complacere studeant et addiscant, hiis rationibus inducti et benignius inclinati memoratas possessrones Kezehenouch, Orehouch, Zlaunyn etSybinse(f) filiorum prefati Georgii cum eorundem utilitatibus et pertinentiis universis, absolucione marturinarum et quarumcunque coilectarum easdem marturinas soluciones consequencium nobis et banatui nostro debitarum exaccione de consilio prelatorum et baronum nostrorum ex regie nostre maiestatis plenitudine duximus eximendas, Jiberandas et prorsus absolvendas, in cuius exempcionis nostre testimonium et robur perpetuum presentes concessimus litteras nostras privilegiales predictis filiis Georgii, dupplicis sigilli nostri novi et autentici munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Endree prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, decimo kalendas aprilis, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni autem nostri anno similiter tricesimo ; venerabilibus in Christo patribus et dominis vacante ecclesia Strigoniensi, fratre Ladizlao archiepiscopo Collocensi, aule nostre cancellario, Ladizlao Quinqueecclesiensi, Nicolao Jauriensi, Benedicto Chanadiensi, Henrico Vesprimiensi, aule domine regine carissime consortis nostre cancellario, Georgio Syrmensi(f), fratre Petro Boznensi, Chanad[ino] Agriensi, Meskone Nitriensi, Andrea Transilvano, Ladislao Zagrabiensi, Andrea Varadiensi, et fratre Redoffo(l)[1] Vaciensi, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis viris Johanne palatino, Paulo filio Simonis iudice curie nostre, Demetrio magistro tavarnicorum nostrorum, Thoma voyvoda Transilvano et comite de Zownuk, Mykych bano tocius

Sclavonie, Johanne filio bano de Machou, Johanne filio Babonyk magistro tavarnicorum domine regine consortis nostre carissime, Desow iudice curie eiusdem domine regine, Dyonisio dapiferorum nostrorum et Stephano agazonum nostrorum magistris, Nicolao comite Posonyensi aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original nalazio se u pismohrani Tadije Ferića. Prepisao Ivan Kukuljević.

[1] Rudolpho.

413.

1330, 25. marta. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski nalaže kaptolu čazmanskomu, da uvede sinove Mikića bana u posjed imanja Struge.

Karolus dei gratia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Chazmensis saiutem et gratiam. Noueritis, quod magistri Stephanus et Akus filii magnifici viri Mykch bani totius Sclavonie ad nostram accedentes presentiam sueque fidelitatis seruitia nostre maiestati inpensa proponentes et declarantes quandam terram seu possessionem nostram Struga vocatam in comitatu de Kyris existentem nostre collationi pertinere, pro suis fidelitatibus a nobis sibi dari et conferri perpetuo postularunt. Verum quia nobis de qualitate et quantitate dicte possessionis et utrum nostre collationi pertineat nec ne, veritas non constat, fidelitati vestre mandantes precipimus per presentes, quatenus visis presentibus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Paulus dictus Orrus vel Andreas filius Farkasii homo noster predictam possessionem conuocatis vicinis et commetaneis suis vniuersis per veras et antiquas metas reambulando statuat prefatis magistris Stephano et Akus eo iure, quo nostre collationi pertinere dinosscitur, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fuerini contra eosdem ad nostram citet presentiam ad terminum competentem, et post hec totius facti seriem cum cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in Alto castro, in dominica iudica anno domini millesimo trecentesimo tricesimo.

Iz tistine kaptola čazmanskoga od 30. aprila 1330., sadržane u listini kralja Karla od 14. juna 1336., a poivrdjene po kralju Ljudevitu 11. aprila 1345.

Vjesnik zemalj. arkiv. g. IX. (1907.) 18.—19.

414.

1330, 25. marta. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski objavlja, kako j'e -pred njim ustanovljeno, da Petar Ladislavov ima platiti Ani Renoldovoj' opatici na Margaretskom otoku tridesetsedam maraka u obrocima.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus memorie commendantes tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod magistro

Nicolao filio comitis Gylety de Posoga vice et nomine nobilis domine Anna nuncupate, filie Renoldi quondam palatini bone memorie sanctimonialis de insula Leporum cum litteris procuratoriis capituli Budensis ab una parte, magistro Petro filio Ladislai ex altera, coram nobis personaliter constitutis, idem magister Petrus confessus est ministerio . viue vocis, ut triginta septem marcas, quibus in residua summa pecunie eidem nobili domine pro quarta sibi provenienti debita solvere teneretur in tribus terminis anno presenti, videlicet in octavis festi penthecostes nunc venturis novem marcas et fertonem, et in octavis beati Mychaelis archangeli similiter nunc venturis eodem modo novem marcas et fertonem, item in octavis medii quadragesime simili modo consequenter affuturis decem et octo marcas cum dimidla, quamlibet solucionem in promtis denariis ad compotum Budensem solvere tenebitur domine Anne sorori sue prenotate, obligans se, si quem ipsorum terminorum obmitteret in solvendo, triginta marcas in promta pecunia ante litis ingressum soluturum, quandocunque pretacta domina contra eundem magistrum Petrum racione dicte pecunie triginta septem marcarum aut alicuius particule ex eadem, quam solvere non curaret quescionis (!) materiam ordine iudiciario incitaret, ad quod se idem magister Petrus obligauit spontanea voluntate. Datum in Wyssegrad, in dominica iudica me, anno domini M°CCC° tricesimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešli: M. 0. D. L. no. 2.595 — Stara sign. N. R. A. fasc. 603. no. 35. — Na hrptu se vzdt trag pritisnutog pečata.

Nagy Cod. dipl. Andeg. II. 478.

415.

1330, 29. marta — 29. maja.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje medje posjeda Orijavice i Gradiške za Nikolu sina Giletova.

Karolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruie Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presentium notitiam habituris, salutem in salutis largitore. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, decet maiestatem regiam facilem prebere consensum. Eapropter ad univer-

sorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod, cum nos ad peticionem magistri Nicolai filii Gileti de Posoga, fidelibus nostris capitulo ecclesie beati Petri de eadem Posoga, ' sub ipsorum testimonio Joannes homo noster metas possessionum eiusdem magistri Nicolai Oriaycha et Gradisca vocatarum convocatione legitima conmetaneorum et vicinorum eorumdem per veteres metas reambulando distinguerent a vicinis et commetaneis suis, si non fieret contradictum, contradictores autem ši qui fierent (!) contra eundem ad nostram citarent presenciam ad terminum competentem, et post hec tocius facti seriem nobis rescriberent, per nostras litteras mandassemus; tandem idem capitulum rescripsit in hec verba: Excellentissimo domino suo Carolo dei [gratia][2] inclyto regi Hungarie, capitulum ecclesie beati Petri de Posoga oraciones in domino devotas. Recepimus litteras vestre magnitudinis in hec verba: Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie beati Petri de Posoga salutem et gratiam. Dicit nobis magister Nicolaus filius Gylety de Posoga, qiiod velled(!) quasdam possessiones Oryaycha et Gradisca vocatas metis et limitacionibus a vicinis et commetaneis suis separare; super quo fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis testimonium, coram quo Joannes filius Ypoliti, homo noster, prenominatas possessiones presentibus vicinis suis et commetaneis reambularet per veteres metas et antiquas, et per veterum metarum erectionem distinguat dictas possessiones a vicinis et commetaneis suis, si non fuerit contradictum, contradictores autem si qui fierent contra ipsum, ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et post hec facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in Wissegrad, feria quinta proxima ante dominicam ramispalmarum, anno domini M°CCC° tricesimo[3]. Nos itaque vestris preceptis obedientes, ut tenemur, secundum earum vestrarum litterarum continenciam cum predicto Jhoanne(!) filio Ypoliti, homine vestro, unum ex nobis discretum virum magistrum Joannem custodem et concanonicum nostrum ad exequenda premissa pro testimonio duximus transmittendum, qui postmodum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente eodem testimonio nostro die dominico proximo post festum ascensionis domini nunc preteritum ad faciem predicte possessionis magistri Gylety, Gradisca vocate, accedendo, eandemque possessionem Gradisca convocatis vicinis et commetaneis suis per veteres metas et antiquas reambulando, distinctionibus metarum a vicinis et

[1] Valja dopuniti: »ut«.
[2] Očito ispušteno nepažnjom pisara.
[3] 29. marta 1330.

corametaneis suis, per circuitum separassefnjt[1] distinguendo, prout mete inferius eiusdem seriatim exprimuntur, nullo ibidem contradictore existente. Cuius scilicet possessionis Gradisca, prout predictus homo vester et noster nobis in scriptis reportauerunt, mete taliter distinguuntur: Prima meta incipit ab occidente, ubi sunt due mete terree, inter terram generacionis Elie et ecclesie de Gothow, inde eundo iuxta eamdem terram ecclesie de Gothow versus orientem cadit in fluvium Kopornopotok, ubi iunguntur terre Filphus filii Laurentii; inde ascendit ad berch, de quo descendit in fluvium Kotlennapotfok][2], et exeundo de eodem ascendit ad berch, et venit ad magnam viam, in qua eundo versus aquilonem venit iuxta terram Pauli filii Abram, et duos dumos tylie, ubi est meta terrea; inde eundo versus meridiem, iuxta eamdem terram predicti Pauli venit prope liberam villam de Gradisca ad metam terream; inde versus orientem eundo per berch ad montem venit ad metam terream, de qua versus meridiem descendendo cadit in Koprinapotok, et per cursum eisdem (!) patak (!) eundo venit ad terram Cheglen vocatam, ubi est arbor gertyanfa, suh[3] qua est meta terrea; inde ad campum eundo venit ad arborem [yo]hor, sub qua est meta terrea; inde versus occidentem eundo per magnum spacium, venit iuxta terram Nicolai filii Inota, et caddit in Lopsam, et per eamdem aquam Lobsa(!) versus occidentem eundo venit ad terram Michaelis filii Thome, ubi exit de Lopsa et cadit in fluvium Gothow, in quo fluvio contra cursum eiusdem eundo venit iuxta terram filiorum Laurencii et Johannis filii Georgii, et ibi cadit in fluvium Medenigpotok, in quo eundo versus aquilonem per magnum spacium exyt de eodem potok, et venit iterato iuxta terram generacionis Elie supradicti ad priorem metam ibique terminatur. Datum feria secunda proxima post festum pentecostes, anno domini MCCCXXX. tricesimo[4]. Nos itaque ex tradicione tenoris prescriptarum litterarum dicti capituli, fidelium nostrorum, super distinctione metarum dicte possessionis iuxta approbatam regni nostri consuetudinem facta, huiusmodi veritate recepta, considerantes ex officio nobis incumbenti, ut nulli fidelium in suo iure deesse debeamus, eandem possessionem sub metis suprascriptis dicto magistro Nicolao eo iure, quo sua fore dinoscitur, in filios filiorum eius et heredes possidere ac habere de consilio prelatorum et baronum regnl nostri inferius nominatorum, presentis privilegii nostri patrocinio confirmamus, In cuius confirmacionis memoriam, perpetuamque firmitatem, presentes concessimus

[1] Manjka kratica za: »n«.
[2] Pisano: »Kotlennapot«.
[3] Iznad linije.
* 28. maja 1330.

litteras nostras privilegiales dupplicis sigilii nostri novi et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree[1] Albensis ecdesie prepositi, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC[0] tricesimo, quarto[2] kalendas iunii, regni autem nostri anno similiter tricesimo; venerabilibus in Christo patribus et dominis, Strigoniensi sede vacante, fratre Ladislao archiepiscopo Colocensi, aule nostre cancellario, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Geofgio -Sywmiensi, fratre Petro Boznensi, Ladfislao] Quinqueecclesiensi, Andrea Transilvano, Chanadino Agriensi, Hemico[3] Wesprimiensi, Ladislao Zagrabiensi, Mescone Nitriensi, et fratre Rodolpho Vaciensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus magnificis viris Joane Palatino, Demetrio magistro thauarnicorum nostrorum et comite Trenchiniensi, Thoma woyvoda Transilvano et comite de Zonuk, Mikch bano totius Sclavonie, Joanne bano et comite Supruniensi, de Budrug et de Barana Paulo iudice curie nostre, Dionysio dapiferorum, et Stephano agazonum nostrorum magistris, Nicolao comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpesti: M. O. D. L. no. 2597. — Stara sign. N. R. A. fasc. 620, no. 46.

Na listini visi pričvršten sasvim pravilno oveci odlomak dvostrukog bez dvojbe pravog pečaia kraljeva. — Vanjski znaci u opće govore za izvomost ove listine, ali neke neobične pogreške, a naročito kraljeve listine datum govore proti izvomosti. Ne da se pomisliti, da kralj u Višegradu izdaje iisiinu 29. maja, u koju je primio izvjesno datiranu listinu kaptola ti Požegi od 28. maja.

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII, 3, p. 410.— 444.

416.

1330, 30. marfca. U Višegradu.

Pavao iudex curiae, odredjuje razdiobu izmedju Pavla, nekoč bana Mačve, Andrije Stjepana, bana. Gorjanskoga i Ivana na imanj'ima u Hrvatskoj i Ugarskoj.

Nos comes Paulus iudex curie . . significamus . . quod cum Laurencius dictus Kokos in persona magistri Johannis dicti Botus, domini sui nomine procuratorio cum procuratoriis Utteris capituli ecclesie sancti Irynei in octavis epiphanie domini anno in presenti preteritis iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memoralium ad nostrum

[1] Pisano ponajprije »Endree« pak ispravljeno.
[2] Pisano: »quaro«.
[3] Mjesto »Herrico«.

iudiciarium accedens conspectum, a Paulo quondam bano de Machovv et Andrea filiis Stephani bani de Gara, fratribus eiusdem propriis in personis astantibus racione iurium paternorum de possessionibus Okch, Gyog et Weytich vocatis in comitatu Symigiensi existentibus per formam divisionis possessionarias porciones ipsum magistrum Johannem dictum Botus dominum suum aquisiturum affirmasset, memorati Paulus banus et Andreas frater suus per eundem Laurencium dictum Kokos procuratorem ipsius magistri Johannis dicti Botus de eo: utrum in aliis possessionibus dictum dominum suum divisionem habuisse et tantummodo de dictis possessionibus Okch, Gyog et Veytih(l) vocatis porcionariam divisionem habere velle dicat aut ne, nostri in presencia se postularant informari, quo audito idem Laurencius dictus Kokos, procurator ipsius magistri Johannis dicti Botus, nunc ad presens porcionem in dictis tribus possessionibus ipsum dominum suum acquirere et procuracionem acquisicionis porcionum suarum in eisdem sibi provenire debencium sibi comisisse atlegarat, dicens, utrum in aliis possessionibus ipsorum divisionem inter se habuerint vel ne, per omnia ignoraret, quo audito iidem Paulus banus et Andreas frater suus prememorato magistro Johanni dicto Botus fratri ipsorum terminum postularant ulteriorem assignari, in quo predictus magister Johannes dictus Botus, aut propria in persona comparere aut tam legitimum procuratorem, qui omnem acquisicionem suam super ipsos usque nunc habendam prosequi valeret, ut ab ulteriori sue litis inquietacione et fatigativo processu quirent expediri, valeret pro se destinare, et quia peticiones predictorum Pauli bani et Andree fratris sui in hac parte consone erant veritati, cum prememorato magistro Johanni dicto Botus, ad omnem acquisicionem et litigionariam quescionem(!) super ipsos Paulum banum et Andream fratrem suum habendam, ut ab ulteriori inquietacione sue litis usque nunc quovis modo contra ipsos per ipsum moveri queuntis quieti valeant permanere, octavas medii quadragesime pro termino assignassemus, idem magister Johannes dictus Botus, predictis Paulo bano et Andrea personaliter astantibus ad nostram accedendo presenciam contra eosdem Paulum banum et Andream proposuit eo modo, ut possessiones Okch, Gyog et Weytih in comitatu Symigiensi, Chene)', Bachy, Sarad, Reekachofew in comitatu Tymigiensi (I), Fullak et Seruusdey in comitatu Orodiensi ac quedam silva in possessione Verbice in comitatu de Wolkou adiacens indivise adhuc inter ipsos haberentur, de quibus tanquam de iuribus paternis suam vellet percipere porcionem, alias enim acquisiciones nec super factis possessionariis nec aliis nocumentorum generibus contra ipsos haberet aliquales, imo facta ipsa divisione ab omni motu sue litis eosdem Paulum banum et Andream fratrem suum usque modo moveri valentis

perpetuo pacificos conmitteret et quietos, quo audito iidem Paulus banus et Andreas frater suus terciam partem de omnibus premissis possessionibus et silva supradicta, excepta predicta possessione Fullak, quam apud Mychaelem filium Nicolai de sancto Mychaele generacionem ipsorum esse affirmarunt, extradare ipsi magistro Johanni dicto Botus, assumserunt postulantes terminos debitos ad ipsam divisionem faciendam per nos sibi assignari, unde nos auditis huiusmodi consentaneis proposicionibus parcium unacum—baronibus et nobilibus regni nobiscum tribunal iudiciale sedentibus, decrevimus iudicando, quod primo omnium magister Gallus filius Pertoldi vel Gebech, si ipse defuerit homo domini regis presente testimonio honorabilis capituli Quinqueecclesiensis, quos partes in communi adducere assumserunt in octavis penthecostes nunc venturis ac facies dictarum possessionum Okch, Gyog et Veytih vocatarum in comitatu Symigiensi existencium, presentibus partibus vel legitimis procuratoribus earumdem accedat et easdem universorum vicinorum et commetaneorum earum legitimis convocationibus factis per veteres et antiquas metas reambulet, reambulatasque deum pre oculis habendo in tres dividat partes coequales, quarum unam partem ipsi Paulo quondam bano, secundam Andree fratri suo et terciam magistro Johanni dicto Botus, ut sors sortita fuerit cum omnibus suis utilitatibus sine preiudicio iuris alieni statuat perpetuo possidere, et demum Mychael de Jara vel Paulus de Chalia, si ipse defuerit homo regius presente testimohio capituli ecclesie Chanadiensis in octavis nativitatis beati Johannis Baptiste nunc affuturis in superficie prememoratarum possessionum Cheney, Bachy, Sarad, Rekathoufeu(l) in comitatu Tymisiensi et quarto die post ipsas octavas nativitatis beati Johannis Baptiste proxime sequenti in facie possessionis Seruusdey nominate in comitatu Orodiensi, et postremo, scilicet ultimo, Mortunus filius Endree bani vel Nicolaus filius Gregorii, si ipse deesset homo domini regis presente testimonio capituli ecclesie Bachiensis, quos partes similiter communiter adducere debent in facie predicte silve in possessione Verbice sub inclusione comitatus de Wolkou existencium compareat et easdem simillime vicinorum et commetaneorum earum convocacionibus habitis presentibus partibus vel procuratoribus metas reambulent, factaque reambulacione easdem dividant in tres partes coequales, quarum similiter unam partem ipsi Paulo quondam bano, secundam Andree fratri suo et terciam magistro Johanni dicto Botus, prout signum sortilegiale sortitum fuerit erigendo statuant perpetuo possidere; volumus enim, ut predictarum venerabilium ecclesiarum capitula amici nostri, dum per partes vel aliquam earum.dem requisiti fuerint cum predictis hominibus domini regis eorum testimonia fidedigna ad exsecucionem premissorum

transmittant et tocius facti seriem cara cursibus metarum ad octavas nativitatis beate virginis nunc affuturas in eorum litteris regie rescribant maiestati, ut partes singula premissorum ultronea voluntate inter se voluerunt esse perpetuo observanda. Datum in Vysegrad, decimo die octavarum medie quadragesime predictarum, anno domini M°CCC°XXX°.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. tw.2600. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 1507. no. 22.
Nagy Cod. dipl. Andeg. II. 479.-482.

417.

1330, 1. aprila. U Lastovu.

Pred sudom kneževim lastovskim vodi se rasprava radi polovice zalozene zemlje.

Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, indictione tercia decima, die primo mensis aprilis, actum Laguste, aput in (!) ecclesia sancti Damiani cum presentibus Raden Sfecenich, Pribie Lucich, Desisclao Bogdanich et Juano placar comunis Laguste, omnibus de dicta insula Laguste ad hoc vocatis et rogatis testibus. Ibidem totum consilium Laguste more solito congregatum approbauit et confirmauit sentenciam latam per dominum Petrum Paganum comitefm] Laguste et suos iudices iuratos: Michaelum Grubenich, Raden Iuanich adque Desisclauum Gerdomilich de quadam terre medietate posita na Crastovo districtus Laguste, ' quam posuerat in pignore Milosius Stoianich cum uxore sua Radica Dobroe Draganic de dicta insula Laguste pro yperperis quatuor, et dictam terram Rada filia Jacobi Debrayga redemit secundum consuetudinem Laguste oferrendo(l) predictam quantitatem pecunie iure et gradu propinquitatis tam consanguinitatis quam eciam diuisione patrimonii pertinentis ad ipsam terram superius nominatam. Vnde predicta Rada per sentenciam domini comitis supradicti et suorum iudicum predictorum nec non approbacione et confirmacione tocius consilii supradicti abet (!) plenam potestatem et ualentiam tenendi, laborandi et exercendi ad omnem suam utilitatem terram supradictam per duas completas mecotas pleno iure sine contradictione alicuius persone, percipiendo redditus et prouentus in supradicte terre medietate usque ad eonplecionem duarum mecotarum percepcionem prouentuum ipsarum. Quam plenam potestatem et libertatem suprascriptam cum toto uigore ipsius carte notarii dicta Rada dedit et donauit pure et libere Drase vxori Radeni Ghisel cum condicione suprascripta. Quibus completis

predictis Milosius cum vxore sua Radica e(!) heredes sui poterunt recipere ad se terram supradictam reficiendo et assignando supradicte Drase quantitatem peccunie, quod si non curaret dictam terram redimere, tam diu sepedicta Drasa tenebit predictam terre medietatem, laborando ad suam voluntatem, donec eidem fuerit de suis denaris integre satisfactum.

(Drugi rukopis).

Ego Peranus Consenus comes Laguste- manum misi.

Et ego presbyter Andreas capelianus et iuratus notarius Laguste supradicta scripsi et signo sollito roboraui.

(Signum 1101.)

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIV.

418.

1330, 15. aprila. U Zadru.

Diminoj kmet Petra Matafara prodaje s dozvolom samostana si). Marije Bratoju Slavkoviću vinograd u Bibanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo treceniesimo tricesismo, indicione tercia decima, die quinto decimo mensis aprelis (!), Jadre. Temporibus domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Andree Basili egregii comitis. Ego Diminoy condam Mersote villanus Petri de Matafaro in Machnigi de uoluntate domine Agnese abbatisse monasterii sancte Marie monialium Jadre do, uendo et transacto tibi Brathayo (!) Slafcouich villano ser Thomasi de Petrice in Bibano tres partes gognay vnius vinee mee in duabus peciis positis in Bibano super terram dicti monasterii reddentis decimam partem reditus pro terratico hic in Jadra, inter quas duas pecias est vinea tui emptoris et Radetini; quarum duarum peciarum de trauersa est vinea Cremse Malesich, de borea est via publica, de austro est vinea heredum Michovilli, de quirina est vinea tui emptoris; precio cuius vendicionis ego dictus Diminoy recepi et habui a te dicto Bratoy libras decem paruorum. Vnde a modo possis cum heredibus et successoribus tuis •dictam vineam duarum pecium(!) cum earum oliuis, habenciis, iuribus et pertinenciis atque cum duabus arboribus oliuarum plantatarum in vinea dictorum heredum Michouilli uersus austrum intromittere et de ipsa facere omnem tuam voluntatem et utilitatem sicut de re tua propria

sine alicuius contradicione, saluo omni iure dicti monasterii tamen secundum statuta Jadre. Quam vineam duarum peciarum cum pertinenciis et oliuis predictis ego dictus venditor per me meosque heredes et successores debeo et me obligo tibi dicto emptori tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et deffensare in racione ab omni persona et personis super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Prefsa condam Johannis et Striano condam Cipriani Jadrensibus et aliis.

Drugi rukopis.

f Ego Nicolaus de Victor examinator manum missi.

(Signum not).

Ego Marinus Simonis de Seracho imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Maiije u Zadru.

419.

1330, 30. aprila. U Čazmi.

Kaptol čazmanski javlja kralju, da je po njegovom nalogu od 25. marta 1330. uveo sinove Mikića bana u posjed imanja Struge.

Excellentissimo domino, domino suo Karolo dei gratia illustri regi Hungarie capitulum Chazmensis ecclesie orationes in filio virginis gloriose pro eodem cum fideli famulatu. Litteras vestre excellencie nobis directas debito, ut tenemur, recepimus cum honore in hec verba: *(Slijedi listina kralja Karla od 25. marta 1330.)* Nos igitur mandatis vestre excellencie occurrere volentes pariter et preceptis, discretum virum magistrum Demetrium socium et ooncanonicum nostrum cum predicto Andrea filio Farkasii homine vestro in premissis exequendis duximus. trensmittendum. Qui quidem homo vester et socius noster tandem pariter. ad nos redeuntes concorditer nobis retulerunt, quod notificando vicinis et commetaneis prefate possessionis ad reambulandam eandem et statuendam iuxta preceptum vestre celtitudinis accessissent, et coram vicinis et commetaneis nulloque contradictore inibi conparente ipsam possessionem per ueteres metas et antiquas reambulassent et statuissent filiis bani superius nominatis perpetuo cum utilitatibus et pertinenciis suis vniuersis possidendam. Mete autem dicte possessionis prout coram

eisdem vicinis et commetaneis limitate, reambulate ac erecte pacifice et quiete extiterunt hoc ordine distiguntur: Incipit prima meta in fluuio Drawe a parte orientis et exit de eodem ad spinas versus occidentem et de eisdem procedit ad metam terream in uicinitate terre s[anc]ti (!) Petri Geznopastor dicti, inde per campum eundo peruenit ad arborem tulfa cruce signatam meta terrea circumfusam, ubi cadit ad siluam; inde ad arborem scylfa cruce signatam meta terrea circumfusam, exinde directe eundo in vicinitate terre prenotate, nisi(!) ad occidentem per antiquas metas peruenit ad siluam Dultis[1] vocatam ad arborem magnam tulfa, deinde peruenit ad truncum arboris piri meta terrea circumfusum, inde ad arborem tulfa crucibus signatam, deinde ad vnam paruam aquam Mala mlaca vocatam, ubi est arbor harast cruce signata, exinde per eandem mlacam eundo peruenit ad aquam Wyztram et per eandem eundo cadit in fluuium Kopruncha, in qua procedendo in magno spacio infra iuxta possessionem Pauli filii Bank deinde eundo eciam in longo spacio per eundem fluuium Kopruncha circa possessionem Jacobi filii Andree filii Mykola et ibi exit de aqua Kopruncha et peruenit ad arborem tulfa cruce signatam, inde procedendo in silua in magno spacio peruenit ad magnam arborem bykfa cruce signatam Coraldi (!) vocatam, que est iuxta uiam magnam, deinde procedendo versus orientem peruenit ad arborem jegene cruce signatam, inde paruum eundo cadit ad fluuium Drawa, per quem vadit supra versus septemtrionem in magno spatio et peruenit ad priorem metam ibique terminatur. Datum feria secunda proxima ante festum beatorum Phylippi et Jacobi apostolorum, anno domini M°CCC°XXX°.

Iz listine kralja Karla Roberta od 14. jtma 1330. potvrdjene po kralju Ljudevitu 11. aprila 1345.
Vjesnik kr. zem. arkiva. IX. (1907.) 19.—20.

420.

1330, 6. maja. U Kotoru.

Matko bilj'eznik kotorski prepisuje testamenat Drage žene Bogdanove za Bartola sina Trifona Belca.

Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, mensis madii die sexto, coram nobis testibus subnotatis, videlicet Theodoro Gige, iuratus iudex(!) et Nicolao Cofeti auditore curie et me notario infrascripto

[1] Dulcis?

accesit Bartolus filius Triphonis Beleci cum vna cedula, quam dicebat esse testamentum D[ragej vxoris Bogdani Osepi rogans, ut ipsum in formam publicam per nos [transs]cribi faceremus. Cuius cedule tenor per omnia talis erat: Ego [Draga] vxor dicti Bogdani infirma iacens, sanam tamen habens memoriam et loqueJam hoc meum vltimum condo testamentum; inprimis volo, quod media domus mea ex latere scale sit ecclesie sancti Triphonis sub tali condicione, quod Dome neptis mea maneat in dicta domo in perpetuum et soluat omni anno ecclesie prelibate quindecim grossos pro vigilia facienda, et alia media domus mea ex latere orientis sit ecclesie sancte Marie de Gurgite sub tali condicione, quod dictus Bogdanus maneat in ipsa in vita sua et soluat predicte ecciesie omni anno quindecim grossos et post obitum suum dicta domus sit ecclesie supradicte; et etiam volo, quod vinea mea de Pino **cum** calameto quod sibi pertinet, sit dicto Bogdano viro meo in perpetuum, et quod soluat ecclesie sancte Marie de Gurgite omni anno sex grossos; iterri volo, quod de ista vinea, quam dedi predicto Bogdano, sint de ipsa duo quadranoli neptis mee Desse, quos sibi tenear pro vinea sua; item volo quod dentur ecclesie sante Marie de Gurgite unum sindonem et vna tobalea; item dentur ecclesie fratrum Minorum tobalea vna et vna fralrum Predicatorum et vna ecclesie sancti Triphonis ; item dentur in paterno meo cubiti decem de tela, item Bogdano predicto viro meo cubiti triginta de tela et tota masaria que est in domo; item volo, quod vendantur triginta cubiti de tela et sacalem meum et precium dent pro missis celebrandis; item tunicam meam de torna sit Dome neptis mee, et aliam tunicam meam cum mantelo sit sororis mee Rade; constituo epitropum et exsecutorem huius testamenti Triphonem de Beleg; predictis hii sunt testes, quando fecit illud scripbere (!) dicta Draga, Santa et Frace Vaclesa et Grube de Bella. Et ego Matcus condam Petri comitis Cattarensis iuratus notarius dictam cedulam de verbo ad verbum nichil adens uel minuens scripsi et signo meo solito confirmaui.

_ ÷•. *(Signum not.)*

Original n arkiva jugoslavenske akademije .. Zagrebu. Diplomaia a. 1330.

421.

1330, 21- maja. 17 Križeveima.

Pred Demetrijem iupanom kriievačkim prodajii Nikola i drugi sinovi Vrbanovi svoju zemlju Raven Vukoju itd. sinovima Zudena i Benediktu sinu fvajiovom.

Nos Demetrius comes terrestris Crisiensis memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod constitutis coram nobis personaliter a parte una Nicolaus et Matheus pro fratre eorum Laurencio fili (!) Vrbanus, ex altera uero Wlkoi filius Domsa, Oderianus filius Zuden, Benedictus filius Jhoanis (!); iidem filii Vrbanus dixerunt oraculo uocis terram eorum in Rauen existentem saluo iure tercia parte nominatis Wikoi, Oderiano et Benedicto pro sex pensis denariorum ex consensu et assensu uicinorum et commetaneorum, uidelicet Ivan filius Ladina cum fratre suo Dyonisio, Deank filio Martini, Jacobo filio Cristen, qui assensum unanimem prebuerunt, cum metis et signis disticte (!) infrascriptis, per eos eis et eorum heredibus inreuocabiliter iure perpetuo quiete pacifice possidendam, tenendam et abendam(!). Cuius terre extmotores[1] fuerunt Egidius filius Voichethe, Georgius filius Vitk (!), qua exstimata est totaliter pro nouem pensis denariorum. Cuius vendite terre, prout nobis partes retulerunt, mete sunt hec: Prima meta incipit ab arbore tulfa cruce signata, qua (!) est iuxta terram Ivan filio Ladina et fiiiis Martini et terra Oderiani antedicti, procedit iuxta eadem terra Oderiani ad occidentem uenit ad viam, ad antiquam metam terream iuxta terram VVlkoi, quam precio a Porog comparauerat, procedendo per eandem viam uenit ad arborem berquina cruce signata (!), de inde uertitur ad orientem procedit [i]uxta terram Ivan prenotato (!) venit ad metam terream fusam circa terram Jacobi prefati; ab inc(!) uertitur ad septentrionem iuxta eadem terra procedit in bono spacio uenit ad meta(!) terream ubi diuiditur tercia pars terre filiorum Martini, quam de eisdem filiis Urbanus emerunt; de inde uertitur ad orientem recte procedit, peruenit ad metam terream iuxta viam ubi est terra hereditaria Ivan sepefato(!) cum fratribus suis; de inde procedit per viam ad meridiem iuxta terram eorundem, de eadem via modicum uertendo inter duas arbores tulfa uenit ad metam terream, ab inc ad priorem metam, ibique terre vendite commetantur. Idem Nicolaus et Matheus antedicti asumserunt se eisdem Oderiano, Wlko, Benedicto, quod si processu tem-

[1] T. j.: »existimatores«.

porum quicumque [sub] questione eos molestare uel inquietatare (!) nitere(l) uellerint, expensis et propriis laboribus expedient. Ad cuius rej testimonio dedimus litteras nostras . . . . dentes nostri sigillo munimine roboratas. Datum feria secunda proxima in Crisio post asscensionem domini, anno domini millesimo CCC° XXX°.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplomata a. J330. ....
Na lislini visi jaka svilena vrvca zelene boje. .Pečat je otpao.

422.

1330, 24. тааја. U Bologni.

Biskup Bertrando poslanik papin nalaže trogirskom biskupu Laiu-.. predifu, da odrijeH neke Trogirane od izopćenja.

Bertrandus miseratione diuina Ostienses et Velletrensis episcopus apostolice sedis legatus venerabili in Christo patri . . . dei gratia episcopo Traguriensi salutem in domino. Significarunt nobis Petrus Gregorif Susi, Nicola Mathei Dobre, Mengatius Desse, Damianus Screchule et Baronus Siluestri ciues Tragurienses, quod olim . . . potestate, consilio et communi ciuitatis uestre Traguriensis bone memorie Gentili tituli sancti Martini in Montibus presbitero cardinali tunc in partibus illis apostolice sedis legato predecessori nostro exponentibus, quod nonnulli executores testamentorum seu ultime uoluntatis defunctorum dicte ciuitatis eiusque diocesis legata ab eisdem defunctis ecclesiarum et piorum locorum predicte ciuitatis fabricis aliter quam dispositio defunctorum ipsorum haberet uel non plene distribuebant, quidam autem quosdam redditus seu prouentus ad ecclesiarum fabricas specialiter deputatos in usus proprios et alios iliicitos conuertebant, alii uero quorum fidei ab eisdem defunctis uel executoribus eorum bona expendenda committebantur et ponenda in fabricis supradictis de bonis ipsis non disponebant iuxta ipsorum decedentium ultimas uoluntates, memoratus legatus auctoritate qua fungebatur statuit et ordinauit, ut unus vir ciuitatis fidelis et discretus sub certis modo et forma in huiusmodi statuto et ordinatione expressis eligeretur et assumeretur, qui solerter exigeret, colligeret et reciperet ac fideliter conseruaret legata omnia supradicta ponenda postmodum et expendenda in eisdem fabricis sine diminutione qualibet per eundem, qui etiam de receptis et expensis uobis et capitulo uestro ac potestati, consilio et communi predictis aut illi uel illis,, q.uem uelquos,

uos et ipsi comrnuniter ad hoc deputaretis exactam tenerentur et debitam sub excommunicationis pena, quam ipso facto idem legatus eum, si secus faceret, incurrere uoluit, reddere rationem. Cum autem prefati ciues ac quondam Mengatius frater dicti Baroni eorum conciuis, qui secundum modum et formam predictos successiue diuersis temporibus fuerant ad premissorum executionem assumpti ex eo, quod de receptis et expensis predictis per eos factis predictam non reddiderant rationem, excommunicationis sentenciam incurrerint supradictam, iidem —Betrus, Nicola, Mengatius Desse, Damianus et Baronus nobis humiliter supplicarunt, ut cum ipsi Petrus, Nicola, Mengatius Desse, Damianus pro se ipsis dictusoue Baronus tam pro se quam pro eodem Mengatio fratre 'suo in quo tempore sui obitus apparuerunt signa penitentie manifesta, parati sint secundum statuti et ordinationis predictorum[1] tenorem prelibatam rationem reddere ac alias, si tenentur, super premissis satisfacere competenter, prouidere eis super hoc de absolutionis beneficio dignaremur. Nos itaque eorum supplicationibus inclinati, paternitati uestre, qua fungimur auctoritate, commitimus et mandamus, quatinus si est ita, eisdem Petro, Nicole, Mengatio Desse, Damiano et Barono, que offerunt facientibus ipsis Petro, Nicole, Mengacio Desse, Damiano et Barono ac Mengacio fratri dicti Baroni hac uice a dicta sentencia iuxta ecclesie formam absoludonis ben[efici]um inpendatis. Datum Bononie, VIIII. kalendas iunii, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape XXII. anno quarto decimo.

Original u ark. kaptola u Trogiru no. 52.
Na listini visi končana tizica. Pečat je otpao.

423.

1330, 1. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. papa traži od svojih izaslanika izvještaj u foslu Sergija biskupa kotorskoga.

Johannes episcopus servus servorum dei fratribus . . . patriarche Gradensi et . . . episcopo Stagnensi, ac dilecto filio . . . archidiacono Parmensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dudum bone memorie Dompnio episcopo Catharensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem

[1] Pisano istom rukom, ali veoma stisnuto.

e.eclesie, cum yacaret, . personam providam . ac etiam fructuosam per apostolice sedi.s providenciam presidere, proyisionem dicte ecclesie, cum ,eam quqvis, modo'vacare contigerit, dispositioni nostre ac sedis predicte ea vice duximus specialiter reservandam, decernendo ex, tuncirritum et in.ane, si secus super hiis p.er quoscumque quavis auctoritate šcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Deinde dicta ecclesia per obitum dicti Dompnii, qui in illis partibus diem clausit extremum, pastoris regimine destituta, nos attendentes, quod nullus preter .nos ea vice de ordiriatione eiusdem ecclesie se intromittere poterat, reservatiqne et decreto, obsistentibus supradictis, ppst deliberationem cum fratribus nostris super hoc-prehabitam diligentem ...demum ad venerabilem ,fratrem nostrum Sergium episcopum Catharensem, tunc canonicum ipsius ecclesie, ,in sacerdotjo constitutum,. vita laudabilem, litterarum scientia preditum, morum, honestate decorum multisque virtutibus, sicut fidedignorum percepirnus testimonio, laudabiliter i.nsignitum, dreximus oculos nostre mentis, ac de persona ipsius dicte ecclesie Catharensi de ipsorum'. fratrum consilio duximus providendum, preficientes eum 'dicte sic yacanti. ecclesie in episcopum . et. pastorem, curam et administrationem ipsius sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie. committendo, ac ipsi postmodum fecimus munus consecrationis impendi, sibique postea cum benedictionis nostre gratia ad dictam ecclesiam accedendi concessimus licentiam specialem. Verum, sicut eiusdem Sergii episcopi lacrimabili insinuatione percepimus, dilecti filii universitas civitatis Catharensis cuidam iniquo statuto per eos, sicut asseritur, edito contra libertatem ecclesiasticam minus provide innitentes, in quo,, sicut dicitur, continetur, quod nullus oriundus de civitate predicta prefici possit in episcopum Catharensem, dictum Sergium episcopum de civitate prefata oriundum ad civitatem ipsam personaliter accedentem recipere temerarie et contumaciter recusarunt, quinimo Johanni de Viterbio apostasie, ut dicitur, nota resperso, qui post reservationem et decretum nostra huiusmodi se in episcopum Catharensem procuravit intrudi, eiusque vicario in apostolice sedis iniuriam et contemptum, eiiisdem Sergii episcopi preiudicium et animarum ipsorum pericula obediverunt hactenus et etiam obediunt, ac nichilominus consanguineos et nepotes ac fratrem et vicarium eiusdem Sergii episcopi dicti statuti pretextu ceperunt, et per karissimum in Christo filium nostrum Urosium regem Rasie illustrem in carcere faciunt detineri, ac insuper bona patrimonialia Sergii episcopi ac fratris predictorum tota occuparunt, propter quod prefatus Sergius episcopus personaliter super hoc ad apostolicam sedem recurrens nobis humiliter supplicavit, vt providere sibi super premissis

de oportuno remedio dignaremur. Propter quod nos universitatem predictam per litteras nostras requirendam duximus et rogandam, eis nichilominus sub excommunicationis in singulares personas dicte universitatis, ac iudicum, consulum et consiliariorum suorum, et interdicti in universitatem et curitatem predictas penis, quas eos necnon universitatem et civitatem predictas incurrere volumus ipso facto, nisi mandatis nostris huiusmodi efficaciter obediren-, districtius iniungentes, ut dictum sTatutufn, contra ecclesiasticam "libertatem infra unius mensis spacium post receptionem dictarum litterarum sine qualibet dilatione penitus revocare, ac de li.bris et capitularibus suis abradere stud.eant, aliud simile imposterum nullatenus edere presumpturi, ac nichi.lominus eundem Sergium tanquam verum presulem et pastorem. animarum suarum in. suum .et ejusdem Catharensis ecclesie episcopum, quantum in eis.est, devote suscipiant et admittant, eidem episcopo de oranibus iuribus episcopalibus integre respondentes, ac devote parentes eius salubribus monitis et mandatis, [et] fratrem, consanguineos et nepotes predictos restituant seu restitui procurent pristine libertati, eis nichilomirius dictis bonis patrimonialibus integraliter restitutis, dicturh intrusum ab occupatione et possessione dicti episcopatus Catharensis penitus expellendo. Ac insuper dilectos filios capitulum eiusdem ecclesie per alias nostras litteras speciales requirimus et rogamus attente, eis nichilominus in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis in personas eorum, et suspensionis in capitulum ac interdicti in ecclesiam prelibatos penis, quas eos incurrere volumus ipso facto, ubi mandatis nostris in hac parte non paruerint cum effectu, districtius iniungentes, uf penes dictam universitatem solicite et diligenter instant, ut eadem universitas dictis nostris requisitionibus, precibus et mandatis efficaciter pareant et intendant, ac nichilominus prefati capitulum, dicto intrusu a predicto episcopatu prorsus excluso, eundem. Sergium tanquam verum episcopum et pastorem eorum et eiusdem ecclesie Catharensis devote recipiant et benigne pertractent, eiusque salubribus monitis et mandatis efficaciter intendere et obedire procurent. Quocirca discretioni vestre per apostoHca scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios, nisi prefata universitas infra predictum mensem post receptionem dictarum Htterarum eis directarum dictum statutum penitus revocare, ac de libris et capitularibus suis abradere studuerint cum effectu, aliud simile imposterum nullatenus edere presumpturi, ac nichilominus tam ipsi quam prefati .capitulum eundem Sergium tanquam verum presulem etpastorem animarum suarum in eorum, et eiusdem Catharensis ecclesie episcopum devote recipiant et admittant, ei de omnibus iuribus spiritualibus integre respondentes,. ac devote parentes

eius salubribus monitis et mandatis, dictaque universitas Iratrem, consanguineos et nepotes eiusdem Sergii episcopi restituant seu restitui procurent pristine libertati, eis predictis bonis patrimonialibus integraliter restitutis, dictumque intrusum ab occupatione et possessione eiusdem episcopatus Catharensis expellant, dictique capitulum finaliter ab omni obediencia eiusdem intrusi, quantum in eis est, resilere studeant, et eidem Sergio tanquam vero eorum presuli devote et humiliter obedire, capitulum et universitatem predictos et prefatas singulares personas ipsorum denunciatis, et tandiu denunciari per alios auctoritate nostra in omnibus locis, ubi expedire videritis, faciatis predictas penas et sentencias incurrisse, donec super premissis requisitionibus, monitis et mandatis nostris huiusmodi plene paruerint et absolutionis meruerint beneficium dbtinere, contradictores per censuram ecclesiasticam etc. Datum Avinione, kalendis iunii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 236. str. 178.—179. — Iz reg. an. XIV. part. 2. ep. 715.

424.

1330, 1. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. papa gradu Kotoru, da priznadu Sergija za svoga biskupa pod prijetnfom izopćenja.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis universitati civitatis Catharensis, salutem et apostolicam benedictionem. A vestra solicite vitari debet industria, quod prorsus indecens fore dinoscitur, et in nostram et apostolice sedis iniuriam animarum vestrarumque periculum non est dubium redundare. Dudum siquidem bone memorie Dompnio episcopo Catharensi regimini Catharensis ecclesie presidente, nos cupientes etc. ut supra usque. concessimus licentiam specialem. Verum, sicut eiusdem Sergii episcopi lacrimabili insinuatione percepimus, vos cuidam iniquo statuto per vos, sicut asseritur, edito contra libertatem ecclesiasticam miniis provide innitentes, in quo, sicut dicitur, continetur, quod nullus oriundus de civitate predicta prefici possit in episcopum Catharensem, dictum Sergium episcopum de civitate prefata oriundum ad civitatem ipsam personaliter accedentem recipere temerarie et contumaciter recusastis: quinimo Johanni de Viterbio apostasie, ut dicitur, nota resperso, qui post reservationem et decretum nostrum huiusmodi se in episcopum Catharensem procuravit intrudi, eiusque vicario m

apostolice sedis iniuriam et contemptum, eiusdem Sergii episcopi preiudicium et animarum vestrarum periculum obedivistis hactenus et etiam obeditis, ac nichilominus consanguineos et nepotes ac fratrem et vicarium eiusdem Sergii dicti statuti pretextu cepistis, et per carissimum in Christo filium nostrum Urosium regem Rasie in carcere facitis detinere, ac insuper bona patrimonialia Sergii episcopi ac fratris predictorum totaliter occupastis; propter quod prefatus Sergius episcopus personaliter super hoc ad apostolicam sedem recurrens nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super premissis de oportuno remedio dignaremur. Quocirca vos requirimus et rogamus attente, vobis sub excommunicationis in singuiares persoaas vestras, ac iudicum, officialium et consilariorum vestrorum, quorum consilio civitas vestra regitur, et interdicti in universitatem vestram et civitatem predictam penis, quas vos et ipsos ac civitatem predictos incurrere volumus ipso facto, nisi mandatis nostris huiusmodi obediveritis cum effectu, districtius iniungentes, quatenus infra unum mensem post receptionem presentium dictum statutum editum, ut premittitur, contra ecclesiasticam libertatem sine qualibet dilatione penitus revocare, ac de libris et capitularibus vestris abradere studeatis, quod nos etiam irritamus, cassamus et annullamus, ac cassum et irritum nunciamus de apostolice plenitudine potestatis, aliud simile imposterum edere nullatenus presumpturi, ac nichilominus eundem Sergium tanquam verum presulem et pastorem animarum vestrarum et eiusdem ecclesie Catharensis episcopum recipiatis devote et etiam admittatis, sibi de omnibus iuribus episcopalibus integre respondentes, ac devote parentes eius salubribus monitis et mandatis, ac predictos fratrem et consanguineos et nepotes eiusdem episcopi restituentes seu restitui procurantes pristine libertati, eis nichilominus predictis bonis patrimonialibus integraliter restitutis, dictum intrusum ab occupatione et possessione dicti episcopatus Catharensis nichilominus expellendo, sic vos in premissis habentes, quod predictas excommunicationis et interdicti sentencias vos incurrere non contingat, nec expediat super hoc aliud remedium adhiberi. Datum Avinione, kalendis iunii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Iheiner Mon. Slav. Merid. I. 237. no. 178.—180.

425.

1330, 1. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. papa kaptolu kotorskomu. neka. priznadu Sergija za svoga biskupa pod prijetnjom izopćenja i interdikta.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis capitulo ecclesie Catharensis, salutem et apostolicam benedictionem. Illa vos credimus discretione vigere, quod in hiis, que animarum vestrarum salutem respiciunt, tranquillitatem pariant et quietem, et per que' fame dispendium et rerum pericula evitantur, vos promptis affectibus nostris et apostoliCe sedis beneplacitis coaptetis. Dudum siquidem bone memorie Dompnio episcopo Catharensi regimini Catharensis ecclesie presidente, nos cupientes etc. ut. supra usque licentiam specialem. Verum,. sicut prefati Sergii episcopi lacrimabili insinuatione percepimus, dilecti filii universitas et cives civitatis Catharensis cuidam iniquo statuto per eos, ut dicitur, edito contra libertatem ecclesiasticam minus provide innitentes, in quo, sicut asseritur, continetur, quod nuilus oriundus de civitate predicta prefici possit in episcopum Catharensem, dictum Sergium episcopum de civitate prefata oriundum ad civitatem ipsam personaliter accedentem recipere temerarie et contumaciter recusarunt, quinimo Johanni de Viterbio apostasie, ut dicitur, nota resperso, qui post reservationem et decretum nostrum huiusmodi se in episcopum Catharensem procuravit intrudi, eiusque vicario in apostolice sedis iniuriam et contemptum, eiusdem Sergii episcopi preiudicium et animarum suarum periculum obediverunt hactenus, et adhuc etiam obedire presumunt, ac nichilominus consanguineos et nepotes ac fratrem et vicarium eiusdem Sergii dicti statuti pretextu ceperunt, et per carissimum in Christo filium nostrum Urosium regem Rasie illustrem in carcere faciunt detineri, ac insuper bona patrimonalia Sergii episcopi et fratris predictorum totaliter occuparunt. Propter quod prefatus Sergius episcopus personaliter super hoc ad apostolicam sedem recurrens nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super premissis de oportuno remedio dignaremur. Propter quod nos universitatem eandem per Ktteras nostras requirendam duximus et rogandam, eis nichilominus sub excommunicationis in singulares ipsius universitatis, ac iudicum et officialium et consiliariorum suorum personas, et interdicti in universitatem et civitatem predictas penis, quas eas incurrere volumus ipso facto, nisi mandatis nostris huiusmodi efficaciter obedirent, districtus iniungentes, ut dictum statutum editum, ut premittitur, contra ecclesiasticam libertatem infra unum

mensem post receptionem dictarum litterarum nostrarum sine qualibet dilatione penitus revocare, et de libris ac capitularibus suis abradere studerent, aliud simile imposterum edere nullatenus presumpturi, ac nichilommus eundem Sergium tanquam verum presulem et pastorem ahimarum suarum in suum et ecclesie ac civitatis Catharensis episcopum reciperent et admitterent, ac ei de omnibus iuribus episcopalibus integraliter responderent, eius salubribus monitis et mandatis devote et humiliter intendendo,. dictosque fratrem et consanguineos et nepotes restituerent pristine libertati, ac predictis bonis patrimonialibus ipsis integraliter, restitutis, [e't] dictum intrusum ab occupatione et possessione episcopatus Catharensis nichiiominus expellendo. Quia igitur tanto obedientius et efficacius vos decet super premissis apostolicis beneplacitis coaptare, quanto reprehensibilior in vobis reatus contemptus et iriobediencie censeretur, universitatem vestram requirimus et rogamus attente, vobis nichilominus in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis jn personas, ac suspensionis in capitulum et interdicti in ecclesiam vestram penis, quas vos incurrere volumus ipso facto, nisi. mandatis huiusmodi parueritis cum effectu, districtius iniungentes, quatenus penes universitatem civitatis eiusdem diligenter et solicite insistatis, ut predictis nostris requisitionibus, precibus et mandatis. efficaciter pareant et intendant, vosque, dicto intruso a predicto episcopatu prorsus excluso, eundem Sergium tanquam verum episcopum et pastorem vestrum ac eiusdem ecclesie Catharensis devote recipientes et benigne tractantes, eius salubribus monitis et mandatis efficaciter intendere et obedire curetis, ita quod ipse in vobis devotionis filios invenisse letetur, vosque in eo patrem habere benivolum gaudeatis, nec propter inobediencie culpam predictas penas vos contingat incurrere, nosque validioribus uti remediis oporteat in premissis. Datum Avinione, kalendis iunii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Theiner Mon. Stav. Mer. /. no. '23S. p. 180. lz reg. an. XIV. part. 2. ep. 717.

426.

1330, 1. juna. U Avignonu.

Toan XXII. papa umoljava Uroša kralfa srpskoga, da prizna Sergija za biskupa kotorskoga.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Carissimo in Christo filio Urosio regi Rasie illustri, gratiam in presenti et gloriam in futuro.

Firmam gerimus de tua circumspectione fiduciam, quod in hiis, que divinam reverenciam et ecclesiasticam libertatem et anime tue salutem respiciunt, precibus nostris promptis affectibus obsecundes, et votis apostolicis efficaciter te coaptes. Sane nuper venerabilis fratris nostri Sergii episcopi Catharensis gravem querelam recepimus continentem, quod universitas et cives civitatis Catharensis quoddam iniquum statutum adversus ecclesiasticam libertatem de facto edere presumpserunt, in quo, sicut asseritur, continetur, quod nullus oriundus de civitate predicta prefici possit in episcopum Catharensem per hoc, quantum in eis est, non solum dilectis filiis capitulo ecclesie Catharensis facultatem liberam eligendi personam ydoneam de gremio eiusdem ecclesie ipsius civitatis indigenam, sed et sedi apostolice de preficienda eidem ecclesia persona extranea necessitatem quodammodo imponere molientes, dictique statuti pretextu eundem Sergium episcopum de dicta civitate oriundum, quem propter suorum exigenciam meritorum eidem ecclesie tunc vacanti, cuius provisionem, dum adhuc viveret bone memorie Dompnius episcopus Catharensis, ordinationi et dispositioni apostolice duxeramus specialiter reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, iamdudum in episcopum prefecimus et pastorem, de Romana curia regredientem ad civitatem predictam non solum recipere temerarie et contumaciter recusarunt, sed cuidam Johanni de Viterbio, apostasie nota resperso, qui post reservationem et decretum predicta se procuravit intrudi in episcopum ecclesie memorate, eiusque intrusi vicario obediverunt hactenus, et obediunt in nostram et eiusdem sedis iniuriam, dictique Sergii episcopi preiudicium et suarum perniciem animarum; nec predicto excessu contenti, sed alios superaddentes excessus, fratrem et vicarium necnon consanguineos eiusdem Sergii ceperunt et per officiales tuos in carcere faciunt detineri, bona insuper patrimonialia eorumdem totaliter occuparunt. Propter quod prefatus Sergius a suo episcopatu depulsus, bonis omnibus spoliatus, in fratris et vicarii et aliorum consanguineorum suorum carceratione afflictus, ad apostolicam sedem non absque magnis laboribus et expensis recurrere est coactus, nobis humiliter supplicans, ut providere sibi super premissis de oportuno remedio dignaremur. Licet igitur universitatem civitatis eiusdem nostris litteris exhortemur, eis sub certis spiritualibus penis auctoritate apostolica iniungentes, ut predictum iniquum statutum de libris et capitularibus suis debeant totaliter abolere, aliud consimile imposterum edere nullatenus presumpturi, quia tamen decet celsitudinem tuam in dicta civitate et aliis locis tibi subiectis ecclesiarum prelatos, et alios dei ministros eius obsequiis specialiter deputatos deffendere, et

tueri potenter ecclesiasticam libertatem, nec equanimiter pati, quod ad conculcationem ipsius cuiuspiam improvisa temeritas insolescat, serenitatem regiam affectuose requirimus et rogamus, tibi in remissionem peccatorum iniungentes, quatenus ob apostolice sedis reverenciam et nostram eundem Sergium episcopum habens propensius commendatum, eum in episcopatu suo tanquam verum presulem ecclesie Catharensis recipi facias et admitti, inducens capitulum et universitatem predictam, et etiam universitatem ipsam decenti districtione compellens, ut predicto statuto iniquo de libris et capitularibus suis deleto eidem Sergto tanquam patri et pastori animarum suarum devote pareant et intendant, eique ac fratri et consanguineis predictis patrimonialia bona restituant supradicta, ac de fructibus medio tempore preceptis ex eis et dampnis, que dictus episcopus eiusque frater et consanguinei incurrerunt, plenariam satisfactionem impendant, tuque, fili, fratrem et alios consanguineos, qui in tuis carceribus detinentur, plena restituas libertati, preces nostras ad exauditionis effectum sic efficaciter et celeriter admissurus, quod exinde eterne retributionis premium ac humane laudis preconium consequi merearis, nosque tue devotionis promptitudinem in hac parte dignis possimus in domino laudibus commendare. Datum Avinione, kalendis iunii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 239. str. 1.81. Iz reg. an. XIV par. _>. ep. 718.

427.

1330, 14. juna.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski fotvrdjuje sinovDna Mikiča bana posjed imanja Struge.

Karolus dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus ac Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Regiam decet maiestatem subditorum sibi fidelium votis animo et uissceribus annuere pietatis, ut ceterorum caterua fidelium ad prompcioris exercitium meritorie seruitutis vehemencius atque vigilancius invalesscendo exardescatur. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod, cum magistri Stephanus et Akus filii magnifici viri Mykch bani tocius Sclauonie fideles nostri quan-

dam terram seu possessionem nostram Struga vocatam in comitatu Kyrisyensi existentem nostreque collacioni de iure pertinere asserentes pro suis fidelitatibus et meritoriis serviciis a nobis sibi dari et conferi perpetuo postulassent, nosque secundum bonam consuetudinem regni nostri Hungarie, quia dum ad beneficia nostrorum fidelium servitorum consurgimus, ut ad efficaciorem valenciam ex certa scientia procedamus, ipsius regni nostri bonam consuetudinem amplectimur, fidelibus nostris capitulo ecclesie Chazmensis scripsissemus, ut mittendo testimonium eorum fidedignum cum Paulo dicto Orrus vel Andrea filio Farkasii, si alterum abe[ss]e contingeret, homine nostro memoratam terram seu possessionem conuocatis commetaneis suis et vicinis reambulatam idem homo noster statueret predictis magistris Stephano et Akus perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictoribus si qui fuerint contra eosdem ad nostram legittime citatis presentiam, tandem idem capitulum fideles nostri nobis rescripserunt in hec verba: *(Slijedi tistina kaptola čazmanskog oa 30. aprila 1330.)* Nos igitur ex rescripcione eiusdem capituli ecclesie Chazmensis fidelium nostrorum taliter edocti ipsam terram seu possessionem Struga vocatam in predicto comitatu Kyrisyenst existentem nostre collacioni de iure pertinere cognosscentes, rememorantesque obsequia meritoria eorundem magistrorum Stephani et Akus, que nobis in diuersis nostris et regni nostri expeditionibus prosperis et aduersis se ipsos ad omnia genera seruitiorum et mandatorum nostrorum dubiis fortune casibus submittendo et exponendo cum omni constancia fidelitatis exhibuerant et inpenderunt, volentes pro tot •et tantis ipsorum fidelitatibus et seruiciorum obsequiosis meritis regie remuneracionis donat[ori]o occurrere cum fauore, licet multo plura a nobis mereantur, tamen, ut in aliqualem recompensacionem seruiciorum eorundem prenominatam terram Struga cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis vniuersis sub eisdem veris metis et terminis quibus per eundem nostrum hominem sub testimonio dicti capituli eisdem assignata extitit, ipsis magistris Stephano et Akus ac per eum (!) suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam. In cuius possessionar[ie] donationis nostre testimonium et robor perpetuum perhemnemque firmitatem presentes concessimus litteras nostras privilegiales memoratis filiis bani dupplicis sigilli nostri novi et autentici munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Endree prepositi ficclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno •domini millesimo CCC° XXX°., XVIII° kalendas iulii, regni autem nostri anno similiter tricesimo; venerabilibus in Christo patribus et dominis, Strigoniensi sede vaccante, fratre Lad[isla]o archiepiscopo Colocensi, aule

nostre cancellario, Ladislao Quinqueecclesiensi, Nicolao Jauriensi, Benedicto Chanadyensi, Herrico Wesprimiensi, aule domine regine consortis nostre k]arissi]me cancellario, Georgio Syrmiensi, fratre Petro Boznensi, Chanadino Agriensi, Andrea Warfadiensi], Meskone Nitriensi, Andrea Transsiluano, Ladislao Zagrabiensi et fratre Rodolpho Wacyensi episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; magnificis baronibus Johanne . palatino, Paulo filio. .Symonis iudice curie nostre, Demetrio magistro thawarnicorum nostrorum, Thoma woyuoda Transsiluano et comite de Zounuk, prescripto Mykch bano tocius Sclavonie, Johanne filio Logreti bano de Machow, Johanne filio Bobonyk magistro tawarnicorum domine regine, Dyonisio dapiferorum nostrorunv et Stephano agazonum nostrorum magistris, Nicolao comite Posonyensi aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Vjesnik zem. arkiva IX. (1907.) 20.—21. Iz izvorne potvrde kralja Ljudevita oa 11. aprila 1345.

428.

1330, 24. juna. U Višegradu.

Stjepan nadbiskup kološki daruje svojoj sestri Margareti posjed Pačinta i Ligetpačinta u vukovskoj iupaniji.

. . . . in tercia autern ipsarum litterarum[1] videlicet ipsius fratris Ladizlai archyepiscopi Collocensis sub sigillo eiusdem et eciam sigillis prelatorum et baronum infra declarandorum, in Wyssegrad, in festo natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno domini M°CCC° tricesimo emanata comperimus seriose, quod idem dominus Ladizlaus archyepiscopus ex sincero fraternalis djleccionis affectu monitus et inductus, quo nobilem dominam Margaretham sororem suam karissimam et per eam magistrum Mychaelem filium Nicolai de sancto Mychaele maritum eiusdem domine sororis sue, generum suuni predilectum fauorabiliter prosequi voluisset et amplecti, quasdam possessiones suas Pachynta et Lygeth nominatas in comitatu de Wlkou existentes cum omnibus "earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis videlicet siluis, fenetis, pratis et terris arabilibus, cum omni sui iuris et tocius dominii plenitudine nichil sibi de eisdem reseruando in presencia 'prelatorum, scilicet Nicofai Jauriensis, Ladizlai Quinqueecclesiensis et Hernci Wesprimiensis ecclesiarum episcoporum,

[1] Sr. listinu kralja Karla od g. 1304. i kaptola kameničkog od g. 1323.

item Demetrii magistri tauarnicorum domini regis et comitis Trynchyniensis ac comitis Pauli iudicis curie eiusdem domini regis magnificorum baronum, quorum sigilla propter euidencius huius rei testimonium ipse dominus Ladizlaus archyepiscopus ipsis litteris suis apponi petiuisset, eidem domine sorori sue et per eam dicto magistro Mychaeli genero suo eorumque prolibus siue heredibus ab eadem domina descendentibus vniuersis dedisset donasset et contulisset perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas[1]. . . .,.

Doslovno iz izvome listine Ivana Sepeskoga karijatnog suca o posjedu Pacynte od 24. maja 1377. u narodnom muzejit, u Buaimpešti poa g. 1377.

Ova listina bila je potvrdj'ena po kralju Karlu g. 1330., kako je to vidjeti dalje u rečenoj' listini od g. 1377.: »In quarto autem ipsarum litterarum videlicet predicti domini Karuli regis in predicto anno dpmini M°CCC° tricesimo emanata per ipsum dominum Karulum regem premissas litteras ipsius domini Ladizlai archyepiscopi Collocensis super donacione dictarum possessionum Pachynta et Lygeth in eisdem litteris suis de verbo ad verbum insertas confirmatas fuisse . . . . lucidius conperimus et manifeste[2]«.

Osim toga potvrdjena Je ova iistina od g. 1330. jos po kralju Ljadevitu g. 1361.*

Feje'r morao bi imati, jer tipućuje pod %od. 1377. 24. maja na oanosnu godinu dakle na listinu,

429.

1330. 2. jula. U Zadru.

Radko iz sela Dola ustupa svoj'e pravo na neke zemlje u selu Tregci u Lici Jurislavu Vuletiću i Danielu Varikašl.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo, indicione tercia decima, die secundo mensis iulii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Ego Radtius condam Raduni de villa Dol facio vigorem et robur uobis Jurislavo Vuletich et

[1] Slijedi potvrda ove listine po kralju Karlu, kako u opasci.
[2] Slijedi dalje sadržaj dviju listina Ljudevita kralja od 1361., kojima potvrdjuje ovu listinu i još onu od Karla 1304. (Vidi kod ove).

Danieli de Yaricassis ciuibus Jadre de uno meo publico instrumento et omnibus iuribus meis que ex ipso habeo scripto per Stoycho olim Drasche Scardone ciuitatis iuratum notarium sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo tercio, mensis maii die vigesimo, indicione sexta; per quod Michael filius condam domini Slavogosti de Breberio inpignorauit et locauit mihi terciam partem terrarum suarum, videlicet unam sortem et terciam partem vinearum ad dictam sortem pertinencium, positam in villa Trecci in Luka; ita, ut deinceps teneatis dictas possessiones et usufructuare possitis et de ipso et predicto instrumento meo facere omnem uestram uoluntatem, sicut ego facere possem instrumento meo eodem; verum tamen redditus bladi dicte possessionis presentis anni ego habere debeo.. Precio cuius cessionis iuris et actionis ego predictus Radtius recepi a uobis predictis Jurislauo et Daniele libras viginti sex denariorum paruorum. Promittens etiam ego idem Radtius per me meosque heredes et successores uobis predictis Jurislauo et Danieli uestrisque successoribus hanc cessionem iuris et actionis ratam habere perpetuo et non contra facere de iure uel de facto super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo Vuletich et Thomassio de Nosdrogna ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

j Ego Paulus Viti.de Paulo exsaminator (!) exsaminaui.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna n Posedarju. P. no. 53.

430.

1330, 23. jula. U Stolom Biogradu.

Kaptol stolnohiogradski prepisuje listinu zagrebačkoga kaptola od 30. aprila 1256. o imanju Glavnici.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Georgius officialis magistri Andree filii Merclyn castellani de Symunturnya

vice et nomine magistri Johannis filii Hench lectoris Noui montis Pestiensis et predicti magistri Andree domini sui ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis litteras honorabilis capituli ecclesie Zagrabiensis priuilegiales super collacione possessionis Glaunicha vocate quondam comiti Perclino facta confectas tenoris infrascripti, petens nos instantissime, vt easdem de verbo ad verbum transsumni et transscribi facere et sigillo nostro consignari dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola ~ zagrebačkoga od 30. Spriia 1256.)* Nos igitur eiusdem Georgii officialis predicti magistri Andree peticionibus diligenter in hac parte acquiescentes, predictas litteras honorabilis capituli Zagrabiensis priuilegiales de verbo ad verbum presentibus transsummi et transscribi fecimus et sigillo nostro consignari. Datum secundo die festiuitatis be.ate Marie Magdalene, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo.

Original u kr. ugar. drž. arkivu ti Budimpešti: M. O. D. L.no. 433. — Stara signatura N. R. A. fasc. 1531. no. 14.

Na lištini visi svilena vrvca zelene i žućkaste boje ; peeata nemd.

"•"-̣ *Na hrptu savretmena bilješka:* »Priuilegium de possessione Glau[n]icha uocata«.

431.

1330, 1. augusta. U Požegi.

Kaptol poieški daje Bokodynu načelniku požeškomu pismo proti Pavlu nekada banu macvanskomu.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga damus pro memoria, quod Bokodyn villicus de Possagawar ad nostram personaliter accedendo presenciam, causam suam, quam contra Paulum quondam banum de Machou in presencia domine regine vel iudicis curie sue habere dinoscitur, commisit Paulo, Petro filio Joh[ann]is et Mortunus cuilibet eorum in solidum, qui cum presentibus comparuerit in quindenis festi beati Jacobi apostoli nunc venturis exsequendam et promovendam, ratum et firmum habiturus quitquid per eosdem procuratores suos vel per unum ex ipsis factum seu procutatum fuerit in causa antedicta. Datum in bctavis .predicti festi beati Jacobi apostoli, anno domini M°CCC° tricesimo.

Iz vana :

»Procuratorie ad quindenas beati Jacobi apostoli pro Bokodyn villico de Possagawar contra Paulum quondam banum de Machou«.

Origmal u arkivu grofova Zichy u Zselyu '211. A. 97.

Na hrptu vidi se trag pečata, kojom bijaše listina zatvorena.

Cod. dipl. com. de Zichy. I. p. 363.

432.

1330, 6. oktobra.

Pred kaptolom srijemskim si.novi Alekiandrovi očituju, da priznaju magislru Tonku četvrhnu u ime njegove majke.

Capitulum ecclesie beati Irinei martiris . . ad universorum noticiam . . volumus pervenire, quod Michael et Martinus magistri filii Pauli filii Alexandri, pro se et pro Dominico filio Dominici fratre ipsorum ab una' parfe, ' item magister Thonc filius Thome nobilis de Sirimia ex altera coram nobis personaliter constituti, per eosdem Michaelem et Maftinum . . extitit propositum, quod quia ordine iuris dicto magistro Thonc pro quarta parte domine matris sue de possessionibus eorumdem satisfacere tenebantur, et quia eciam Dominicus maior frater ipsorum in servicio domini regis contra [s]cysmaticos pugnando seu militando . . mortuus extitisset et ipsi propter inopiam . . possessiones ipsorum in Sirimia continentes et ubicunque in Hungaria habentes bono modo regere non potuissent, tam pro dicta quarta parte, tam pro linea consangvinitatis dictum magistrum Thonc eisdem in fratrem et tutorem, seu procuratorem recepissent et in possessionibus eorundem, quantum unus de eisdem possidet, tantum eidem magistro Thonc dedissent iure perpetuo possidendas . . Johanne preposito, Demetrio cantore, Iwan custode, ceterisque canonicis in ecclesia dei ministrantibus. Datum in octavis beati Miclnelis archangeli, anno domini M°CCC° tricesimo.

Original u arkivu obitelji Revay.

- Nagy Cod. dipl. Andeg. II, 511.

433.

1330, 13. oktobra. U Cazmi.

Pred kaptolom čazmanskim prodaje Ladislav Visenov svoj posjed u Crncu.

Nos capitulum Chasmenais ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per [tenorem, quod Ladislaus] filius Vyset . . a parte vna, ab altera autem Endre filius Endre filii Bank tam pro se quam pro pro coram nobis constituti, idem Ladislaus porcionem possessionis sue Chernech nuncupate circa existentis cum porcionem [in] eadem communiter ipsum contingentis, ac medietate vinee inculte et sess . . . possessionis spectantibus cum vniuersis, saluo iure alieno dixit et confessus est eisdem Endre et eorum heredibus heredumque suorum successoribus pro tribus marcis denariorum bonorum plene ab eisdem receptis ut [nobis] retulit, vendidisse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. In cuius vendicionis et empcionis memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum sabbato proximo post octauasbeati Mykaelis archangeli, anno domini millesimo CCCXXX°.

Original na desnom gornjem tiglu oštećen u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu. Doc. med. aevi.

Na hrptu bijaše pritisnut kaptolski pecat.

434.

1330, 26. novembra. U Zadru.

Radi se o znalnoj prodaj'i žitka,

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo' trecentesimo trigesimo, indicione quarta decima, die vigesimo sextomensis novembris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii cornitis. Cum Dmincus Supanich de Pago obligatus sit mihi Jacobo de. Fafogna ciui Jadre in libris duabus millibus centum triginta tribus et

soldis sex et denariis octo denariorum venetorum paruorum per puplicum instrumentum confectum manu infrascripti notarii die quinto decimo presentis mensis nouembris pro mille modiis ordei, quos a me emit et recepit ad racionem grossorum sexdecim venetorum pro quolibet modio, prout in dicto instrumento plenius continetur; presente puplico instrumento confiteor ego dictus Jacobus, ac omnibus pateati quod de dictis mille modiis ordei fuit tanta quantitas dicti bladi tui Grisogoni condam Marini ciuis Jadre, que attingit ad summam librarum ducentarum quinquaginta trium et soldorum decem septem et denariorum.quatuor denariorum venetorum paruorum, quamuis in dicto instrumento de te dicto Grisogono non sit aliqua mencio. Propter quod tu dictus Grisogonus possis et ualeas cum heredibus et successoribus tuis de predictis libris ducentis quinquaginta tribus et soldis decem septem et denariis quatuor paruorum predicte summe librarum duariim millium centum triginta trium et soldorum sex et denariorum octo paruorum, contenta in dicto instrumento facere tuam omnimodam uoluntatem tamquam de re tua propria ac in ipsis habere pro rata illud ius, quod ego habeo et habere videor in predicto instrumento. Promittens ego dictus Jacobus per me meosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti me obligando tibi dicto Grisogono pro te tuisque heredibus et successoribus recipienti predicta omnia contenta in presenti instrumento firma et rata habere et non contrafacere sub obligacione omnium bonorum meorum pressencium (!) et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono de Ta[m]pagno et Grisogono condam Dese Michaelis Jadrensibus et aliis.

(Drugi mkopis.)

f Ego Nicolaus Damiani de Varicassis iudex examinator examinaui.

Ego Maurus de Cosiga Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Monogram not.)

Original u arkivu grojova Begna u Posedarju: P. no. 54.

435.

1330, 9. đecembra.

Karlo Roberio kralj ugarski i hrvatski za velike zasluge Radoslava Babonića daje njemu i njegovim sinovima mnoge fosjede.

Karolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Salernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui regibus dat salutem. Cum benemeritis favor debitus impenditur et fons dilectionis panditur, fideliterque obsequentibus digna merces reddatur, deus noster placari creditur et subditi ad fidelitatis opera exercenda ferventius provocantur; nam subditorum fidelia obsequia pensare, pensataque debent confovere et illos maxime convenit sui regii favoris gratia premunire, quos probate fidelitatis constantia recommendat, ordoque suadet equitatis et pertinet regali dignitati, ut ea, que rite processerunt, illibate conserventur et que a fidelibus iuste postulantur, ad exauditionis gratiam admittantur. Proinde ad universorum presentium et posterorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos recensitis fidelitatibus et uberrimis laude dignis obsequiis, multifariisque sinceris et virtuosis complacentiis fidelis nostri et dilecti Nicolai filii Radozlai filii Wabonik (!) per ipsum nobis et sacre regni Hungarie corone sincero cum affectu in hostris et dicti regni nostri arduis expeditionibus prosperis scilicet et adversis, locis et temporibus palam opportunis iuxta nostre maiestatis libitum et honoris immensum incrementum exhibitis et irnpensis, quorum aliqua ex sui digna memoria continuis recordiis nostrorum fidelium floreant in mentibus et eosdem animent ad similia, calamus fideliter depinxit, primo siquidem dum nos tempore iam elapso propter occupationem terrarum et confmiorum regni nostri rationabilibus ex causis animum nostrum regium moventibus, cunctorum etiam prelatorum et baronum ac regni nostri procerum universorum ad id habito consilio prematuro illum sevum Bozorad, vayvodam Volahorum, rebellem et notorium emulum nostrum diffidassemus et congregato nostro valido exercitu in terram suam Transalpinas, gentibus nostris ignotam, nostro regio culmini subiiciendam se transtulimus, ubi certis diebus sine prelio inter alpes et montes per latibulas se moventes fere omnibus edilibus hominum et equorum destituti laborabamus, factaque treuga cum predicto Bozorad, data fide sua perfida, ut nobis uti regi pareret ac

securum exinde redeundi simul cum exercitu nostro iter preberet, confidentes de fide scismatici, in quo non fides, sed error fidei existit, revertebamur et cum gentibus nostris in quadam via perpetue anathemati data, ex utraque parte ripis preeminentibus circumclusa et ante, unde patentior erat, in pluribus locis indaginibus fortiter circumsepta et Volahorum pugnatorum gentium dicti Bozorad multitudine obsessa, asperrime circumquaque rabide et vehementi impetu in nos et nostrum irruehdo exercitum, diversis modis [hjorrendis caninosis insultibus, fundarum iaculis et aliis crudelium verberum ictibus afficiendo gladiis feriunt turmas nostras, sagittas lanceasque suas inebriant sanguine occisorum undique, ut muro obstructi momordivis verberum plagis, ubi nec ultra procedere nec fuge locum haberc poteramus, ceu pisces in gustrio vel sagena comprehensi ad plasmatorem omnium rerum, protector noster aspice deus alta suspiria clamantes in eodem Jhesu Christo pro nobis crucifixo et eius sacre genitricis simul cum sanctis omnibus cum paucis nostris collateralibus divino tutamine scutis desuper facto velamine, creberrimos in ex hoc ictus gladiorum, sagittarum, lancearum et aliarum nonnullarum iacularum super se tollendo velut imbres pluviarum, vitam a mortis impetu arctius evitare cogebamur, ubi prefatus Nicolaus iuvenis adleta ut tiro fortis, fidelis noster vehementi spiritu et mentis nostre intuitu leonina ferocitate, viribus resumptis in virtute sui militaris bracchii, cunctis tamen suis feramentis de suo ad terram ruptis, corpore tantum scuto et acutissima sua vibrata lancea rursum in aciem offensorum nostrorum se viriliter contulit pugnaturus. caput nostrum priusquam suum fideliter defendendo coram oculis nostris quinque fortiores Volahorum pugnatores, qui pre cunctis caput nostrum regium orbare festinabant, sua veloci agilitate occisit et preceps in terram vita exutos prostravit, ubi et ipse Nicolaus miles exadverso sex vulnera ad caput et humera sua tulit non modica et fere viginti quinque suos nobiles familiares dimisit interemptos, illico favente domino lassata ferventia pugnatorum, qui de muro se ad latus dextrum trudentes, hinc inde peditantes, ex inopinato conflictu volente altissimo, qui cuncta solus preordinat, fuge presidio coacti et a loco elongati ad salubriorem precessimus tempus et exinde redditum sumpmimus ad propria. Sane ergo prefati Nicolai militis laudabiles strenuitatis actus longum pro singula foret explicare sermonibus, sed ut ipsius attolenda merita nec vetustas inposterum abolere valeat, nec vehementis temporis successiva curricula sopita taciturnitate concluderentur, pro multis ea pauca duximus, que silentio non erant transeunda, licet idem Nicolaus miles a nostra maiestate multo maiora mereretur antidota, tamen ut in aliqualem suorum servitiorum partem se agnoscat regia nostra benignitate

remuneratus, eidem Nicolao militi fideli nostro ac Duj'mo fratri suo carnali filiis Radozlai filii Wabonik et eorum cunctis heredibus, heredumque successoribus et posteritatibus universis hanc nostram regiam gratiam et libertatis prerogativam perpetuis temporibus duraturam facimus et benigne concedimus, ut universas et quaslibet possessiones jpsorum tam hereditarias et emptitias, quam alias quoquomodo regni nostri consuetudine et iusto titulo acquisitas et in futurum acquirendas et obtinendas simul cum castris, casteliis, civitatibus, oppidis, prediis, generationibus, liberis villis, tributis, nundinis, foribus ebdomadalibus, portuis seu vadis et pontibus in locis necessariis edificatis et edificandis, ac aliis quibusvis fortalitiis in eorum comitatu et dominio ubique per predecessores eorundem ab antiquo et per eosdem quoquomodo adinventas et possessas, potissime et precipue ac signanter quandam terram Dobernica et locum castri Ostrosecz vocatum, per eundem Radozlaum comitem a quodam nobile Velis vocato de Zucha iuridice emptum e nostro regio benevolo consensu admissum pariter et assensu, circa quod certas nostras regales generationes et viJlas Omersal videlicet et Werchoina, Rusindol, Wrutak, Meduegiazentgurg, Podbabya, Brekouicza, Ztharowsam, Menich, Werchimorich, Mehoztrah, Zthina impopulosa et Yamowech vocatas cum earum cunctis utilitatibus et pertinentiis, servitiisque et obventionibus, quibus nostre maiestati [hjactenus servire tenebantur, de manibus nostris regiis nove nostre donationis titulo donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter gaudendas, tenendas et possidendas, alias etiam universas et quaslibet donationes et collationes possessionarias ac aliorum quorumlibet iurium et iurisdictionum ac libertatum prerogativis serenissimorum regum et reginarum regni Hungarie, predecessorum nostrorum et nostras usque ad id tempus factas, donatas et modis quibuscunque collatas, salvo iure alieno, prefatis Nicolao militi et Duym fratri suo filiis Radozlai filii Wabonik approbamus, ratificamus et regie nostre maiestatis auctoritate confirmamus. Utque nostre approbationis et confirmationis series absque cuiuslibet contradictionis obstaculo perpetua firmitate valeat persistere, presentes concessimus literas nostras privilegiales novi et authentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Andree lectoris Quinqueecclesiensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M. CCC. tricesimo, quinto idus decembris, regni autem nostri vigesimo ; venerabilibus in Christo patribus dominis Wogezlao Strigoniensi et fratre Ladislao Collocensi archiepiscopis, Johanne Nitriensis, fratre Petro. Boznensis, Benedicto Chanadiensis, Georgio Sirimiensis, Iwanka Waradiensis. Ladislao Quinqueecclesiensis, Nicolao Jauriensis, Andrea Transsilvano et Herrico Wesprimiensis ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, magnificis viris Philippo palatino, comite de Saros, Demetrio magistro thavarnicorum nostrorum, Lamperto iudice curic nostre, Nicolao bano totius Sclavonie, Paulo bano de Machow et comite de Wodrog(l), Mykech magirtro tauarnicorum domine regine consortis nostre carissime, Desew iudice curie eiusdem domine regine, Blasio magistro agazonum nostrorum, Dionysio magistro dapiferorum, Rolando comite Posoniensi ac aliis quampluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

"V

:

Ihalioczy-Barabas Codex dipl. com. dc Blagay 110.—114.

436.

1330. (U Napulju).

Dozvoljuje se biskupu hvarskomu izvoz žita iz Apulije.

Ad supplicis petitionis instantiam venerabilis in Christo patris A. dei gratia episcopi, nuncius seu procurator Johannis Loredani potestatis insularum Farre et Brachie, quia eidem episcopo et eius sociis honores et fauores plurimos per diversas vices impendit, licentiam habet extrahendi de portubus Apulie ordei salmas mille quingentas. (MCCCXXX.).

Atckc della regia Zecha. f. 35. no. 2733.
Wenzel Acta exlera I. 283.

437.

(1330.) U Trogiru.

Opat i zbor sv. Ivana trogirskoga reda benedikhnskoga daju u najam svoju kuću kraj sv. Ivana gradu Trogiru na dvadeset i devet godma.

Dominus frater Savinus monasterii sancti Joannis Baptistae de Tragurio ordinis sancti Benedicti venerabilis abbas, congregatis monachis dicti monasterii ad capitulum sono campanae, ut moris est, in quo capitulo interfuerunt frater Franciscus prior dicti monasterii et conventus, frater Gregorius, frater Vollechus (!), frater Marinus Petri Concilize, frater Marinus filius Obrauli, monachi dicti monasterii et conventus, absente fratre Rodovano monacho, qui jacet propter senectutem in lecto, qui ante dicti capituli congregationem et post et ante inscriptam locationem

et in continenti sine aliquo interuallo post dictam locationem consensit dictae locationi, proposuit dictis monachis et dicto capitulo, quod cum domus ipsius monasterii sita in civitate Tragurii iuxta viam publicam et iuxta cimiterium dicti monasterii, ct iuxta palatium et iuxta ecclesiam sancti Johannis praedicti, quam commune Tragurii tenuit iam pluribus annis elapsis, sit ipsi monasterio per dictum nobilem et sapientem virum dominum Marinum Mauroceno, honorandum comitem Tragurii et suum generaJe consilium integraliter restituta, et expediat pro substentatione monachorum et loci praedicti pro certa pensione locari, provideant et deliberent superinde cognoscentes, quod dictus dominus comes et dictum generale consilium intendit, si ipsi domino abbati et monachis placet et expedit ipsam domum ad spatium 29. annorum conducere pro pensione et mercede librarum 24 . . . . in anno. Igitur monachis praedictis tractantibus et deliberantibus, diligenter tandem communi consensu firmarunt, quod dicta domus pro dictis tempore et pretio dicto communi debeat affitari, credentes dictam locationem dicto monasterio esse utilem, et ei quamplurimum expedire, nam consueverunt multoties stationes dictae domus et etiam pavimentum sine pensione vacuae remanere, et per istam locationem per dictum tempus 29. anno, rum dictum monasterium pensionem habebit continuam dictae domus, et omnium stationum. Post vero tractatum et deliberationem praedictas in continenti in dicto capitulo existente, ut supra dicitur, congregato, et praesentibus dictis testibus, et examinatore, dictus dominus abbas et monachi vocaverunt in dicto capitulo dictum dominum comitem, et nobiles viros dominos Dessa Bastiani et Federicum Matthaei iudices Baronum Silvestri, Vitalem Martini et Maure quondam Mircae, et Petrum Jacobi et Gregorium Salinguerae, massarios civitatis praedicti Tragurii, quam specialem bayliam et potestatem habent a consilio generali dicti communis Tragurii conducendi dictam domum cum stationibus, et super ipsa conductione tam de tempore, quam de pretio, et quodcumque aliud factum et concordium faciendi, et superinde cum poenis et obligationibus bonorum communis et aliis clausulis opportunis conficiendi publica instrumenta secundum formam reformationis dicti consilii generalis externa die factae et scriptae per me Conradum de Seregnanis notarium infrascriptum; et ibidem praesentibus dictis testibus et examinatore, habita licentia dictorum monachorum, et habito solemni tractatu super infrascripta locatione per capitulum antedictum, et ab ipsis monachis plena deliberatione, proviso; dictus dominus Savinus ipsius monasterii venerabilis abbas pro se ipso, et eius successoribus, nomine et vice ipsius monasterii praesentibus et consentientibus monachis antedictis concessit et locavit dictis dominis comiti Dessae Bastiani et

Federico Matthaei iudicibus, Barono Silvestri, Vitali Martini, et Maure quondam Mircae consiliariis, et Petro quondam Jacobi, et Gregorio Salinguerrae massariis civitatis et communis Tragurii, recipientibus et conducentibus nomine et vice dictae civitatis et communis Tragurii ad pensionem annuatim persolvendam dictam domum totam cum omnibus stationibus dictae domus, positam in civitate Tragurii, cuius cohaerentiae hae sunt: Ante viam publicam de „retro est cimiterium dicti monasterii^ ab uno capite versus meridiem est dicta ecclesia sancti Joannis Baptistae, ab alio capite est palatium communis, et s quae aliae sunt cohaerentiae veriores, hinc ad 29. annos . . . ad habendum, tenendum et possidendum, et quidquid dicto communi deinceps usque ad dictum tempus 29. annorum placuerit faciendum, salvo semper iure dominii et proprietatis dicti monasterii et salvis conditionibus et pactis infrascriptis. Promittens dictus dominus abbas pro se et suis successoribus et nomine et vice dicti monasterii de consensu dictorum monachorum ibidem praesentium solemniter sine aliqua exceptione iuris vel facti, se et dictum monasterium, et dicti monasterii bona obligando ipsis dominis comiti, iudicibus, consiliariis et massariis praedicti communis stipulantibus dictam domum et stationes usque ad dictum tempus 29. annorum in colmo et conzo tenere et meliorare, et non deteriorare, et etiam facere expensis dicti monasterii, quod portae, fenestrae, seraturae et claves utiles et necessariae dictae domui et stationibus per dictum tempus non deficiant, et etiam dictam locationem firmam, gratam et ratam habere et tenere et pro suo usu non accipere, et praedictis non contrafacere vel venire, sed praed'ctam rem locatam ipsi communi hinc ad dictum tempus legitime defendere, auctorizare et destrigare, ac discalumniare contra omnes homines et personas, et de ipsa vel eius occasione aliquam non facere dationem, datam, obligationem, vel contractum, cuius praetextu ipsi communi aliquod damnum vel praeiudicium contingere possit, vel quominus dictum commune dictam totam domum cum dictis stationibus habere ad dictum terminum per se vel alium quem voluerit uti valeat et tenere. Quapropter dictus dominus comes, iudices, consiliarii et massarii et vigore supradictae reformationis nomine et vice dicti communis solempniter promiserunt dicto domino abbati pro dicto monasterio stipulanti, solvere et dare sibi nomine pensionis et mercedis dictae domus et stationum quolibet anno in festo nativitatis domini nostri Jesu Christi libras 24. denariorum paruorum. Hoc acto, quod si rectores, vel commune Tragurii facerent aliquas cameras, vel aliquod laborerium pro ipsorum rectorum et communis utilitate et commodo, quod quidem opus, sive laborerium mutaret solitam sive praesentem formam aedificiiij dictum commune suis expensis

praedicta cameras et laborerium facere teneatur. Quae omnia et singula supradicta promiserunt dictae partes vicissim, scilicet una pars alteri ad invicem solemnibus stipulationibus hinc inde interventionibus firma et rata habere et tenere, et non contrafacere vel venire per se, vel alium aliqua ratione, vel causa, quae dici, vel cogitari possit de iure, vel de facto sub poena quarti aestimationis dictae domus et stationum ad invicem inter ipsos stipulatione praemissa. Qua soluta vel non, rata et firma maneant omnia et singula/supradicta. Item refacere et restituere una pars alteri ad invicem omnia et singula damna, interesse et expensas, quae et quas una pars occasione alterius sive culpa contra praedicta venientis fecerit, vel sustinuerit in iudicium vel extra iudicium. Pro quibus omnibus et singulis supradictis firmiter observandis obligavit dictus dominus abbas praedictis domino comiti, iudicibus, consiliariis et massariis recipientibus pro dicto communi omnia bona dicti monasterii; et ipse dominus comes, iudices, consiliarii et massarii obligaverunt dicto domino abbati pro dicto monasterio recipienti omnia bona dicti communis. Pro qua locatione taliter facta, et etiam quia dicti dominus abbas de consensu supradictorum monachorum in dicto pleno capitulo congregatorum, et ipsi monachi et capitulum contenti et confessi fuerunt se habuisse et recepisse integraliter pensionem, sive mercedem dictae domus et stationum de toto tempore, quo hactenus ipsam domum et stationes commune tenuit usque in praesentem diem; dicti dominus abbas cum consensu dictorum monachorum et capituli, et ipsi monachi et capitulum cum ipso domino abbate fecerunt dictis dominis comiti, iudicibus, consiliariis et massariis recipientibus et stipulantibus pro dicto d . . . (!) communi, finem, remissionem, quietationem et refutationem, et pactum de amplius non petendo de dicta pensione dictarum domus et stationum dicti praeteriti temporis usque in praesentem, ipsum commune liberantes et absolventes per acceptilationem et aquilianam stipulationem legitime interpositam, renunciantes etiam exceptioni non sibi datae et non solutae pensionis praedictae, speique futurae dationis et solutionis, exceptioni doli mali, in factum actioni, beneficio restitutionis in integrum, et omni aliae exceptioni et defensioni, quibus possent contra dictum finem et remissionem venire. Quam finem et remissionem et pactum de non petendo dicti dominus abbas pro se et suis successoribus, et monachi et capitulum praedictum nomine dicti monasterii promiserunt dicto domino comiti, consiliariis et massariis stipulantibus pro dicto communi habere firmas et ratas, et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, quae dici vel cogitari possit de iure vel de facto sub poena dupli eius quod petetur solvendi, rata et firma manente dictis fine et remissione,' obligat . . . . dicti dominus abbas et

monachi et capitulum eiusdem domino comiti, iudicibus, consiliariis et massariis respondentibus pro communi pro praedictis attendendis ornnia bona dicti monasterii.

Farlati li/jir. sacr. IV. />. 375.—370.

438.

1330. U Zadru.

Izvršiteljice oporuke pokojne Stane udove Ivana VarikaSe očituju, da su primile svotu novaca.

[In Christi nomine amen. Anno in]carnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo, indic one terciadecima, d[ie]
. . . . . [Tempore domini] Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiscopi, et dom]ni Johannis Marini Georgii egregii comitis, Domina Maria vxor
Leonardi de Formino et domina Nicolota vxor Cose de Prode
relicta olim Johannis Rainerii de Uaricassis ciuis Jadre pro
Michaelis Leonardi Jadrensis iurati, sub anno domini
mfillesimo] die quarto decimo mensis decembris plenius continetur, confesse heredibus dicti olim Johannis Rainerii de Uaricassis no quatuor denarios venetos paruos dantibus et soluentibus dicti heredes
nomine predicto in racione librarum duarum millium octingentarum septuaginta [dotijs dicte domine Stane de bonis dicti olim Johannis adrum cancelarium comunis Jadre ad ciuilia deputatum in quo uigesimo septimo, die quarto mensis nouembris seriosius habetur, v e confectum manu Vicencii ecclesie sancte Marie maioris millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, mensis iulii die quinto decimo . . . . eodem. Quare dicte commissarie nomine quo supra per
[se]curitatem, finem, dimissionem et quietacionem fecerunt dictis . . . .
ulterius aliquid non petendo de predictis libris nongentis vn . .
quatuor paruorum venetorum sub pena quarti dicte quantitatis pecunie obligacione bonorum dicte commissarie presencium et futurorum et nichilominus presens securitatis robur obtineat firmitatis. Actum est hoc et firmatum [coram his] rogatis testibus,

scilicet Stephano de Rasolo, Mauro de Calcina, Francisco de Cortisia Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus de Varicassis iudex examinator examinaui.

[Ego Maurus de] Cosica Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi.

(Monogram not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 50.
Listma je na obje strane duboko prema sredini krnja.
Glede imena izvršitelja vidi listinu od 20. augusta 1329.

439.

1331, 6. januara. U Avignonu.

Jvan XXII. papa za ovaj put sebi pridriava pravo postaviti bosan-.skoga biskupa.

Johannes episcopus servus servorum dei. Ad futuram rei memoriam. Inter sollicitudinis nostre curas, quibus assidue premimur, illa imminet cordi nostro precipua, ut catholice fidei professores bonorum et catholicorum antistitum regimine gubernati nullis errorum vel scismatum tenebris involvantur, sed per salubrem doctrinam eorumdem antistitum ut filii lucis cognitione vere fidei imbuantur. Intendentes igitur ecclesie Boznensi, que, sicut accepimus, situata dinoscitur inter scismaticas nationes, queve propterea provido et idoneo presule, qui sciat et possit commissos sibi subditos, de eorum mentibus pulsis erroribus, ad vere fidei cogmtionem reducere, eosque dirigere in divinorum semitam mandatorum, noscitur indigere, cum eam pastore carere contigerit, de prelato provido, circumspecto et utili providere, provisionem eiusdem ecclesie hac yice, cum ipsam per proprii pastoris obitum vel alio quocumque modo vacare contigerit, ordinationi et dispositioni nostre et sedis apostolice specialiter reservamus, districtius inhibentes capitulo eiusdem ecclesie vel quibusvis aliis. ad quos electio pastoris eiusdem ecclesie, cum vacat, alias pertinere dinoscitur, ne contra reservationem nostram huiusmodi ad electionem vel postulationem cuiuspiam procedere, vel alias contra eam facere vel venire quoquomodo persumant, ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre reservationis, inhibitionis et constitutionis infringere vel

ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, VIII. idus ianuarii, anno quintodecimo.

Theiner Mon. Hung. I no. 826. str. 533.—531. Iz reg. an. XV. par. 2. eom. ep. 467.
Fermendžin Acta Bosnae p. 22.

440.

1331, 10. januara. U Avignonu.

I-oan papa XXII. daje ispitivati, da li prepozit kaptola požeškog moie dipeliti prebende.

Joannes episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . . abbati monasterii sancti Manini de sacro monte Pannonieet . . . Scepusiensis, Jauriensis et Strigoniensis et Varadiensis ecclesiarum prepositis salutem et apostolicam benedictionem. Petitio pro parte dilecti filii . . . prepositi ecclesie sancti Petri de Possega Quinqueecclesiensis dioecesis nobis exhibita continebat, quod licet collatio canonicatuum et prebendarum in predicta ecclesia, cum ipsos hactenus in predicta ecclesia contigit vacavisse, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine ad prepositos ipsius ecclesie, qui fuerint pro tempore, pertinuisse et pertinere noscantur, dictique prepositi in pacifica possessione vel quasi iuris huiusmodi fuerint a tempore cuius in contrarium memoria non existit. Tamen dudum bone memorie Job episcopus Quinqueecclesiensis . . . prepositum dicte ecclesie qui tunc erat possessione vel quasi iuris predicti contra iustitiam spoliavit, ac Quinqueecclesienses episcopi dicti Job successores, eidem Job scientur succedentes in vicium, prepositos dicte ecclesie tenuerunt et adhuc venerabilis frater noster episcopus Quinqueecclesiensis, qui nunc est, eundem prepositum possessione vel quasi iuris predicti tenet indebite spoliatos dictique episcopi canonicatus et prebendas eiusdem ecclesie, cum in ea a tempore spoliationis huiusmodi vacuerunt, de facto quamquam de iure non possent pro sue voluntatis libito contulerunt in dictorum, qui pro tempore fuerint et eius, qui nunc est, prepositorum preiudicium et gravamen. Quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, vel unus vestrum vocatis, qui fuerunt evocandi ac simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii auditis hinc inde prepositis

quod canonicum fuerit appellatione postposita decernatis facientes, quod decreveritis, auctoritate nostra firmiter observare. Tesles autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita constellatis veritati testimonium prebere. Non obstantibus si dicto episcopo, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Jitteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Avinione, IV. idus ianuarii, pontificatus nostri anno XV.

Koller Hist. episcop. Quinqueeccl. II. 352.— 354.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 3. 54.0. — 542.

441.

1331, 31. januara. U Zadru.

Fran/o sin Damjana de Sloradis, dozvol/ava svomu bralu Pavlu, da vrSi vol/u n/ihova oca izrečenu u oporuci.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo, indictione quartadecima, die ultimo mensis ianuarii, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandulli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Buttouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marino Georgio egregii comitis. Fateor ego Francisscus subdiaconus sancte Anastasie cathedralis ecclesie Jadrensis filius condam Damyani de Sloradis, quod, cum tu Paulus frater meus sis commissarius dicti olym patris nostri; ut constat testamento eiusdem patris nostri scripto manu notarii infrascripti sub anno incarnacionis Christi millesimo trecentesimo duodecimo, indiccione vndecima, die secundo intrante mense octubri et cetera, ut in eodem legitur; ego dictus Franciscus confirmo, appello et ratifico dictum testamentum patris nostri et volo, quod tu dictus frater meus possis et ualeas facere et exercere totum illud quod continetur in dicto testamento prout uerus et legittimus commissarius. Promittens ego dictus Franciscus per me meosque successores te dictum Paulum fratrem meum et tuos heredes et successores nunquam petere uel inquietare per me uel per meos successores aut per alios seu per aliquam interpositam personam in aliquo molestare de dicto testamento, si feceris et adimpleueris illud quod in ipso continetur; sub pena tibi soluenda libras viginti quinque denariorum venetorum paruorum; et

pena soluta uel non hoc instrumentum et omnia in eo contenta firma perdurent. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Laurencio condam Qanbonini et Stephano condam Mauri de Crasolo ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis).

f Ego Andreas condam Raue Petri de Raua examinator examinaui.

. .JSgo .Duyrnus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju.' P. no. 29.

442.

1331, 26. marta. U Hvaru.

Radovan Vitalević pristav općinski, izjavl/uje, da se je uputio glede medja vrta i kuče u Kasalin dolu Ratice Dobroslavić.

¶ In Christi nomine amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo trecentesimo trigesimo primo, indiccione XIIIL, actum Farre in cancellaria communis, die martis vigesimo sexto marcii. Temporibus equidem magnifici domini Francisci Dandulo dei gracia incliti Venecie ducis, et venerabilis patris domini fratris Luce dei et apostolice sedis gracia Farensis et Bracensis episcopi, et nobilis viri domini (^anoti Lauredano dictarum insularum honorabilis potestatis suorumque iudicum Farre Xouigne Balsich, Jacxe Mikxe et Jurey Dessisclauich Roche(!). Michi notario Radoanus Vitaleuich buchario communis se ex commissione sibi facta et ex suo offiicio intromisisse de bonis etiam tamquam de bonis Ratici Dobrosclauich, videlicet duas partes vnius orti et vnam domum positam ad Casalindol, vbi dicitur sancta Barbara, cui sunt confines: A leuante Hobrad Grupsich, a ponente Radosclaua Dobrosclaui et eius filius Ciueticus, a trauersa via communis, a meridie via communis, uel sibi sunt cbnfines ueriores, et hoc ad peticionem Hristofori Radoani pro vna summa librarum trium paruorum scripta tempore domini Ancoli Bembo condam potestatis Farre et Brace et tercium de plus ratione bucharie et aliarum expensarum legittime factarum. Et Nicola Bogodani Martini examinator communis examinauit dictos confines veros esse, testibus Martino Dessisclauich et Lucxa Vidoy. Et Cibrianus placarius' fecit cridam.

(Drugi rukopis).

\ Ego Petrus Falletro potestas Fa'rre' et Brace fna'nu rriea subscripsi.

Ego Petrus condam domini Danielis de Leonico imperiali auctoritate notarius atque nobilis viri domini Petri Falletro hondrabilis potestatis Farre scriba et officialis presentem in . . . .
[sicut] iri libro domini (Janoti Lauredani olim potestatis inueni,sic fide- -*-»..... yjitep exemplaui .nichil addens uel minuens quOd summam mutet et quod in ea propterea ipsam de auctoritate dicti domini potestatis eam in publicam formam reduxi signumque meum solitum apposui et me subscripsi.

(Signum not.).

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata •a. 1331. — Listina je vrlo trošna i teško čitljiva.

443.

1331, 28. marta. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim daruje German sin Dioniza s bratom si Dešenom neku zemlju crkvi B. D. M. u Gariću.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod German filius Dionisii nobilis de Gresenche tam pro se quam pro Desceno fratre suo personaliter coram nobis comparens, quandam particulam terre sue prope ecclesiam beate virginis Heremitarum de Garig iuxta terram Petri sacerdotis ecclesie sancti Nicolay et Johannis filii Nicolay filii Vgrini adiacentem, metis, terminis et signis infrascriptis distinctam, dixit et confessus est ob remedium anime Georgii filii Gymzina fratris eorundem, ecclesie beate virginis iamdicte dedisse, donasse et contulisse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam, assumpsit eciam et obligauit se idem German, ut si qui successu temporum ipsam donacionem particule , terre retractare et rescindere intenderent uel eciam • attemptafent, expedire laboribus suis propriis et expensis. Mete autem > ipsius particule terre prout discretus vir magister Gregorius socius et concanonicus noster quem ad reambulandum eandem miseramus, tandem ad nos rediens nobis dixit et in scriptis exhibuit sunt tales: Incipit pfima meta circa magnam viam que vadit uersus meridiem in capite cuiusdam :yallis circa terram Petri sacerdotis antedicti, inde descendit uersus orientem ad arborem gertanfa cruce signata (!), inde infra per eandefn vallem que vocatur Radeykwelgy, abhinc declinat uersus meridiem

'et peruenit 'ad fluuium et per eundem fluuium in "'magrio spacio et perueriit ad a'liam sicCam vallem 'ad arborem 'byk cruce signatam, 'ibique viciriatur 'terre 'predicti Johannis, deinde supra per vallem uersus odcidentem ad arborem tul cruce signatam, iride supra ad uerticem mont'is adaliam arborem tul cruce Signatam et ibi vicinatur terre Heremitarum etsić terminatur. Iri cuius donacionis memoriam firmitatemque perpe•tu'afn presentes ad peticionem -prefati Gerrriani'. concessimus litteras sigilli nostri munirriirie roboratas. Datum in cena domini, anno eiusdem M.°CČG.°XXX° p'rirrio.. - - - . . : ' . , ..'.•

Original u kr. 'ugar. drzavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. :no. .35.175. — Stara signatura: Actor monast. Garigh -fasc. I. no. 13. Na hrptu listine bijaše pritisnut pečat. -
Feje'r. Cod. dlpl. Hung. VIII. vol. 3. 550.—551.

444.

1331, 2. aprila. U Krku.

Vid ofiat košljunskoga samostana sv. Marij'e daje jednu dolinu na uvijek uz obična fiodavanja Matiji Gambelariju.

In nomine ddmini amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, mensis aprilis die secundo, in ciuitate Vegle in via puplica apud domum Fumie condam Marie de Macco, coram domino . . . . tizao condam Michaelis Logardi iudice comunis Vegle, et presente Borinne condam Mauri de Barbinne, Domaldi de Nesce, Matheo dicto Gambitta testibus et aliis uocatis et rogatis. Ibique frater Vitus abbas monasterii sancte Marie Castellionis per se et suos successores ac'uice et nomine dicti monasterii concessit in perpetuum et locauit Matheq filio condam Francini Marci Gambalerii pro se et suis heredibus et successoribus recipienti pro certo redditu infrascripto siue affictu vnam vallem sitam in contrata Veltremarini[1] ab [un]a parte, cuius possessor Crissi filius Petri de Brinca, ab alia Laurencius Dechinne (?), a tercia Nicola Da . . . . ane, a quarta Dominicus condam Saraceni, ut ibidem dicebant, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis et que habet super se et cum [in]troitu [et exi]tu suis usque in uiam publicam, promittentes predictus abbas

[1] Veltre Marini?

pro se et suis heredibus et successoribus stipulandi dictam concessionem et locacionem perpetuo firmam et ratam habere, tenere et non contrafacere uel uenire per se uel alios aliqua ratione uel causa de iure uel de facto, sed ipsam vallem hinc in perpetuum ab omni homine et uniuersitate legitime defendere et discalumpniare, ac ex ipsa valle nullam facere dacionem, obligacionem uel contractum, cuius causa dicta locacio seu concessio infringatur, uel quominus prefatus Matheus et sui heredes et successores ipsa ooncessione ut[i] et frui ualent temporibus vniuersis. Et hoc ideo, quia econuerso prefatus Matheus per se [et] suos heredes. et successores promisit et conuenit eidem abbati pro se et suis successoribus ac uice et nomine dicti monasterii stipulantis dare omni anno in perpetuum [et] ad monasterium predictum portare suis expensis nomine affictus dicte vallis quatuor starios boni vini musti tempore uindemiarum. Que' omnia et singula supra .et infrascripta promiserunt dicte partes ad inuicem inter se, videlicet unus eorum alteri, et econuerso per se et suos heredes et successores ac nomine quo supra perpetuo firma et rata habere, tenere, obseruare et adimplere et per se uel alios non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub pena quinque solidos(!) denariorum uenetorum grossorum et refectione omnium dampnorum et expensarum Htis et extra. Pro quibus omnibus et singulis predictis firmiter obseruandis obligauit dictus abbas omnia bona dicti monasterii, et Matheus bona sua presentia et futura, que pena totiens peti possit et exigi inter eos cum effectu, quociens [ab uno uel altero] predictorum aliquo fuerit contrafactum.

Ego iudex Nicolaus manum misi.

(Signum not.)

Ego Petrus filius condam Johannis Subitt(!) de Vegla imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius hiis interfui, et rogatus duo unius eiusdemque tenoris instrumenta scripsi et coroboravi, unum vidi pro unaquaque parcium predictarum.

Origtnal nalazi se u Vinka Premude, sada koralnoga vikara it Krku.

Fotografija u arkivu jugoslavenske akademije.

445.

1331, 10. aprila. U Zadru.

Nikolica udova Gj'ure Mihovilova prodaje kuću svoju svomu rodjaku Hodanu i ženi njegovoj Lipici.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo primo, indicione quarta decima, die decimo mensis aprilis, Jadre. Tempore dominj Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Ego Nicolota vxor olim Georgii condam Michouilli de Jadra do, uendo et trado iure proprio in perpetuum uobis Chodano cognato meo filio dicti olim Michouilli et Lipice vxori tue Jadrensibus pro uobis uestrisque heredibus et successoribus recipientibus et ementibus unam meam domum seu solarium lignaminis cum suo loco in quo situm est, positum Jadre in confinio sancti Vigilii; cui de austro possident heredes olim Miche Rose, de quirina est domus Chualci caligarii mediante androna, de borea est domus tui dicti Chodani et de trauersa est domus Margarite Sperance; ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid uobis uestrisque heredibus et successoribus deinceps placuerit exinde perpetuo faciendum; cum omnibus suis accessibus et egressibus suis ac cum omnibus et singulis que dicta res uendita habet super se uel infra se aut intra se, omnique iure, usu seu requisicione mihi ex ipsa re uendita uel pro ipsa aut ipsi rei uendite in integrum modo aliqud pertinente; pro precio librarum quadraginta denariorum Venecie paruorum, quas mihi integre persoluistis. Promittens ego dicta Nicolota per me meosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti me obligando uobis dictis Chodano et Lipige pro uobis uestrisque heredibus et successoribus recipientibus dictam domum seu solarium cum dicto loco in quo situm est, et cum omnibus suis pertinenciis, ut predicitur, excalumpniare et defendere in racione; pro quibus obligo me' uobis et bona mea omnia presencia et futura. Et nos Stana vxor olim Prefse filia condam Vicentii et Lubenus caligarius filius condam Radini genere(!) dicte Stane Jadrensis precibus et rogacionibus dicte Nicolote uenditricis per nos nostrosque heredes et successores pro maiori cautela vestrum emptorum predictorum constituimus nos excalumpniatores, quilibet nostrum pro dimidietate dicte rei uendite uobis dictis ernptaribus uestrisque heredibus et successoribus de dicta re uendita et suis pertinenciis sub obligacione omnium bonorum nostrorum presencium et

futurorum; uolentes nos dicti Nicolota uenditrix, Stana et Lubenus excalumpniatores, quod uos dicti emptores possetis nos conuenire de dicta excalumpniacione dicte rei uendite pro modo infrascripto, videlicet me dictam uenditricem in solidum et in partem- pro modo predicto omni' excepcione remota. Actum est hoc et firmaturo. coram hiis, uocatis, et rogatis testibus, scilicet Marco condam Marini Girardi et Damiano Philipi de Begna ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Grisogonus condam, Viti Domaldi de Cadulinis examinator manum misi.

Ego Maurus. de. Cosica Jadrensis iuratus notarius int,erfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije ti Žadru.

446.

1331, 10. aprila. U Zadru.

Stjepan .:. zalaie svoj vinograd' Ivanu sinu Dešinu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimp, trecentesimo trigesimo. primo, indifctione, quarta decima,] die. decimo intrante . mense aprilis, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli infcliti ducis] Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Confiteor ego Stephanus .-.. [Perjuossi . . .-. . . . Gregorii d& Verona ad Cerodolum, me muto (!) habu[isse et recejpisse, [a te Johanne] condam Desse de Jadra libras viginti denariorum yenet[orum paruorum] tui . . unam meam vineam, tibi que,, est circa unius .ii et si plus ..,../...; dicta sub pignoracione, positam ad Blatfam] . . . . . . , . .-. .. [V]elcigne . de .reddentem quartum pro terratico eidem Velcigne in dicta . de austro, est vi.nea Priboi condam Mathei super terram dicti Velcigne, [de quirina est vinea] Rubini becarii super terram predicti Velcigne, de trauersa est vinea heredum condam Tolse super terram predicti Velcigne, et de. borea est vinea Radoi Radosslauich super terram Nicolai de Vitcor ad habendum dictam, vineam et usufructuandum cum heredibus et successoribus tuis, ac fructus exinde perci[pi]endum et de dicto fructu tuam omnimodam

uoluntatem faciendurrio donec tibi dictas libras viginti denariorum yenetorum paruorum dedero et soluero, dando et reddendo dictum terraticum exinde predicto Velcigne pro modo predip.to, ita tamen, quod, tu dictus Johannes cum heredibus et successoribus tuis tenearis mihi meisque heredibus et successoribus dictam vineam reddere, - quandocumque^ tibi dictas-libras viginti paruorum dedero et soluero, ut predicitur, promittens ego dictus Stephanus per me meosque heredes et sućcessores sine aliqua excepcione iuris uel facti me obligando tibi dicto Johahni pro te tuisque. heredibus et successoribus recipienti dictam vineam pro mqdo predicto excalumpniare et defendere in racione ab omni homine et persona, ac eciam omnia et singula supradicta firma et rnta habere et non contraffacere] sub obligacione omnium bonorum meorum presencium et futurprum. Et ego dictus Johfannes] per me meosque heredes et successores omnia et singula supradjcta laudo et ratifico sfuper me] et bonis meis omnibus. presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marino condam Damiani de Vrsulino et Damiano de Miligo, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopisj.

f Ego Andreas condam Raue Petri de Raua examinator examinaui.

Ego Maurus de Cosica, J adiensis iuratus nctarius interfui rogatus ut audiui, scripsi et roboraui.

(Monogram not.)

. Original u gubern. arkivu u Zadm; odio samostana sv. Nikole no. 144.

Gornji dio oštećen, nečim poliveno, nečitljivo.

447.

1331, 14. aprila. U Zadru.

Dražec sm Sfipkov s oloka Pahnana i Mihovil sm Stojana Stipčića prodaju svoju zemlju na oloku Pašmanu Volcmi sinti Mihe Martinusija.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigessimo primo, indiccione quarta decima, die quarto decimo mensiš aprilis, Jadere. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadera venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Ego

Drasec filius condam Stipgi brauarius in insula Peschimane tui nobilis «iri Velcigne condam Miche de Martinussio ciuis Jadrensis pro duabus partibus, et ego Michouillus condam Stoiani Stipcich nepos dicti Drasec pro reliqua tercia parte asenciente michi dicto Michouillo Tolica matre' mea ibidem presente et ad omnia et singula in hoc instrumento contenta expresse mihi consenciente, damus, uendimus et tradimus iure proprio in perpetuum tibi dicto Velcigne pro te tuisque heredibus et -saeeessoribus recipienti et ementi totam unam terram nostram duorum gognaiorum, et si plus est cedat in dicta vendicione, positam in insula Peschimani, quam possidebamus pro indiuiso pro modo predicto; cui de austro est terra habenda Petri de Drecha, de quirina est terra tui dicti Velcigne, de borea est mons et de trauersa est par-tjm mons predictus et partim terra Mathei Domcouich, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid tibi tuisque heredibus et successoribus deinceps placuerit exinde proprio faciendum cum omnibus et singulis que habent super se uel infra se aut inter se in integrum, omnique iure, usu seu requisicione nobis ex ipsa re uendita uel pro ipsa aut ipsi rei uendite modo aliquo pertinente, pro precio librarum decem octo denariorum venetorum paruorum, quos nobis integre persoluisti pro modo infrascripto, videlicet mihi dicto Drasec libras duodecim denariorum paruorum pro dictis duabus partibus meis dicte rei uendite et iam dicto Michouillo libras sex paruorum pro reliqua tercia parte, promittentes nos dicti venditores quilibet nostrum pro parte sua, ut predicitur, per nos nostrosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris.uel facti obligandi tibi dicto Velcigne pro te tuisque heredibus et successoribus recipienti dictam terram totam cum suis pertinenciis, ut predicitur, excalumpniare et defendere pro modo predicto in racione ab omni homine et persona, pro quibus omnibus obligamus tibi nos et bona nostra omnia pressencia (!) et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao de Speia et Marco de Pomo ciuibus Jadere et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego condam Raue Petri de Raua examinator examinaui.

Ego Maurus de Cosiga Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Monogram not.)

Original u arkivu jtigoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1331.

448.

1331, 15. aprila. U Avignonu.

Illan XXII. papa premjeSta Sergija biskupa kolorskoga na biskupiju puljsku.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Sergio episcopo Polensi, salutem et apostolicam benedictionem. Angit nos cura propenšior multipharie multisque modis ab intimis excitamur, ut circa cuiuslibet statum ecclesie sic attente prospicere etc. Nuper siquidem vacante Polensi ecclesia, pro eo quod nos venerabilem fratrem nostrum Guidonem Concordiensem, tunc Polensem episcopum licet absentem a vinculo, quo tenebatur eidem ecclesie Polensi, cui tunc preerat, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Concordiensem ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum dicte Concordiensi ecclesie in episcopum et pastorem. Nos volentes eidem Polensi ecclesie, ne dispendia prolixe vacationis incurreret, paterna solicitudine precavere, cum nullus preter nos hac vice de ipsius Polensis ecclesie ordinatione se intromittere possit, pro eo quod nos diu ante vacationem huiusmodi eiusdem ecclesie Polensis omnes ecclesias cathedrales tunc vacantes, et vacaturas inantea, per translationes per nos factas et imposterum faciendas de prelatis earum ubilibet constitutis ad alias ecclesias tunc vacantes, et inantea vacaturas apud sedem apostolicam vacare intelleximus et volumus, earumque provisiones ordinationi nostre duximus reservandas, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attefnptari, ac ad provisionem ipsius ecclesie Polensis celerem et felicem solicitis studiis intendentes, et cupientes talem eidem Polensi ecclesie pastorem preesse. qui sciret, vellet et posset eam in suis conservare iuribus, et etiam adaugere, post deliberationem, quam super hiis cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad te, tunc Catharensem episcopum, congideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam dominus insignivit, et quod tu propter diligencie tuarumque virtutum studia dictam Polensem ecclesiam scies et poteris salubriter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam gregi dominico quam eidem Polensi ecclesie utiliter providere, [te] a vinculo, quo tenebaris prefate ecclesie Catharensi, cui tunc preeras, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad predictam Polensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in episcopum et

pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Polensis tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi dando licenciam ad prefatam Polensem ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod dextera domini tibi assistente propitia, prefata Polensis ecclesia per tue industrie fructuosum studium regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam Polensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens curam et administrationem. predictas sic diligenter geras, et solicite prosequaris, quod eadem Polensis ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius -diffundatur, tuque preter retributionis eterne premium nostre benedictionis augmentum, ac dicte sedis gratiam exinde uberius consequi, merearis. Datutn Avinione, XVII. kalendis maii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

In eodem modo. Capitulo et universis vassalis ecclesie Pqlensis. clero et populo civitatis et diocesis. Polensis et patriarche Aquilegensi.

Theiner Mon.Slav. Mer. I. no. 242. str.183.—184. Iz reg. an. XV. par. 3. ep. 1212.

449.

1331, 15. aprila. U Avignonu.

Ivan XXII. pa-pa imenuje Rajmunda Agouti biskupom kotorskim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilectp filio Raymundo Agouti de Oareto electo Catharensi, salutem et apostolicam. benedictionem. Pastoralis officii debitum etc. Nuper siquidero vacante ecclesia . Catharensi, pro eo quod nos venerabilem fratrem nostrum Sergium Polensem, tunc Cathareroem, episcopum licet absentem a vinculo, quo ipse Catharensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Polensem ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum., illi in episcopum et pastorem: Nos volentes eidem ecclesie Catharensi, ne dispendia prolixe vacationis incurreret, paterna solicitudine providere, cum nullus preter nos hac vice de provisione ipsius Catharensis ecclesie se intromittere possit, pro eo quod nos diu ante vacationem ipsius ecclesie Ca-. tharensis omnes ecclesias cathedrales per. translationes per nos tunc factas, et imposterum faciendas de preiatis earum ubilibet constitutis ad alias

cathedrales ecclesias tunc vacantes, *;et,* imposterum vacaturas apud sedem apostolicam vacare intelleximus et etiam volumus, et earum provisiones dispositioni et oridinationi nostre duximus "rešet*vahdas, decernendo extunc.irritum.et, inane,,sisecus super hiis per. quoscumque quayis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari,.post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem ac etiam fructuosarn habuimus- cum. eisdem; nostris fratribus diligentem, demum ad te: Qrdini$Afratrum. sancce Marie de Monte, Carmeli professorem et in sacerdotioi. constitutum,; virum utique de religionis. zelo, litterarum sciencia, aliisque:; ;virtutum. meritis nobis. et dictis fratribus fidedignis testimoniis multipliciter commendatum, direximus oculos nostre mentis,. quibus omnibus debita meditatione pensatis. de persona tua ipsi Catharenst ecclesie a,uctoritate apostolica providemus, teque illi in episcppum preficimus et pastorern,. curam et administrationem. ipsius tibi in spiritualibus et -tempOraJibus plenarie committendo, . in illp qui. dat gratias et; largitur premia confidentes, quod eadem Catharensis ecclesia per. tue circumspectionis industriam et providenciam circumspectam sub tuo^ felici, regimine, dextera domini tibi assistente propitia, salutaria recipiet. incrementa. Jugum itaque domini tuis impositum humeris prompta devotione. suscipiens, et reverenter suavi eius oneri collum submittens, curam et administrationem, predictas, sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, gregem dominicum in eadem ecclesia tibi creditum, doctrina verbi et operis iuxta datam tibi ex alto prudenciam informando, quod ipsa ecclesia Catharensis per tue circumspectionis industriam votivis iugiter proficiat commodis et successibus prosperis augeatur, ac tu proinde divinam et apostolice sedis et nostram benedictionem ef graciam uberius consequi merearis. Datum Avinione, XVII. kalendis maii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Catharensis, clero et populo civitatis et diocesis Catharensium et archiepiscopo Barensi.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 243. p. 184.—185. — Iz reg. an. XV. par. 3. ep. 1182.

450.

1331, 28. aprila. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski zapovij'eda kaptolu zagrebačkomu, da obadje posjed Cehe.

Karolus dei gracia rex Hungarie, fidelibus suis capitulo ecclesie Zagrabiensis salutem et graciam. Cum nos racione mortis Abre filii Ladislai, Martino et Ladislao, Nicolao fratribus eiusdem Abre et Nicolao filio eiusdem Abre, quandam possessionem Chehy vocatam in comitatu Zagrabiensi existentem, prout per priores nostras Iiteras sigillo nostro in terra transalpina deperdito duxeramus, sic et nunc duxerimus conferendam, igitur vestre fidelitati sicut per easdem, ita et nunc precipientes damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Mychael filius Paulus, vel Eretlen de Morocha, altero absente homo noster, predictam possessionem, vicinorum et commetaneorum suorum circumquaque existencium legitimis conuocacionibus habitis, per veteres metas et antiquas reambulet, vbi necesse fuerit nouas metas iuxta veteres erigendo, reambulatamque statuat ipsis filiis Ladislai et Nicolao filio Abra, si non fuerit contradictum, contradictoribus autem, si qui fuerint, contra eosdem ad nostram presenciam legitime euocatis ad terminum competentem, et post hec diem citationis et terminum cum tocius facti serie ac cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad, dominico die proximo post festum beati Georgii martyris, anno domini millesimo CCC. XXX. primo.

Iz izvještaja kaptola zagrebačkog od 20. juna 1331. Potvrdio Karlo Roberto 6. oktobra 1335. Lj'udevit 9. oktobra 1342. i dt 'Hgi put 29. septembra 1354.

U arkivu grofova Draškovića u Trakošćanu.
Laszowski Codex Tttrop. I. no. 44. p. 41.

451.

1331, 30. aprila. U Avignonu.

Ivan XXII. papa podjelj'uj'e kanoniku trogirskomu Nikoli Donatovu kanonikat i prebendu, koju j'e imao biskup Lampredius prigodom svoga promaknuća za biskupa.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Nicolao nato quondam Donati de Tragurio canonico Traguriensi salutem et apostolicam bertedictionem. Circumspecta sedis apostolice benignitas provide[re] pensans merita singulorum, illos libenter provisionibus ecclesiasticis honorare consuevit, qui adiuti virtutum meritis se favoris apostolici gratia dignos reddunt. Cum. itaque ..cananicatus ,et. .prebenda .ecclesie Traguriensis, quos venerabilis frater noster Lampredius episcopus Traguriensis, olim canonicus ipsius ecclesie, promotionis sue tempore per nos facte de ipso ad eamdem ecclesiam Traguriensem tunc vacantem in eadem ecclesia obtinebat, per huiusmodi promotionem ipsius et consecrationis munus de mandato nostrb in partibus illis impensum eidem vacare noscantur ad presens, nullusque de ipsis preter ,nos hac vice disponere possit, pro eo quod nos diu ante vacationem huiusmodi omnes canonicatus et prebendas, ceteraque beneficia ecclesiastica per promotiones quorumcumque prelatorum per nos ad episcopales dignitates tunc promotorum, et in antea promovendoram, et consecrationis munus nostra auctoritate ubicumque impensum eisdem tunc vacantia et in antea vacatura apud šedem intelligerentur vacare predictam, illa collationi et. dispositioni nostre specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nos volentes personam tuam tuorum meritorum obtentu, super quibus apud nos fidedignorum testimonio commendaris, favore prosequi gratioso, dictos canonicatum et prebendam sic vacantes cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate confe rimus, et de illis etiam providemus, decernentes, prout est, irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel contigerit imposterum attemptari. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate .alia roboratis. Seu si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in ipsa ecclesia in. canonicos sint recepti, vel ut recipiantur, insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in ipsa ecclesia speciales,. vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales predicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dictorum canonicatus et prebende te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatuum et prebendarum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu si venerabili fratri nostro . . . episcopo et dilectis filiis capitulo Traguriensibus, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime

teneantur, et ad id compelli fton possint, 'quodque-.de" canoriicatibus et "prebendis ipsius ecclesie aliisque beneficiis ecclesiasticis : ad eorum collationem, provisionem seu quamvis aliam dispositionem eoniunctim vel separatim specialiter riulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de iri- 'dulto huiusmodi mentionem, et quavis alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel tdtaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gratie irripediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, aut si pre- Sens non fuerit ad prestandum de observancia statutorum et consuetudinum eiusdem ecclesie solitum iuramentum, dummodo in absencia tua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporaliter illud prestes, aut quod in dicta Traguriensi primiceriatum et in Zagabriensi ecclesiis canonicatum et prebendam, et ecclesiam sancti Stephani, quinque (!) sancte Marie Traguriensis et quartam sancti Georgii Traguriensis diocesis ecclesiarum Slavonie partes, ac ecclesiam sancte Marie dicte diocesis, quibus cura non imminet animarum, quorumque beneficiorum omnium obtentorum preter dictos canonicatum et prebendam predicte Zagabriensis ecclesie valor reddituum et proventuum annuatim summa septuaginta florenorum, ut asseris, non excedit, nec etiam de canonicatu et prebenda predictis eiusdem ecclesie Zagabriensis nichil percipis, quia ibidem non resides, nosceris obtinere, quod hodie de canonicatu ecclesie Quinqueecclesiensis tibi per alias nostras litteras contulimus prebendam et dignitatem, vel personatum seu officium cum cura vel sine cura, si que vel si qui aut si qua in dicta ecclesia vacabunt, vel cum simul aut successive vacarunt, conferendas vel conferendos seu conferenda tibi donationi apostolice reservando. Nulli ergo etc. nostre collationis, provisionis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione, II. kalendis maii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

In eodem modo. . . . abbati monasterii sancti Johannis Baptiste Traguriensis, . . . preposito Januensis[1] ac archidiacono Sibinicensis ecclesiarum, ut predictas litteras exequendas curent etc.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 241. str. 182.—183. — Iz reg. an. XV. par. I. ep. 355.

[1] Jauriensis.

452.

1331, 13. maja. D Ćazmi;

Pred kaptolom čazmanskim -izjavljuje Toma sin Ladislava od Gorbonuka, da su mu Petar :л Stj'efan sinavi Bodorovi isplatili četvrtinu, koja j'e fripaddla njegovoj: ženi Chali.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes signififiamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Tliomas filius Ladizlay de Gorbonuch vice et nomine domine Chala, filie videlicet Matheus filius Sagudli(!) consortis sue a parte vna, ab altera autem Petrus filius Bodor tam pro se quam pro Stephano fratre suo personaliter coram nobis constituti, idem Thomas racione quarte consortis sue antedicte, pro qua contra eosdem filios Bodor mouebatur uel mouere in futurum sperabat questionem, reddidit ac reliquit eosdem eatenus coram nobis per omnia et in omnibus. expeditos, asserens, quod pro predicta quarta omnimodam satisfaccionem pecuniariam, qua contentus est inpendissent filii Bodor supradicti, liti, accioni et questioni que ipsi Thome et domine consortis sue super quarta memorata eam peterent uel competere possent infuturum renunciando, Datum feria secunda proxima post festum asscensionis domini, anrio eiusdem rnillesimo CCC. tricesimo primo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1331.

Na hrptu vidi se nej'asan trag pritisnuta pečata.

453.

1331, 22. maja. U Napulju.

Karlo kralj na-pulj'ski odredjuje za prij'evoz Karla Roberta kralj'a ugarskoga i hrvatskoga shodne mj'ere.

Robertus etc. Ademario de Scalea militi regni Sicilie, vicario, dilecto consiliario, familiari et fideli suo etc. Pro felici transfretatione principis incliti domini Caroli dei gratia regis Vngarie nepotis nostri carissimi cum gente sua de Sclauonie partibus, a regno nostro .rhodico freto distantibus, in regnum nostrum ipsum breuiter venire debentis, cuius aduentum tanquam nobis et toti rei nostre publice fructuosum

auctoritate[1] domino, nec merito[2] letis affectibus expectamas, certum in dicto regno nostro alibi numerum vassallorum armare decreuimus, ad easdem partes Sclauonie in dei nomine profecturum. Cernentes itaque, ac sano diffinientes iudicio, quod erarium nostrum ob expeditionem aliorum multorum agendorum confruentium[3] nobis pecuniali vndique exaustum suffragio presentialiter non sufficit bono modo, consulto prouidimus, fideles nostros ciuitatis Neapolis cum vestro in hac parte proposito, sicut a certo supponimus, delectabiliter concursuros, prudenter inducii facere pro nobis in hac parte subsidialiter concurrentes personas nauigaturas in vno ex vascellis armandis eisdem solident vel solidare faciant de pecunia vniuersitatis ipsius. Qua ex re fidelitati tue commictimus (!) et mandamus expresse, quatenus fideles nostros ciuitatis ipsius amicabiliter inducas et moneas nostri nomine, ipsosque orteris (!) suasionibus oportunis, galeam vnam arment armari pro duobus mensibus moraturam saltem pro causa premissa in nostris seruitiis facient dportune, ac ipsa prouisione eorum, discretioni videbitur expedire instanter ordines, qualiter armatio ipsa procedat in instanti, vti requirit urgentia temporis, et condicio exigit negotii summi immensi. Datum Neapoli in camera nostra, anno domini M°CCC°XXXI°, die XXII° maii, XIV. indictionis, regnorum nostrorum anno XXIII.

Reg. Ang. A. no. 281. Reg. Roberti R. 88.
Wenzel Acta extera I. p. 284.

454.

1331, 3. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. ftapa imenuje malobraćanina Bonifacija hiskupom krhavskim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Bonifacio episcopo Corbaviensi, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolatus officium etc. Olim siquidem ecclesia Sulcitana per obitum bone memorie Comite episcopi Sulcitani, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris solacio destituta, nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta provisionem ipsius ecclesie Sulcitane ea vice dispositioni nostre duximus specialiter reservandam, decernentes extunc irritum

[1] Jamačno »auctore«.
[2] Jamačno »immerito«.
[3] Jamačno »confluentium«.

et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Deinde vero dilecti fiiii capitulum eiusdem ecclesie huiusmodi reservationis et decreti forsan ignari te in sacerdocio constitutum, ordinem fratrum Minorum' expresse professum, in Sulcitanum episcopum quamvis de facto concorditer elegerunt, tuque huiusmodi electioni de te facte ad capituli predictorum instanciam ignarus, ut asseris, reservationis et decreti huiusmodi consensisti, dictaque tua electio-" metropolitica auctoritate quamvis de facto etiam extitit confirmata, tibique subsequenter munus consecrationis impensum, in hiis omnibus aliis statutis a iure temporibus observatis, ac huiusmodi electionis, confirmationis et consecrationis negocio nobis exposito, nos electionem et confirmationem easdem, utpote post et contra reservationem et decretum prefata attemptatas irritas et inanes decernentes, aliam personam ipsi Sulcitane ecclesie prefecimus in episcopum et pastorem, sicque tu episcopus nullius ecclesie remansisti. Cumque iam dudum ex certis racionabilibus causis omnes et singulas cathedrales et collegiales ecclesias in provincia Gradensi tunc vacantes, et inantea vacaturas per biennium primo, et deinde tempus huiusmodi biennale diversis successive vicibus de biennio in biennium prorogando usque ad kalendas aprilis, pontificatus nostri anni quintidecimi provisioni nostre, ac sedis apostolice auctoritate apostolica duxerimus reservandas, decernentes extunc irritum et inane etc. Et deinde cum finis huiusmodi ultime nostre prorogationis instaret, nos similibus causis inducti reservationem et decretum predicta usque ad duos annos, ab eisdem kalendis aprilis inantea computandos, auctoritate predicta per nostras litteras modo et forma expressis superius extendenda duximus et proroganda, ac interim ecclesia Corbaviensi, que de dicta provincia existit, per obitum bone memorie Petri episcopi Corbaviensis, qui in partibus Anglie diem clausit extremum, pastoris solacio destituta fuisset, nos vacatione huiusmodi eiusdem ecclesie Corbaviensis fidedignis relatibus intellecta, de provisione p sius ecclesie Corbaviensis celeri et felici, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potest, reservatione, voluntate, decreto, extensione et prorogatione huiusmodi obsistentibus, ne prefata Corbaviensis ecclesia longe vacationis exponeretur incommodis, cogitare cepimus diligenter, et demum post deliberationem, quam ad preficiendum eidem ecclesie Corbaviensi personam utilem ac etiam fructuosam • cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum consideratis virtutum donis, quibus personam tuam dominus, caritatis largitor, multipliciter illustravit, ad te, ne in opprobrium episcopalis dignitatis langueas pre tedio egestatis, direximus. aciem nostre mentis: quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua eidem Corbaviensi ecclesie de ipsorum fratrum consilio

auctoritate apostolica providemus, teque illi in episcopum preficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod ipsius tibi assistente clemencia dicta Corbaviensis ecclesia per tue industrie studium fructuosum preservabitur a noxiis et adversis, ac in utrisque, auctore domino, multiplicibus proficiet incrementis. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam Corbaviensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens curam et administrationem predictas sic gerere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod ipsa ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque proinde preter retributionis eterne premium nostre ac sedis apostolice benedictionis et gratie merearis percipere incrementum. Datum Avinione, III. nonas iunii, pontificatus nostri anno decimosexto.

In eodem modo. Capitulo Corbaviensi, populo civitatis et diocesis Corbaviensis, universis vassallis ecclesie Corbaviensis, . . . archiepiscopo Spalatensi et Carolo regi Ungarie.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 247. p. 187.—188. Iz reg. an. XVI par. 3. ep. 21.

455.

1331, 12. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. svomu legatu Ivanu kardinalu, neka odriješt općinu i svećenstvo kotorsko od izopćenja na molbu Sergija prije kotorskoga a sada puljskoga biskupa.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Johanni sancti Theodori diacono cardinali, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Dudum de persona venerabilis fratris nostri Sergii Polensis, olim Catharensis episcopi Catharensi ecclesie tunc vacanti de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica duximus providendum, preficientes ipsum eidem ecclesie in episcopum et pastorem, sibique post munus consecrationis apud sedem apostolicam de mandato nostro impensum, eidem accedendi ad dictam ecclesiam cum benedictionis nostre gracia licenciam concessimus specialem. Ac subsequenter ad audienciam apostolatus nostri eiusdem Sergii insinuatione deducto,

quod universitas civitatis Catharensis cuidam statuto edito per eos contra ecclesiasticam libertatem minus provide innitentes, in quo, sicut dicitur, cavebatur, quod nullus oriundus de civitate prefata posset prefici in episcopum Catharensem, dictum Sergium episcopum de civitate prefata oriundum ad civitatem ipsam personaliter accedentem recipere temerarie et contumaciter recusarunt; quinimo cuidam Johanni de Viterbio apostasie, ut dicebatur, nota resperso, qui post et contra reservationem nostram, quam—feceramus de ecclesia supradicta, decernendo irritum et inane, quicquid contra reservationem predictam contingeret attemptari, se procuraverat in Catharansem episcopum intrudi, eiusque vicario obedire temerarie presumebant; ac nichilominus consanguineos et nepotes ac fratrem et vicarium eiusdem Sergii dicti statuti pretextu ceperant, et per carissimum in Christo filium nostrum Urosum regem Rasie detineri in carcere faciebant, dictoque Sergio episcopo super premissis ad eandem sedem personaliter recurrente, sibique super hiis humiliter supplicante de oportuno remedio provideri. Nos universitati prefate sub excomunicationis in singulares personas eorum, ac iudicum, officialium et consiliariorum suorum, quorum consilio dicta civitas regebatur, et interdicti in universitatem ipsorum et civitatem predictam penis, quas singulares personas ac universitatem et civitatem predictas incurrere volumus ipso facto, nisi mandatis huiusmodi efficaciter obediretur, per nostras litteras districtius duximus iniungendum, ut infra unum mensem post receptionem dictarum litterarum dictum statutum penitus revocare ac de libris et capitularibus suis abradere studerent, quod nos eciam irritavimus et cassavimus ac cassum et irritum nuntiavimus de apostolice plenitudine potestatis, dictum Sergium tanquam verum presulem et pastorem eorum in suum et eiusdem ecclesie Catharensis episcopum devote reciperent, sibi de omnibus iuribus episcopalibus integre respondentes, ac derote parentes eius salubribus monitis et mandatis, dictosque fratrem, consanguineos et nepotes eiusdem episcopi. restituentes seu restitui facientes pristine libertati, dictum intrusum ab occupatione et possessione dicti episcopatus Catharensis nichilominus expellendo. Insuper capitulo eiusdem ecclesie Catharensis in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis in singulares personas eorum, ac suspensionis in ipsum capitulum et interdicti in prefatam ecclesiam penis, quas eos incurrere volumus ipso facto, nisi parerent mandatis huiusmodi cum effectu, districtius per alias nostras litteras duximus iniungendum, ut penes dictam universitatem civitatis eiusdem solicite et diligenter instarent, ut predictis mandatis nostris intenderent efficaciter et parerent, dictique capitulum, prefato intruso a prefato episcopatu prorsus excluso, eundem Sergium tanquam verum episcopum et pasto-

rem eorum ac eiusdem ecclesie Catharensis devote recipere et benigne tractare, eiusque salubribus monitis et mandatis intendere et obedire curarent, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem postmodum prefatum Sergium a vinculo, quo dicte Catharensi ecclesie tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, de persona ipsius Polensi ecclesie tunc vacanti de dictorum fratrum consilio duxerimus providendum, preficientes eundem dicte Polensi ecclesie in episcopum et pastorem, nos ex certis rationabilibus causis, que per procuratores et nuncios eiusdem universitatis civitatis prefate propter hoc ad presenciam nostram specialiter destinatos fuerunt proposite coram nobis, moti pariter et inducti, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus omnes singulares personas capituli et universitatis predictorum, que ex causls premissis excommunicationis et suspensionis ac interdicti sentencias, per processus per dictas litteras nostras, et alios quoscunque quavis auctoritate factos et habitos ad instanciam eiusdem Sergii episcopi premissorum occasione vel causa contra dictos capitulum, ac clerum et singulares personas eorum et ecclesiam, iudices quoque, consiliarios, officiales, universitatem et clvitatem Catharenses, forsan incurrerunt, ab eisdem sentenciis, si ab eis humiliter pecierint se absolvi, dummodo tibi prius constiterit, quod prefatus Sergius episcopus ad dictam ecclesiam Polensem, ut prefertur, translatus possessionem episcopatus et administrationem bonorum. eiusdem ecclesie Polensis pacificum fuerit assecutus, et quod frater eiusdem Sergii, qui per dictum regem Rasie in odium dicti Sergii dumtaxat absque alia causa rationabili in carcere dicitur detineri, a prefato carcere fuerit liberatus, per te vel per alium seu alios auctoritate nostra iuxta ecclesie formam absolvas. ac eciam interdictum in prefatos capitulum, clerum et ecclesiam ac universitatem et civitatem predictos simul vel separatim, communiter vel divisim promulgatum auctoritate predicta studeas relaxare; ac nichilominus cum personis ecclesiasticis singularibus dictorum capituli sive cleri, si que predictis ligate sentenciis per simplicitatem et iuris ignoranciam divina officia celebrarunt, vel se ingesserunt eisdem, super irregularitate, quam propterea contraxisse noscuntur, auctoritate predicta dispenses, iniungens eisdem super premissis penitenciam salutarem et alia, que de iure fuerint iniungenda. Ceterum nostre intentionis nequaquam existit per commissionem et mandatum huiusmodi et alia contenta presentibus statutum aprobare predictum, sed dictum statutum, prout est, cassum et irritum fore decernimus et mandamus, prout eciam decrevimus in litteris supradictis, quodque prefati universitas et officiales ipsius mandato nostro super revocatione et irritatione statuti predicti per dictas litteras

eis facto, si non paruerunt, parere efficaciter teneantur, illud deinceps nullatenus servaturi, nec tale vel simile ullo unquam tempore edituri. Datum Avinione, II. idus iunii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

Tkeiner Mon. Slav. Mer. I. no. 245. p. 185.—18в. Iz reg. an. XV. par. 3. ep. 1218.
Farlati Illyr. sacr. VI. 445. ima tegest.

456.

1331, 14. jima. U Hevešu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže banu Mikiću, da dopusti sahirati biskupu zagrebačkom dio kunovine i desetine.

Karolus dei gracia rex Vngarie fideli suo Mykch bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Nunciauit- nobis venerabilis in Christo pater Ladizlaus eadem gracia episcopus Zagrabiensis, quod tu porcionem suam quam habet in collecta marturina et decimas suas percipere non permitteres Super quo fidelitati tue firmiter precipiendo damus in mandatis, quatenus ius suum eidem domino episcopo percipere permittas plene et integre, aliud facere non presumas. Datum in villa Hewes, sexta feria proxima post festum beati Barnabe apostoli, anno domini MCCCXXXP.

Iz kodeksa: Liber privil. episcopatus Zagrab. fol. 19.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu. I. B. IX. 167.

457.

1331, 20. juna. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački izvješćuje kralja o obhodnji fiosjeda Ceha.

Excellentissimo principi domino Karolo dei gracia illustri regi Hungarie domino eorum reuerendo, capitulum ecclesie Zagrabiensis oraciones pro eo ad dominum debitas et deuotas. Literas maiestatis vestre nobis destinatas recepimus in hec verba: *(Slijedi listina od 28. aprila 1331.).* Nos autem mandatis vestris humiliter obtemperantes, cum predicto Mychaele homine vestro, Johannem sacerdotem, prebendarium chori ecclesie nostre ad premissa pro testimonio duximus transmittendum, qui demum

ad nos pariter redeuntes nobis recitarunt, quod idem homo vester presente ipso homine nostro, predictam possessionem Chehy, conuocatis vicinis et commetaneis eiusdem, statuit Martino et Nicolao filiis eiusdem Ladislai et Nicolao filio predicti Abre superius expressis, nemine contradictore existente. Cuius quidem possessionis mete. prout idem homo vester et noster nobis in scriptis attulerunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte orientis super fluuium Zawe, et exit versus meridiem, transeundo Pauechnicham ad septemtrionalem, vbi vicinatur [terre] castrensium, de hinc circa eandem Pauechnicham per vnam viam flectitur versus occidentem, inde procedendo in paruo spacio venit ad antiquam viam prope Suiblom, et vadit ad vnam mlakam, que vocatur Cistamlaka, vbi vicinatur terre filiorum Lukach, deinde flectitur versus meridiem per antiquas metas terreas et venit ad arborem zyl, vbi est meta terrea circumfusa ad terram ecclesie sancti Georgii de Odra, circumeundo illam terram cadit in aquam Odra, ab hinc procedendo supra per eandem aquam satis in bono spacio cadit ad vnam arborem baz, vbi est meta terrea et tendit versus meridiem ad vnam viam, de qua itur ad aliam viam, que tendit versus Odram, inde per eandem viam versus orientem venit ad vnam antiquam viam, versus meridiem per magnum spacium eundo venit ad metas terreas, vbi intrat Lomnycha circa arborem pomi syluestris, vbi est meta terrea circumfusa, et per eandem aquam satis in bono spacio supra eundo exit ad vnum fossatum, quod Hyngo vocatur, de hinc per magnum spacium eundo venit ad metas terreas, vbi cadit ad aquam Mochyrad supra vnam viam, vbi sunt due arbores tul cruce signate, et per eandem viam satis in bono spacio versus meridiem venit ad aquam Lybnicha per metas terreas et arbores, vbi vicinatur terre Cozmath et per . . . venit ad metas filiorum Iwan et Egidii dicti Zala, vbi est arbor tul cruce signata, que circa vnam uiam, vbi cadit ad aquam Kukynak, et per eandem aquam in bono spacio infra eundo, cadit in aquam Lomnycha, vbi vicinatur terre filiorum Stephani quondam bani Brezauycha vocate, et per eandem infra eundo venit per vnum strug et transit per chret Starcha vocatum vbi est arhor harazth cruce signata, que est in campo, inde ad vnum fluuium Lakun vocatum, et per eundem venit ad arborem pomi cruce signatam, vbi vicinatur terre nostre Blata vocate, inde tendit versus septemtrionem et cadit ad Mlakam Glogala vocatam, vbi est arbor iegned cruce signata, er per eandem illic eundo circa sylvam Churina cadit ad Odram, deinde per competentem spacium exit ad metas' terreas ad vnam arborem topol, inde directe procedendo venit ad vnum strug super in paruo spacio eundo exit ad syluam, et per eandem supra eundo cadit ad Zawam satis in bono spacio, venit ad priorem metam

ibique terminatur. Datum feria quinta proxima ante festum natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno autem superius dicto.

Ovti listinu polvrdio je kralj Karlo 6. oktobra 1331., kralj Ljtidevtt 9. oktobra 1342. i 29. septembra 1354.

Laszowski Cod. Tг^гop. L. 45. p. 45.

458. —

1331, 2. jula. U Rovištu.

Pred sudom u Rovištu raspravlja se o pravu na posjed Hedrikovac.

Nos comes Leonardus viceiudex magistri Johannis filii Pauli comitis de Ruicha et castellani de Kopruncha damus pro memoria, quod Negech filius Nicolai Heidricum filium Doruzlai traxerat in presenciam nostram cum instrumentis suis, idem Heidricus exhibuit litteras seu instrumenta, scilicet priuilegia qua (!) emanata fuerunt quondam Laurencio filio Hottezlai de Nicolao quondam bano et iudice suo Thoma, et priuilegium capituli ecclesie Chasmensis ; antedictus vero Negech proibuit (!) easdem litteras coram nobis tali modo, quod possessionem meam (!) cum litteris capituli idem Heidricus fecit emanare sine scitu meo, et prefatus Negech e conuerso exibuit (!) litteras Nicolai quondam palatini et comitis Symigiensis et Albensis, quod terram Zerchinech donasset patri suo Nicolao more prediali, et continebatur terra eadem in litteris capituli, ob anc (!) causam proibuerat idem Negech Laurencium filium Hotezlai (I), cuius instrumenta Heidricus exibuit, ^dicebat Heidricus litteras patris sui, Negech vero aui sui aserebat, vnde quia nos uidirnus magistri Johannis ad confirmacionem possessionem Laurencio Heidrico sepefato, eidem perpetuo prorogauimus causam ambarum parcium cum omnibus instrumentis eorum post aduentum ex ista parte Draue, tercia die coram ipso magistro Johanne peremptorie comparendi. Datum in Ruicha, feria tercia proxima post festum apostolorum Petri et Pauli, anno domini M°CCC°XXX. primo.

Na hrptu: »Memorialis pro Heidrico et Negech tercia die aduentu ex ista parte Draue magistri Johannis filii Pauli«

Original na papiru u kr. ug. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.632. — Stara signatura: Acta monast. de Ztreza fasc. 1. no. 1. — Pod istim brojem nalazi se i savremeni prijepis s biijeikom na hrptti: »Antiqua originalia Hedrihovcz videlicet, quod possessio Hedrihovcz fuit persoluta Johanni comiti de Roycha et debent seruari cum litteris ad hereditatem pertinentibus«.

Na hrptu listine vidi se nešto pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

459.

1331, 14. jula. U Avignonu.

Ivan XXII. papa biskupu trogirskomu neka oprosti opatu Savinu nejednakost poroda.

Episcopo Traguriensi, quatenus de facultate olim per bonae memoriae fratrem presbiterum cardinalem, tunc in partibus apostolicae sedis legatum, Savino abbati, tunc simplici monacho monasterii sancti Joannis Baptistae ordinis sancti Benedicti, concessa, ut ad omnes dignitates etiam abbatiales dicti ordinis non obstante natalium defectu eligi posset, nec non de electione et confirmatione ipsius in abbatem dicti monasterii se informet et rescribat. Si vero dictus Savinus in curia praesens plene probare nequiverit supradicta, cum ipso super eodem defectu dispenset, et in abbatem eum praeficiat monasterii rnemorati, instantibus episcopo ac universitate civium Traguriensium. Datum Avenione, 2. idus iulii, Joannis XXII. anno 15.

Farlati Illyr. sacr. IV. p. 375.

460.

1331, 18. jula. U Zadru.

Iva?i Qualis daje svomu zetu Thomadinu Varikaši polovinu imanja Polišane na uživanj'e, uz pogodbu, da ništa ne otudji.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo primo, indicione quarta decima, die decimo octauo mensis iulii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti 'ducis Venecie, et domini Johannis de Butouanno de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Jphannis Marini Georgii egregii comitis. Cum ego Johannes Qualis ciuis Jadre emerim ac titulo empcionis habeam villam de Polisane et omnes possessiones positas in insula sancti Michaelis in confinio sancti Andree tui Thomadi condam Madii de Varicassis generi mei, prout plenius habetur [in] publicis instrumentis proinde confectis, ego dictus Johannes de gracia speciali pro substentacione tua et familie. tue do, concedo tibi dicto Thomado ad usufructuandum modo infrascripto dimidietatem tocius ville predicte et omnes possessiones predictas positas in dicta insula, et prouentus seu redditus ex ipsis

annuatim recipiendum ipsosque in tuum profectum et utilitatem conuertendum, ita tamen, quod non possis nec debeas per te uel alium nomine tuo modo aliquo uel ingenio ludere ad aliquem ludum pecuniarium siue quo ludo aliqua pecunia luderetur; et eciam non possis neque debeas rem aliquam domus tue inpignerare (!) uel inpignerari facere, nec eciam brigam seu rixiam aliquam facere, quodque si in aliquo predictorum contrafaceres seu predicta uel aliquod predictorum non obseruares, ut predicitur, tunc ipso facto inmediate et confestim čTimittere debeas predictam graciam seu usufructuacionem dicte dimidietatis ville predicte ac dictarum possessionum insule supradicte et ipsa dimidietas ville antedicte et dicte possessiones insule predicte libere in me uel heredes seu successores meos debeant deuenire tamquam res proprie mee sine aliqua requisicione tibi fienda uel notificacione curie Jadrensis per me facienda, omnibus statutis, reformacionibus consciliorum, consuetudinibus Jadrensis curie ratis, nec non cauelacionibus et excepcionibus generis cuiuscumque protinus exceptis et remotis, cassis et irritis nulliusque ualoris in hac parte. Et ego dictus Thomadus per me rneosque heredes et successores omnia et singula supradicta interuente(F) iuramento per me facto ad sancta dei euangelia tactis scripturis ad maiorem cautelam tui dicti Johannis pro conseruacione predictorum laudo, aprobo et ratifico ac obseruare et attendere et nullo contrafacere uel uenire de iure uel de facto me obligo pro modo prerriisso sub obligacione bonorum meorum omnium presencium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis testibus, scilicet Madio de Sloradis et Rainerio Barthi Rainerii de Uaricassis Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.J

f Ego Rainerius Biti de Petrigna iudex examinator examinaui.

Ego Maurus de Cosica Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Monog. not.).

Original u arkivu grofova Begna u Posedaiyu: P. no. 55.

461.

1331, 19. jula U Rovištu.

Ivan zupan rovišćanski svjedoa, da su mu Hedrik i Dioniz sinovi Dorozlava platili dug.

Nos magister Johannes filius Pauli comes de Roicha et castellanus de N. damus pro memoria, quod Hedricus et Dio.nisius filii Do-

rozlai de N. debito quo nobis tenebantur in iustificacione possessionis seu terre, quam Negech cum fratribus tenuit, plenarie nobis persoluerunt et sa.tisfaccionem impenderunt, vt debebant, vnde predictos filios Dorozlai reddidimus expeditos in premissis. Datum N., feria proxima ante festum sancti Elie prophete, anno domini M°CCC°XXX. primo.

Kopia (XV. vijeka) na papiru u kr. ug. • drž. arkivu u Bndimpešti: M. O. D. L. no.'35.177. — Stara signatura: Actor. monast. Garigh fasc. J. no. 14.

462.

1331, 19. augusta. U Rovištu.

Ivan sin Pavlov župan RoviSca i kastelan Koprivnice, daruje Nikoli i Urbanu itd. sinovima Beluda neku zapuštenu zemlju u iupaniji roviščanskoj', koju je prije posjedovao Isker.

Nos magister Johannes filius Pauli comes de Ryuche et castellanus de Kaproncha tam presentibus quam futuris significamus quibus presentes declarantur, quod ob meritoriis fidelitatibus et seruiciorum Nicolai et Wrban ac Bartholomeo(f) filiorum Belud hanc eisdem graciam duximus faciendam, ut quoddam predium vacuum et desolatum, quod possedit condam Izker in comitatu de Ryuche existentem dedimus, donauimus et contullimus (!) predictis filiis Belud cum omnibus vtilitatibus suis vniuersis iure perpetuo in filios filiorum possidendum, tenendum et habendum, sub metis infrascriptis. Ad reambulandam ipsam terram misimus Petrum terrestrem comitem de Ryuche, Nicolaum Rufum iudicem vice Lorandi iudicis, item Benedictum, Priben et Luben prediales ; demum ad nos redeuntes vnanimiter retulerunt ipsam terram reambulasse et metas fecisse astantibus Jacobo comiti(!) paruo et Johanne filio Koymer officiali, magistro Lachu vicinis et commetaneis eiusdem terre; cuius terre mete hoc ordine distinguntur: Prima incipit in arbore narfa cruce signata iuxta terram Bochoderi, que stat in litore fluuii Kozka(l), inde procedit ad occidentem et uenit ad arborem gartan cruce signata, de inde procedit ad septemtrionem et uenit ad arborem egur cruce signata, inde vertitur ad orientem et ad uallem et uenit in riuulum Jalseua ad arborem fiz cruce signata, ab hinc in riuulum supra ad septemtrionem iuxta terram eiusdem Bochoderi uenit per antiquas metas ad arborem egur cruce signata iuxa(!) terram Benedicti et Priben predialium, ab

hinc uertitur ad orientem cirqua(!) terram eorundem Benedicti et Priben per uallem ad montem transeundo recte ad orientem et peruenit ad fluuium Konzka ubi vicinatur terra Junach, transsiendo fluuium procedit iuxta Junach ad orientem uenit ad montem ad uiam ubi est meta terrea ubi uicinatur terra Walten filii Blasi, de inde procedit per eandem viam et uertitur ad meridiem, uenit ad semitam, de inde ad orientem et ad uallem, inde ad caput montis vinee, ab hinc uertitur iuxta vineam ad meridiem et cadit in uallem et per uallem uenit ad riuuiunT et per eundem riuulum uenit ad secundum riuulum, inde uertitur ad occidentem et uadit ad caput riuuli ad arborem cerase cruce signata, inde recte procedit retro montem uenit ad uallem et per uallem uenit ad arborem cerase cruce signata in capite putey, de inde recte ad occidentem ad fluuium Konzcha(!) transit fluuium et ad priorem metam. Ad cuius rey memoriam concessimus nostras litteras nostri(!) sigilli(l) pendenti roboratas. Datum feria secunda proxima ante festum beati regis, anno domini MCCC°XXX° primo.

Original u arkivu jugostavenske akademije tt Zagrebu: Diplomata a. 1331.

Na listini visi nešto svilene vrvce crvene boje, pečat je olpao.

Na hrptu bilješka iz XVIII. vijeka: »Metales impertinentes, in quibus tamen mencio fit fluuii Konzka«.

463.

1331, 6. oktobra. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj' ugarski i hrvatski poivrdj'uje listinu kaptola zagrebačkoga o obhodnj'i posjeda Cehi.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum ad presenciam nostre maiestatis accedendo Martinus et Nicolaus filii Ladislai, Nicolaus, Dominicus, Stephanus et Jacobus filii Abre filii eiusdem Ladislai fideles nostri de Rakonuk, sueque fidelitatis seruicia a multis temporibus retroactis cum desiderio supreme fidelitatis votiueque sollicitudinis diligencia nobis et sancte corone regie teraporibus opportunis exhibita impensa exposuissent et in memoriam reuocassent, quandam possessionem Chehy vocatam, in comitatu Zagrabiensi existentem, iuxta fluuium Zawa sitam, nostre collacioni pertinentem, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulassent, nosque iuxta regni nostri consuetudinem

ab antiquo approbatam, fidelibus nostris capitulo ecclesie Zagrabiensis, vt hominem eorum fidedignum, quo presente Mychael filius Paulus vel Eretlen de Moracha, altero absente, homo noster, vicinis et commetaneis eiusdem possessionis conuocatis, per veteres metas et antiquas, reambulacione facta, ipsis Martino et Nicolao filiis Ladislai, Nicolao, Dominico, Stephano et Jacobo filiis Abre filii eiusdem Ladislai, contra- • dictoribus non apparentibus statueret perpetuo possidendam, tandem tocius facti seriem fideliter nobis rescribere et transmittere debeant mandassemus, ac tamen dictum capitulum super his rescripserunt nobis in hec verba: *(Slijedi listina od 20. juna 1331.)* Nos itaque prescriptarum literarum dicti capituli fidelium nostrorum super statucione dicte possessionis [eisdem Martino] et Nicolao filiis Ladislii, Nicolao, Dominico, Stephano et Jacobo filiis Abre, filii eiusdem Ladislai iuste absque omni contradiccione facta, premisso modo informati, eandem possessio- :nem cum omni plenitudine sui iuris, vtilitatum integritate, cum metis supradictis, eo iure, quo ad nostram. collacionem dinoscitur pertinere, de consilio prelatorum et baronum regni nostri, eisdem et eorundem heredibus perpetuo possidere et habere dedimus, donauimus, presencium literarum nostrarum patrocinio confirmantes, promittentes, vt dum presentes fuerint ad nos reportate, in formam priuilegialem redigi faciemus. Datum in Vyssegrad, in octauis beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo CCC. XXX; primo.

Iz originalne potvrde kralja Ljudevita od 9. oktobra 1342. potvrdjene po istom kralju 29. septembra 1354.
U arkivu grofova Draškovića u Trakošćanu.
Nagv Cod. dipl. Andeg. II 555.—558.
Laszowski Cod. luropolj. I. 46. p. 47.

464.

1331, 12. oktobra. U Zadru.

Selča žena Matije de Nassis pravi svoj'u oporuku.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo primo, indicione quinta decima, die duodecimo mensis octobris, Jadre. Tempore domini Francissci Dandoli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Cum morte nil sit certius et hora mortis nichil incertius, idcircho (!) ego Selcha uxor

Mathei de Nassis ciuis Jadre infirmitate graui corporis oppressa sanam tamen per dei graciam habens mentem integrumque sensum, predicta considerans tale de bonis meis omnibus facio et ordino testamentum, in quo meos fideicomissarios esse constituo et ordino Thomadum de- Arthico patrem meum et dictum Matheum maritum meum, ut secundum, quod in hoc meo testamento de dictis bonis meis ordinauerodarique iussero, sic dicti comissarii mei facere et adimplere teneantur, firmumque sit ac ratum perpetuo. Primum dimitto libras œTTTOr denariorum paruorum pro anima mea, de quibus primo uolo, quod dentur grossi quadraginta pro missis quadraginta celebrandis in die obitus mei; item dimitto sorori Marie de Nassis moniali sancte Marie de Jadra libras tres denariorum paruorum; item sorori Gracie de Betono priorisse monasterii sancti Demetrii de Jadra libras tres denariorum paruorum ; item sorori Marie de Betono monasterii predicti sancte Marie libras tres denariorum paruorum; item presbitero Laurencio priori sancti Martini ante portas Jadre libras tres denariorum paruorum, item dimitto presbitero Luce sancti Michaelis de Jadra paterno meo libras quatuor denariorum paruorum; item parue baile Nicolote filie mee soldos quadraginta denariorum paruorum; item Nisice filio dicte parue grossos duodecim, item Ciuitte baile Luce filii mei soldos quadraginta denariorum paruorum; item Dminche relicte Coboli soldos quadraginta denariorum paruorum; item monasterio sancti Grisogoni de Jadra libras octo denariorum paruorum, apud quod mihi elligo sepulturam; item fratribus Minoribus conuentus Jadre libras tres denariorum paruorum ; item fratribus Predicatoribus conuentus Jadrensis libras tres denariorum paruorum; item monasterio sancti Nicolai de Jadra libras tres denariorum paruorum; item monasterio sancti Demetrii libras tres denariorum paruorum; residuum uero dictarum librarum centum denariorum paruorum uolo, quod distribuatur per dictos comissarios meos pauperibus et presbiteris et in aliis operibus pietatis, prout ipsis comissariis meis uidebitur et eis secrete ordinaui. In reliquis uero bonis meis mihi heredes instituo predictos Lucham et Nicolotam filios meos, quorum si alter decesserit ante etatem legitimam, uolo, quod succedat sibi superstes ex eis; et si ambo decesserint ante etatem legitimam, uolo, quod terciam partem dictorum bonorum meorum habeat dictus pater meus et aliam terciam partem habeat dictus maritus meus et reliquam terciam partem habeat Arthicus frater meus. Quos heredes meos et eorum alterum, si alter decederet, uolo, quod teneat secum et bona mea dictus maritus meus, quousque peruenerint ad etatem legitimam, quam etatem uolo, quod habeant dicti heredes. mei, cum fuerint annorum viginti. Et ita hoc meum testamentum firmum esse uolo perpetuo, quod ualere uolo iure

testamenti, et si iure testamenti non ualeret, ualeat saltem iure codicillorum et cuiuslibet alterius ultime uoluntatis; dans dictis comissariis meis plenam potestatem agendi, petendi, placitandi, deffendendi et respondendi, sacramentum calumpnie et de ueritate dicenda in anima mea prestandi et omnia alia et singula faciendi et exercendi, que quilibet ueri comissarii alicuius facere possunt omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis feštibus, scilicet Leonardo de Hossessico et Marino filio Nicolai de Bucario Jadrensibus et aliis.

(Drtigi rukopis).

f Ego Nicolaus de Vitcor iudex Jadre manum missi.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui, rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

465.

1331, 13. oktobra. U Zadru.

Budoje Belčić iz Zadra prodaje Petru sinu Martinovom vinograd u Cerodolu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo primo, indicione quinta decima, die tercio decimo mensis octobris, Jadre. Tempore domini Francisci Dandullo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Ego Budoy Belcig de Jadra uendo tibi Petro condam Martini de Jadra unam meam terram positam ad Cerodol de gognais tribus ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio. Precio cuius uendicionis ego predictus uenditor recepi a te dicto emptore libras vndecim denariorum paruorum; promittens ego predictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus predictam terram cum suis pertinenciis excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Cui terre de quirina est vinea Andree Cresseuani, •de borea et trauersa terra Miche Sgani et de austro vinea heredum Radoslaui Chuarec. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Cresseuano Chitigeuich et Stanoy Budiscich Jadre (!) et aliis.

(Drugi rukopis.)

t Ego Rainerius Vitti de Petrigna iudex examinator examinaui.

CSignum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original u gubemijainom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krsevana. Kaps. XVII. no. 375.

466.

1331, 18. oktobra. U Zagrebu.

Pred ka-ptolom zagreiačkim prodaj'e Dionizije svečenik dio svoje zemlje u Hrašću.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedentes ad nostram presenciam Dyonisius clericus domini nostri episcopi ex vna parte, Petko filius Vidomery filii Chadona et Stephanus filius Marci filii Badoztech, iobagiones castri de Campo ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Dyonisius clericus quandam particulam possessionis sue Hrascha uocatam in eodem Campo ultra Zauam existentem, confessus est se vendidisse tradidisse et assignasse antedictis Petkoni et Stephano et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam, tenendam irreuocabiliter et habendam pro sex marcis bonorum denariorum banalium plene receptis ab eisdem, sicut dixit, que quidem particula possessionis, prout nobis retulit Farcasius clericus prebendarius chori nostri, quem ad reambulandum eandem miseramus, in longitudine inter Odram et Globoka, et in latitudine inter terram castri Selyn et predicti Petkonis cum sua generacione foret constituta. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes ad instanciam parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Luce ewangeliste, anno domini millesimo CCC° tricesimo primo.

Original zt, Petra Cigettća u Lukavcu u Turopolju. — Pečat visi na vrvci svilenoj zeleno-crvenoj.
Laszowski Cod. Turopolje I. no. 47. p. 48.

467.

1331, 25. oktobra. U Trstu.

Presuda mirovnog suda u parnici izmedj'u Rugerija zvanog Carello i Radovana Zadranina.

In nomine dei eterni amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo primo, indictione quartadecima, die vigesimo quinto mensis octubris, actum Tergesti in contrata mercati in statione infrascripti ser Bertucii presentis, ser Baudi de judicibus notario, Rigo coltrario, Marino Renaldo testibus ad hec vocatis et rogatis. Nos Bertucius Renaldi cancellarius de Viscontis de Pistorio et Andreas quondam Johannis Villani de Glamo iudices arbitri et arbitratores et amicabiles conpositores ellecti communiter et concorditer per ser Rucerium dictum Carello,. filium quondam ser Angoli notarii de Barleto, ex parte vna petente, et ser Radoanum de Jadria(!) ex parte altera respondente et deffendente de lite et super lite et controuersia, que erat et vertebatur inter ipsas partes et que adhuc esse, oriri et verti posset inter easdem partes hinc inde nomine et occasione certe quantitatis frumenti balneati in ligno ipsius ser Radoani et stadie ac rerum quarumcumque in mare proiectarum pro warietatione eris et persone et nomine cuiuscumque alterius questionis inter ipsas partes habite occasione predicta, ad diffiniendum, iudicandum, arbitrandum, dicendum, pronunciandum et sentenciandum inter eos amicabiliter tam de iure quam de facto ac concordio et puro amore, prout in compromisso ab eis inito hec et alia plenius continetur, manu ser Baudi de judicibus notarii suprascripto (!), sub presenti millesimo indictione, die[1] mensis octobris a me notario subdicto viso et perlecto. Vnde visis, [ajuditis, cognitis et diligenter examinatis, intellectis, perlectis et excussis iuribus, petitione, oppositionibus, deffensione et allegatione vtriusque partis et omnibus et singulis, que dicte partes in dicta questione dicere, producere, ostendere, monstrare et allegare voluerunt, tam oretenus quam in scriptis, et super hiis omnibus habito dilligenti consilio et deliberatione solempni et utriusque partis dilligenter inuestigata et cognita voluntate pro bono amore pacis et concordie ex vigore et arbitrio conpromissi predicti in nos facti, sedentes pro tribunali, Christi nomine inuocato, in presentia ipsarum partium, laudamus, pronunciamus, dicimus, abritramur, sententiamus atque mandamus finaliter in hiis scriptis, quod dictus ser

[1] Slijedi praznina.

Radoanus in continente dare et soluere teneatur nominato ser Rugerio soldos quinque denariorum venetorum grossorum pro restitutione et satisfactione tocius dampni frumenti balneati et deuastati ač varie, ac eciam sententiando mandamus anichillare et cassare et sententiando anichiHamus [omnjes litcs et questiones et omnia iura et actiones, que et quas insimul agere habuerunt, [et] que inter ipsas partes esse possent tam occasione frumenti balneati et fragidi, quam etiam occasione varie et stadie "et eciam omnium aliarum rerUm preclictarum ob fortunam— maris uel alio quocumque modo vsque ad diem presentem, saluo et reseruato iure nauli, inter ipsas partes renunciando totum frumentum nominato ser Rugerio et predicta omnia et singula laudamus, arbitramur, dicimus ct pronunciamus, sententiamus atque mandamus fieri, obseruare et adimplere, attendere et firmiter executioni mandari per predictas partes sub pena et in pena librarum ducentarum paruorum in compromisso antedicto apposita pro quolibet capitulo non obseruato et vice qualibet contrafacta. Que pena tociens exigatur, quociens contrafactum fuerit in premissis. Qua pena soluta uel non, hec presens sententia compromissi nichilominus suam semper obtineat firmitatem.

(Drtigi rukopis)'.

Ego Henricus Rauiga vicedominus subscripsi.

Ego Michael Ade vicedominus subscripsi.

(Signum not.J.

Ego Johannes Rubeus, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus interfui et rogatus scripsi atque roboraui.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. JVikole br. 145.

468.

1331, 9. novembra. U Lastovu.

Radi se o mirazu.

Anno domini millesimo trecentesimo primo, indictione quartadecima die nono intrante mensis nouembris, actum Laguste, presentibus testes (!) Peruosela Ralcouit, Radoscla(f) Mitgostic ad hoc uocatis et rogatis testibus. Hi Buden Tolenic cum uxore sua Bratosclaua filia Dobre Dragonic fuit confessa et contenta, quod ipsa Bratoslausf cum marito suo Buden habebat totum perchiuium suum a supradicto patre suo Dobroie(!) et totam s.uam partem patrimonii, quam habebat in insula Laguste tam

stabilia quam demobilia, et ipsa Bratoslava cum marito suo Buden- obligauit se et suos herede (!), quod nunquam posit (!) petere uel aliquam partem quererc a supradicto Dobre uel a suis heredibus, nec ppsit (!) molestari per aliquam questionem facere in perpetuum.

• *(Drugi rnkopis).*

Ego Peranus Consus comes Laguste manum misi.

Et ego presbyter Andrees capelanus et iuratus notarius Laguste scripsi hec et roboraui et meo signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka saec. XIV.

469.

1331, 9. deeembra. U Cazmi.

Ladisiav hiskup zagrebački poivrdjuju listinu oh oslobodj'enju zemlpe. koja j'e pripadala Jakši, Jakušu itd. u prilog njihovih sinova.

Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus. Ad vniuersorum noticiam presencium et futurorum harum serie uolumus peruenire, quod Philipus filius Jaxa, №colaus filius Stoyk, Emricus filius Petri, Iwan filius Martini et Mathey filius Petri filii Stoymer prediales nostri de comitatu Chasmensi, ad nostram presenciam accedentes exhibuerunt nobis quoddam priuilegium Mykaclis episcopi felicis recordacionis predecessoris nostri super collacione cuiusdam particule terre confectum tenoris infrascripti, petentes a nobis humili precum instancia, ut ipsum priuilegium seu donacionem factam ratificare et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi povelja biskupa zagreb. Mihajla od 6. marta 1500.)* Nos igitur iustis peticionibus Philipi filii Jaxa et suorum proximorum predictorum fauorabiliter inclinati predictum priuilegium non cancellatum non abrasum neque in aliqua sui parte uiciatum presentibus de verbo ad uerbum rescribi facientes ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Datum Chasme, feria secunda proxima post festum beati Nicolai confessoris, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo.

Orisrinal u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: Donationalia fasc. VIII. no. 7.

Na listini visi svilena vrvca crvene, zute i zelene boje, pečat manjka.

470.

1331. U Čazmi.

Pred kaptolom ćazmanskim biva darovanje zemlpe u Vratnom.

TJbuenHF vn'iuersi quibus presentes ostenduntur; quod nos Jacobus, Johannes et Petrus magistri, fiiii Laurencii de Sopron dicti quandam terram nostram de possessione nostra Noak exceptam sub vesnicatu Varatina existentem, similiter Varatina vocatam, cum omnibus vtilitatibus suis et attinenciis vniuersis suis, terris scilicct arabilibus, fenetis, siluis, molendinis et duabus vineis, quas condam Mark possedisse dicitur, habita deliberacionc salubri et diligenti ac voto fauorabiii in Christo et virginis matris eius gloriose omnium fidelium refugii, ob remedium et salutem animarum nostrarum sub metis et terminis infrascriptis dedimus, donauimus monasterio eiusdem beate virginis de Noak et fratribus Cruciferrorum sancti sepulcri in eodem . diuina celebrantibus, hoc non pretermisso, quod nullus prepositus eiusdem ordinis uel fratres domorum alienarum uel extranearum possit uel queat fructus seu utilitates eius' dem possessionis usurpare, nec ad utilitatem, usus seu neccesitatem per priorem seu fratres eiusdem monasterii seruetur et tempore oportuno ministretur; cuius quidem prima meta incipit in duabus arboribus fyz iuxta aquam Zagonich cruce signatam, deinde vadit ad duas metas terreas, vnde tendit per magnam viam ad unum angulum ad arborem tul cruce signatam et ibi est meta terrea, inde vergit directe uersus partem septemtrionalem et ad duas arbores gertian et scyl cruce signatas, inde directe erjndo venit ad duas arbores fyz et tul cruce signatas, inde per uiam eundo venit ad duas metas terreas, inde ad arborem piri cruce signatam, que est iuxta *Gs.y,* de qua vadit ad duas metas terreas, deinde ad arborem harast cruce signatam; inde ad arborem piri eruce signatam iuxta quam est meta terrea, deinde semper iuxta siluam Gay eundo uenit ad duas metas terreas, que sunt iuxta. aquam Zagonych, quam transit ad partem orientalcm et magno spacio circuendo iuxta ipsam siluam Gay uenit ad magnam arborem tul cruce signatam, deinde iuxta dictam siluam per Laz uenit ad arborem gertyan cruce signatam, deinde ad partem meridionalem eundo uenit ad duas metas terreas, deinde ad arborem tul cruce signatam, deinde transiens vnum nemus uenit ad duas arbores tul cruce signatas iuxta aquam. Lokouch a parte meridionali et cadit ad magnam viam uergens usque occidentem cadit ad metam priorem.et ibi terminatur. In cuius rei feli-

cissimam recordacionem presentes concessimus sub sigillo maiori nostrt magistri Jacobi predicti, iure perpetuo predictam possessionem tenendam^. habendam, anno domini millesimo CCC°XXX° primo.

Is orig. prijepisa cazmanskoga kaptola od 18. augusta 1378. u nad-biskupskom arkivu u Zagrebu: Donationalia fasc. 7. no. 8.

Na ovom original. prijepisu nalazi se na hrptu suvremena bilješka :: »Tenor priuilegii super terram Wratina vocatam donatis(f) magistrorum Jacobi, Johannis et Petri filiorum Laurencii de Suprunio«.

Dodatak.

471.

1323, 6. novembra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje knezovima krčkim lislinu Belinu od g. 1260. za Senj.

[CJarolus de gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie Galiicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Prouida regum discrecio non solum quidem extitit(!) debet instituere, sed et legaliter instituta statu debito conseruare. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod comes Feldricus filius comitis Dwym fidelis noster ad nostre maiestatis accedens presenciam exhibuit • nobis priuilegium nostrum sub priori et antiquo sigillo nostro confirmans priuilegium domini Bele quondam illustris regis Hungarie, predecessoris nostri felicis recordacionis super donacione cuiusdam ciuitatis Scen vocate facta confectum, petens nos humili precum cum instancia, vt ipsum priuilegium super huiusmodi donacione ratum habere, sigillo nostro nouo et autentiquo(l) sibi et per eum suis dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Karla od g. 1-322., koja sadržava izpravu Bele od g. 1360.J* Nos igitur peticionem ipsius comitis Fredrici filii comitis Dwym iustam esse atendentes et iuri consonam, predictum priuilegium nostrum nobis reportatum in nulla sui

parte viciatum acceptamus, ratificamus, et ut fidelitatem obseruanti sigilli nostri noui ac autentici patrocinio ipsam donacionem confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri noui et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endre lectoris Quinqueecclesiensis, auleque nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo *CCCXX*° tercio, octauo }'dus nouembris, regni autem nostri "anno similiter vigesimo tercio. Venerabilibus in Christo patribus et dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladizlao Colocensi auleque nostre cancellario, archiepiscopis, Johanne Nitriensi, Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jawriensi, Georgio Syrmiensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Iwanka Waradiensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transsiluano, Chanadino Agriensi et Herrico Wesprimiensi dominis episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus magnifiis viris Phillippo palatino, comite Scepusiensi et de Wywar, Demetrio magistto tauarnicorum nostrorum comite Bachiensi et Trinchiniensi, magistro Lamperto iudice curie nostre, comite Chanadeinsi et Nitriensi, Thoma woywoda Transsiluano et comite de Zolnuk, Nicolao bano tocius Sclauonie, comite Soproniensi et de Kamarun, Paulo bano de Machow, comite Syrmiensi de Wolkow et de Budrug, Dyonisio magistro dapiferorum nostrorum, magistro Nicolao comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.003. — Stara signatura: -IV. li. A. fasc. 1616. no. 1.

Na hrptu glagolsha bilješka: ODK JB3 ifflgQDn £tf, fi3f глШнћ jЛ3 *ahPhe* фвљр?љр]гћрап1 Dbrtvooam oTisira .«. OD'E .a. DB'B .m.

O crveno] i zelenoj svilenoj vrvci visi komadić satrtog- dvostrukog kraljevshog peeata.

Ihalioczy-Barabas Cod. com. de Frangepan, 52.—54.

472.

1325, 5.—7. hovenibra. U Cažmi

Ka-ptol čazmanski potvrdjuje išpravu križevačkoga zupana Stjepaha ad 5. novembra 1325., izdanu u korist Mihajla, Fabifana, Ivana, Stjepana i Pavla sinova Odolinih.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini M°CCC°XX° quinto, feria quinta proxima post festum omnium sanctorum, nobilis vir Endre filius Laurencii ad nostram personaliter

accedens presenciam exhibuit nobis literas priuilegiales . nobilis viri magistri Stephani filii Pauli bani, comitis Crisiensis, iustas ac legitime confectas, petens a nobis cum instancia, vt tenorem et formam earundem nostris in literis priuilegialibus de verbo ad verbum inseri et transscribi faceremus sigilloque nostro consignari. Cuius peticionibus congruis et honestis annuentes maxime, quia idem comes Crisiensis omnia inferius expressa presente homine nostro, videlicet magistro Demetrio socio et concanonico nostro, secuudum modum et consuetudinem terre Sclauonie duxisset facienda et conferenda, prout eodem socio nostro intelleximus referente. easdem literas ipsius comitis de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus et transscribi sigilloque nostro consignari, quarum tenor talis est: Stephanus magister, filius Pauli bani, comes Crisiensis, omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem in omnium sab uatore. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum nos ex precepto et mandato domini Mykch, bani tocius Sclauonie, domini nostri, feria secunda proxima post festum beati Galli confessoris vnacum nobilibus regni Sclauonie congregacionem generalem celebrassemus, in eademque congregacione nostra Mykael (!), Fabianus, Ivan, Stephanus et Paulus filii Odola surgentes exhibuerunt nobis duas literas citatorias capituli ecclesie Chasmensis, quibus uisis et perlectis, Peteu filium Nicolai et possessionem Oresya vocatam Pouse bani, contra predictos filios Odola, ad presenciam comitis Crisiensis legitime conperimus citasse, quibus et predicto Peteu instrumenta sua, quibus mediantibus vniuersas possessiones Pouse quondam bani et Cozme fratris eiusdem detinuisset, coram eodem comite Crisiensi exhibere commiserant, demum exhibuerunt eciam literas quamplures Stephani quondam comitis Crisiensis, vices gerentis Nicolai quondam bani tocius Sclauonie pie memorie, tam literas prorogatorias, quam iudiciales et specialiter literam per fora proclamatam predictum Peteu ad satisfaciendum. Quibus auditis et per singula perlectis possessionem Pousa bani et Cozme predictorum ac Peteu predictum contra filios Odola superius nominatos in quatuordecim terminis inclusis vnacum nobilibus regni Sclauonie conperimus seu decreuimus perhemptorie remansisse. quia prefatus Peteu ad nullum terminum se emendare venisset, nec sua instrumenta exhibuisset, vt debebat. Exhibuerunt eciam idem filii Odola litteras composicionales predicti capituli, quibus mediantibus memoratus Cozmas, frater predicti Pousa bani pro morte seu homicidio predicti Odola filiis eiusdem vigintiquinque marcas soluere se obligarat tali obligacione qiiod, si ipsam solucionem vigintiquinque marcarum secundum tenorem earundem Hterarum soluere non curasset, in penam septuaginta marcarum incurisset, qui quidem filii Odola literam sepedicti capituli ad illam

penam confectam similiter ibidem exhibuerunt coram nobis. Quibus auditis solucibnem vigintiquinque marcarum predictarum per predictum Cozmam predictis filiis Odola soluisse non comperimus. Ceterum exhibUerunt literas obligatorias predicti capituli inter Pousa banum et Cozmam predictos ab vna parte, ab altera uero Odolam patrem Mychaelis et p"abiani et fratrum suorum confectas tali modo, quod composicionem et ordinacionem inter eosdem factas, prout in literis predictis continetur, si que pars non obseruasset contra aliam partem ipsam composicionem obseruantem, in quinquaginta marcis absque porcione iudicis conuicta notaretur. Exhibuerunt eciam iidem filii Odola aliam literam sepedicti capituli, quibus perlectis predictam composicionem pcr Pousa banum ct Cozmam predictos intelleximus non obseruasse. Vndc nos vnacum nobilibus regni Sclauonie vninersas possessiones Pousa bani.et Cozme predictorum videlicet, tam pro causa principali predictorum filiorum Odola, quam pro pena centum et viginti marcarum et specialiter pro morte memorati Odola comperimus et sentencialiter decreuimus perhemptorie remansisse eo videlicet modo, vt tercia pars vniuersarum possessionum Pousa bani et Cozme prcdictorum statuatur filiis Odola, due uero partes nobis velut iudici. Vnde, quia iuxta regni consuetudinem ab antiquo approbatam omnibus querelantibus ac prosequentibus iusticiam et legem vnicuique facere teneamur, vt debemus, accepto homine capituli ecclesie Chasmensis, videlicet discreto viro magistro Demetrio canonico eiusdern ecclesie, accessimus personaliter ad faciem possessionum Pousa bani et Cozme prefatorum et tandem conuocatis vicinis ac commetaneis, scilicet presentibus Gyuge filio Georgii, Petres filio Mykaelis, Paulo filio Domald, Mathe filio Brares, Paulo filio Pauli, Johanne filio Fabiani et filiis Woyhna ac aliis vicinis et commetaneis earundem possessionem reambulauimus per veteres metas et antiquas, nullo contradictore inibi apparente, morandoque in eadem per quinque dies. Vocando enim predictum Peteu ad satisfaciendum vel instrumenta sua exhibenda, qui quidem Peteu venit personaliter et instrumenta sua, per que dictam possessionem vsque • aci hec tempora detinuisset, exhibere non potuit, nec eandem per nos semel, secundo et quampluries requisitus redimere voluit. Postmodum nos presentibus vicinis et commetaneis predictis et presente eodem magistro Demetrio dictam possessionem equaliter in tres partes diuisimus seu distinximus, quarum quidem possessionum terciam partem inter Toplicham et Meccheniche adiacentem, que a generacione Wayk alienata olim exstiterat, dedimus seu statuimus prefatis filiis Odola, prout actoribus tam pro causa principali, quam pro pena centum et viginti marcarum, specialiter pro morte patris eorundem eisdem et eorum

heredibus cum locis molendinorum et alijs vniuersis vtiiitatibus suis perpetuo possidendam et habendam more regni consueto; due vero partes nobis prout iudici deuenerunt, de quibus nos duas paruas particulas terre, vnam particulam scilicet iuxta aquam Meccheniche, aliam uero particulam iuxta aquam Toplicha existentes cum locis molendinorum et aliis eorum vtilitatibus, metis et terminis infrascriptis dedimus, donauimus seu vendidimus pro quindecim marcis magistro Endre filio Laurentii, sibi et suis heredibus perpetuo possidendam et habendam. Cuius quidem vnius particule terre iuxta aquam Meccheniche existentis, prima meta incipit super aquam Meccheniche, vbi aqua Harasnyk cadit in eandem, et in eodem fluuiuo Harasnyk progreditur ad partem meridionalem et paruum eundo exit de eodem et declinatur ad partem septemtrionalem, vbi sunt due arbores ceraseorum(!) et ab hinc vadit ad eandem partem et perueniet ad arborem harast, deinde ad eandem partem procedcndo perueniet ad arborem tul, inde declinatur ad partem occidentalem et perueniet ad arborem cerasj', ad eandem partem progrediendo perueniet ad aquam Meccheniche iterato, vbi est arbor cerasy ibique terminatur. Item prima meta alie particule terre iuxta aquam Toplicham existentis incipit in eodem fluuio Toplicha, vbi aqua Malizgo cadit in eandem et per eandem aquam Malizgo procedendo ad partem orientalem peruenit ad magnam viam, per quam itur in Izdench, vbi est pons, deinde super eandem aquam procedendo in modico spacio ad eandem partem orientalem perveniet, ubi exit de eadem aqua et declinatur ad partem meridionalem, vbi sunt dumi auellanarum, deinde procedendo peruenit ad aquam Toplicha iterato, vbi est arbor tul cruce signata ibique terminatur. Vt igitur hec nostra donacio seriem roburque obtineat perpetue firmitatis'nec inposterum per quempiam possit retractari, presentes nostras literas priuilegiales sub appensione sigilli nostri autentici easdem duximus roborandas. Datum in festo sancti Emerici ducis, anno doraini miilesimo trecentesimo vicesimo quinto.

Origmal s ostacima visećega pečata, u arkivu hercega Batthyanyja u Kormendu. A. IV. L. VII. no. 162.
V/esnik zemalj. arkiv. XIII. {1911.) str. 121.—124.

473.

Oko g. 1329. Pryjh dana mjeseea novembra. U Križevcima.

Stjepa.n župan križevački nalaie, da se ftredočc ftisma o posjedu Rasinje.

Nos Stephanus comes Crisiensis damus pro [memoriaj, quod magister Sebastianus filius Ibrahon assumpsit terminum cum iudicio pro domino suo magistro Johanne filio Hr.[1] contra Stephanum filium Herborth super exhibendis instrumentis secundum tenorem priorum literarum nostrarum. Vnde in quindenis datarum presencium tenetur idem magister Johannes instrumenta seu literas suas coram nobis presentare super possessione Rascina, vbi ecciesia beati Johannis ewangeliste est constructa, quascunque habebit sine aliqua dilacione contra Stephanum supradictum. Datum in Crisio, feria secunda proxima ante festum beati Martini confessoris.

Izvana: »Pro Stephano filio Herbor[th] contra Johannem filium Hr. -super exhibendis instrumentis«.

Original na pafiiru dosta oštećenom ti arkivu nar. muzeja u Budimpešti, arkiv obitelji baruna jfesenak.
Na hrpiu je pritisnut okrugli peeat u običnom vosku. — Legenda : »SIGIILl/M STEFANI.*

474.

1331.

Ustufi posjeda. Pleterne.

Fassio remissionalis portionis in possessione Pleterna et predii per Myke olim possessorum ex utraque parte fluvii Panchaja iacentium per Paulum de genere Tyboldy, qui easdem sibi impignoratas a Petro et Joanne ac Bartholomeo Blagonia tenuit sub eodem pignore magistro Guth filio Michaelis et consorti eius Elizabethae sorori eiusdem Tyboldi.

Registar arkiva grofova Ratkaja fasc. M. M. no. 38 n kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu.

[1] Herrici.

.SU/WARIUA,

115- **1323. 15. septembris. Veglae.** Decretum Lampridii-episcopi Ve--glensis de testamento Stasiae . . i " . . . 133

116. **1323. 21. septembris.** Carolus Hungariae et Groatiae rex privilegium suum de 10. januarii a. 1310., quo Joannes et Georgius filii Ivačini nobilitantur, confirmat . . ..,• .- . . 134

117. **1323. 28. septembris. In Djakovo.** Coram capitulo Bosnensi Paulus filius Simonis possessionem Vojvoda iuxta Vukam sitam filiis Philae vendit-. -, --. • . • .' .< - • -- • -: .;-- • -; • -.---<.- .•,.--." . . :-- . . 136

148. **1323. 2. ootobris. In VratiskoViei.** Nicolaus barius totius Slavoniae Joanni abbati de Topusko possessionem Kralam, quam Belarex olim monasterio de Topusko donavit, posteaque ad manus alienas devenit, ' restituit .137

1-19- **1323. 22. oetobris. Cazmae.** Capitulum Čazmense: petente Marco filio Hegun etc. privilegium Belae regis a. 1225., quo. Čakan et ceeteri a servitute castri Crisiensis liberantur, transcribit 238

120. **1323. 23. OCtobris. Jaderae.** Curia Jadrensis salinas publice yendit^ 139

121. **1323. 30. oetobris. Jaderae.** Dominicus filius Radoslavi Stephanum filium naturalem Nicolai de Stumulo mandat 140

122. **1323.' 31. oetobris.** Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex Friderico comiti de Vegla donationem suam super Gackam, Otoeac, Lazničić, Doljan et Obriz patri ipsius Duimo factam renovat 142

123. **1323. 1. novembris. Cattari.** Tiiphonus Buća legatus regis Serbiae proventum • Ragusinum recipit 244

124. **1323. 7. novembris.** ^Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex comitibus de Vegla privilegia praedecessorum suorum confirmat 144

125. **1323. 25. novembris. Ragusae.** Vladislaus filius regis Serbiae Clime Držić sibi totaliter satisfecisse testatur 146

126. **1323. 27. novembris.** Carolus Hungariae et Croatiae rex literam suam de 1. novembris a. 1313., qua ecclesiae Zagrabiensi possessio Trnava venditur, confirmat 147

127. **1323. 29. novembris.** Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex iudicium Joannis bani de adiudicatis capitulo Zagrabiensi novis tributis, ratificat !4p

128. **1323. 3. deeembris. Jaderae.** Mira, Nicolaus et Nicolotta haeredes Grisogoni de Speia haereditatem inter se dividunt 150

129. **1323. 10. deeembris.** Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex literam suam 24. junii a. 1319. Petro et Nicolao filiis Philae datam confirmat . . . 1 5 2

130. **1323. 11. deeembris. In Cykador.** Ladislaus episcopus Quinqueecclesiensis Dominicanis et Cirtercitis Zagrabiensibus mandat, ut Joanni XXII. papae pareant ; . . 156

131.^**1323; 12. deeembris.** Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex • privilegium suum Z3. septembris a. 1322., quo possesšiones Pauli et Nicolai filiorum Philae Orahoyica et Dubovac a solutione mar-.turinarum liberantur, confirmat 157

132. **1323. 19. decembris.** Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex Nicolao et Petro filiis Philae possessiones in comitatu de Vukovo _, . donat " 159

133- **1323. 30.** deeembris. **Veglae.** Nicolaus comes \'eglae monasterio ; - s. Cipriani de Murano ecclesiam suam in Rogozinić iuxta castrum Vrbnik existehtem donat . 163

134- **.1323. 31. deeembris.** Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex petente Joanneabbate de Topusko donationem Stephani bani de terra iriter Grangjam, Bročinam et Majam, in transumpto capi-•tuli Zagrabiensi-praesentatam, - confirmat . . . 166

435. **1323.** Coram capitulo Sirmiensi Nicblaus filius Gregorii Marga- - . -rethae sorori suae possessionem Pačintam donat 167

.»436. **1324. 2. ianuariii Jaderae.** Thoma de Gucillo terram suam Račae - existentem Vulčinae Martinussio vendit 4.68

437.'**1324. 10; ianUarli. (In: DjakbVO).** Capitulum- Bosnense literatn Caroli regis (13. decembris a. 1323.); quae literam eiusdem regis ->: 23. septembris a. 1322.) de exemptione possessionum (Orahovica et Dubovac) Pauli et Nicolai filiorum Philae a solutione marturinarum, transcribit 169

138. **1324. 12. ianuarii. Jaderae.** Mila filia Milovani testamentum facit .170

139- **1324. 17. ianuarii. Crisii.** Nicolaus banus magistro Jacobo possessionem Čanjevo confirmat 17'

•.140. **1324. 18. ianuarl.** Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex privilegium suum a. 1319., quo privilegium Andreae regis a. 1,298. Michaeli Morović de possessione in comitatu de Vukovo datum ' roboratur, confirmat 172

141. **1324. 20. ianuarii.** Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex petente Michaele et Clemente Morović literam Ladislai regis (4. decembris a. 1275.), qua iobagioneš ipsorum a solutione proventuiim banalium, videlicet marturinarura et descensuum liberantur confirmat , . ; . . . -.'-,-•', . -,••. . . .•-•,-•. — .-.- .174

•142, **1324. 21. ianuarii.** Carolus Hungariae et Croatiae rex donationem Stephani regis a. 1263. de possessione Borotka in comitatu de Vukovo Michaeli filio Michaelis factam, pro Michaele filio Stephani confirmat , 176

143. **1324. 24. ianuarii. Zagrabiae.** Nicolaus banus Turopoljensium libertates a. 1278. per Nicolaum banum conscriptas et anno 1279. per Ladislaum regim confirmatas roborat 177

J44.. **1324. 3i. ianuarii. Avighoni.** Joannes XXH.papa Domnio episcopo Cattarensi conservatores : archiepiscopos Antivarensem et Ragusiensem ac episcopum Traguriensem designat **£78**

[1] Vide : Errata corrige !

Additamentum.

471. 1323. 6. novembris. Carolus Robertus Hungariae et Croatiae rex donationem Bele IV. regis de civitate Senj comitibus de Vegla a. 1260 factam, confirmat

472. 1325. 7. novembris. Čazmae. Capitulum Čazmense literam Stephani comitis Crisiensis a. 1325. 5. nov. pro Michaele, Fabiano, Joanne, Stephano et Paulo fiiiis Obradi confirmat

473-cirea 1329. mense novembris. Crisii. Stephanus comes Crisiensis mandat, ut literae de possessione Rasinja producentur

474. 1331. Cessio possessionis. Pleternae

iNDEX ALPHABETieUS*

persoaarum et locorum.

A.

* Složio Emilij Laszowski. -' '•'

B.

C. K.

*

D.

E.

Eeelesiae:

F.

G.

H.

I, J, Y.

L.

M.

Monastepia:

N.

O.

Ordines religiosi:

P.

Q.

R.

S.

T.

V. W.

*

Z. Ž.

Errata corrige.

Listinu pod br. 435 preuzeo sam iz Thall6czy-Barabas: Codex dipl. com. de Blagay p. 110—114, koji su ju izdali po originalu i datirali 1330. 9. decembra. Godinu u tekstu naznačiše »MCCC tricesimo«, ali uza to: »regni autem nosrri vigesimo.« Ali po dostoj'anstvenicima nabroj'enim iza toga uvjerih se, da je i godina imala biti u originalu ne s.tricesimo« nego »vigesimo«, zato ova listina spada u g. 132.0., kako sam već u »Sumariju« ispravio.